gẽs geret Italia &c.Quarto:vt hic de fato euitando ambigue loquitur,ita æneid.vj. Heu miſerãde
puer,ſiqua fata aſpera rumpas,Tu Marcellus eris. Quinto,ꝙ ſicut hic vt Scipionem in ſpem rerũ
feliciter gerendarum inducat obſcure de eius exitu loquitur,ita ænei.j.de exitu æneæ loquitur Iup
piter obſcure ad Venerem,& ænei.vj.Anchiſes. Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniunx Edu=
cet ſyluis regem regumq́ parentem.Non enim lõgęuus futurus erat Aeneas niſi in prole: quia il=
li futurum erat,quod in quarto imprecata erat Dido:Sed cadat ante diem,mediaq́ inhumatus ha
rena &c.Hęc hactenus.qui poetæ figmenta cum huius operis figmentis cõferre voluerit,longe plu
ra inueniat ex his in illa tralata.Sed audiamus Tullium.

Quæ Virgilius in æneida hinc trãſtulerit.

SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPVBLICA SEXTO EXCERPTVM.

BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE ORLÉANS

CVM in Africam veniſſem,† A.Manilio cōſule ad quartā legio- † Annio
nē tribunus(vt ſcitis) militū:nihil mihi poti⁹ fuit, q̃ vt Maſi- Manlio.
niſſam cōuenirē,regē familię noſtrę iuſtis de cauſis amiciſſimū. † Anitio
Ad quē vt veni,cōplex⁹ me ſenex collachrymauit:aliquāto poſt
ſuſpexit ad cælū:& grates inqt,tibi ago ſumme Sol,vobiſq; reli
qui cælites,ꝙ anteq̃ ex hac vita migro, cōſpicio in meo regno,
& his tectis P.Corneliū Scipionē : cuius ego noīe recreor ipſo.
Itaq; nūq̃ ex aīo meo diſcedit illius optimi atq; inuictiſſimi vi-
ri memoria.Deinde ego illū de ſuo regno,ille me de noſtra Re-
pu.ꝑcōtatus eſt:multiſq; verbis vltro citroq; habitis, ille nobis Vltro
cōſumptus eſt dies.Poſt aūt regio apparatu accepti,ſermonē in multā noctē ꝓduximus: citroq;.
cū ſenex nihil niſi de Africano loqueret̃: oīaq; ei⁹ nō ſolū facta,ſed etiā dicta meminiſſet.
Deinde vt cubitū diſceſſimus:me & defeſſum via,& q ad multā noctē vigilaſſem,arctior
q̃ ſolebat ſomnus complexus eſt.Hic mihi(credo equidē ex hoc qđ eramus locuti(fit em̄
fere vt cogitationes ſermoneſq; noſtri pariant aliqd in ſomno tale,quale de Homero ſcri
bit Ennius:de quo videlicet ſępiſſime vigilans ſolebat cogitare & loq)Africanus ſe oſtē
dit,ea forma,quę mihi ex imagine eius q̃ ex ipſo notior erat.quē vt agnoui,eqdē cohor-
rui.Sed ille,ades inqt aīo,& omitte timorē Scipio:& quę dicā memoriæ trade. Vides ne
illā vrbē,q̃ parere Po.Ro.coacta per me,renouat priſtina bella,nec poteſt qeſcere? (Oſten
debat aūt Carthaginē,de excelſo & pleno ſtellarū,illuſtri & claro quodā loco)ad quā tu
oppugnandam nunc venis pene miles.Hanc hoc biennio conſul euertes:eritq; cognomē
hoc tibi per te partum,quod habes adhuc hęreditarium a nobis. Cū aūt Carthaginē de
leueris,triumphū egeris,cenſorq; fueris,& obieris legatus Aegyptū,Syriam,Aſiam,Gręciam:delegere iterum conſul abſens:bellū maximū conficies:Numantiā excindes.Sed cū
eris curru in capitolium inuectus,offendes rēpub.perturbatam cōſiliis nepotis mei.Hic
tu Africane oſtendas oportebit patrię,lumen animi,ingenii,conſiliiq; tui.Sed eius tem-
poris ancipitem video quaſi fatorum viam.Nam cū ętas tua ſeptenos octies ſolis anfra-
ctus redituſq; conuerterit,duoq; hi numeri quorū vterq; plenus alter altera de cauſa ha Anfract⁹.
betur,circuitu naturali,ſummam tibi fatalem confecerint:in te vnum atq; in tuum no-
men ſe tota conuertet ciuitas:Te ſenatus,te omnes boni, te ſocii,te Latini intuebuntur:
Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis ſalus:Ac ne multa,dictator rēpu. cōſtituas opor-

tet,ſi impias propinquorum man⁹ effugeris. Hic cũ exclamaſſet Lælius, ingemuiſſentq́
cæteri vehemẽtius:leniter arridens Scipio,queſo inquit,ne me a ſomno excitetis:& pax
ſit rebus. Audite cætera.

ASCEN. Sed quo ſis &c. Quo.i.vt,aut per quod. Africane:gaudet eo compellare cognomine qđ per ſummã glo=
riam adeptus,familię peperit.qđ potius dixero,q̃ vt ꝑ prolepſim id dictum accipiam. Qui patriam.i.terrã aut
vrbẽ in qua nati ſunt. In cęlo:catholico digna aſſertio. Sempiterno:vnde nos vitã credimus ęternam. Nihil acce=
ptius:quia bonũ quo in plures diffunditur eo deo acceptius eſt. Quę ciuitates,venuſte ſequenti cõformat. Hinc
.i.cælo profecti,huc reuertuntur. Vnus dñs qui de cęlo deſcendit in cęlũ virtute ſua aſcendit:humanę autem ani
mę nõ vt Platonici ſentiunt a ſummo cælo ꝑ cæleſtes orbes in corpora demittunt,atq́ a ſingulis iuxta illorum
influentias affectiones imbibunt:ſed vt Auguſtinus docet,creando infunduntur & infundendo creantur. Quæ=
ras tamẽ non ab re:vnde ergo & nos cũ diuo Paulo dicimus Hieruſalẽ cęleſtẽ eſſe patriã noſtrã,ſi non vt Iuuena
lis inquit,Mentẽ e cęleſti demiſſam traximus arce? Dicam nos patriam illam agnoſcere noſtram,ꝙ illic patrem
.i.animarum creatorem habemus deum:& ꝙ anima noſtra eo ꝙ immortalis & incorruptibilis cęleſtis quędã
eſt & incorporea ſubſtantia. de qua qui plura ſcire cupit,theologos & talium rerum profeſſores conſulat. Immo
vero ij viuunt.id recte:nam & nos ſanctorum celebramus natalitia,non quibus naſcuntur,ſed hinc eo vbi vera
eſt vita emigrant. Patrem.ſ.naturalẽ Paulum Aemilium,cum per adoptionẽ habeat Scipionem Publij filium
patrem. Vt Africanum:non dicit auum,vt agnoſcamus quid natura in affectionibus legi pręſtet. Niſi enim is.ſ.
deus.ſancta profecto & catholico digna ſententia. Quæ ſidera & ſtellas.duas elegantię regulas ſeruat:quam in=
differentiæ vocãt,qa ad neutrum genus tranſtulit:& de relatiuo ſequentibus conformando. verum in ſententijs
titubauit:quia neq́ animas noſtras e ſtellis tractas,neq́ ſtellas animatas credimus: licet orbibus illis cæleſtib⁹
quidam angelos motores non abnegant. Vt auus hic tuus, per adoptionem. Citima.i.proxima terris: videlicet
luna:quæ a ſole lucẽ accipit, niſi terrę pars altior ſic interponatur vt a ſole conſpici nequeat.quæ propter vicini=
tatem ad nos minima conuincitur:ſed quoad lumẽ ad nos per eam diffuſum,& apparentiam,luminare magnũ
Humi. & ſecundum ſolem maximũ cenſetur. Humi defixa:ad humũ. fere enim in patrio caſu id nominis poſitum legi=
mus etiamſi motus ad locum innuatur:vt procumbit humi bos:deiecit oculos humi. Summus ipſe deus:nã ſe=
dem dei vtcũq́ fatemur,quia pater noſter deus in cęlis eſt:quem tamen vbiq́ & nuſq̃ eſſe ſuis modis credimus.
Vbiq́ enim eſt per præſentiam,nuſq̃ per circũſcriptionem:in cęlis per pręcipuam gloriæ ſuæ cõmunicationem.
Septem:planetas dicit.qui ꝙ contra raptum firmamẽti cõtrario mouãtur curſu proprio,planetę.i.errones aut
erratici dicuntur,cum tamen minime errent. eorum autem ſitum ſiquis ab infimo conſtituere voluerit,det lu=
nę primum:& per intercalationem vnius ſemper diei numeret a nominibus dierum reliquos, vt ſecundus ſit
mercurij, tertius veneris, quartus ſolis, quintus martis,ſextus Iouis,& ſeptimus ſaturni:cuius ſit primus ſi=
tus ſi a ſummo inceperis. De orbium illorum concentu an ſit,& qualis & quantus ſit,nihil definio: niſi ꝙ ratio=
nes quibus probatur a nobis propter magnitudinem & aſſuefactionem non percipi,nõ recipio:quia non capio.
Verum quidem eſt ꝙ aſſueti ingenti ſono minus ab eo impediuntur & atteruntur:ſi tamen eum audire nequeant
cum velint,quomodo minorem audire valeant non intelligo: Pręterea recipiat ſurdus auditum, vt ij quos do=
minus curauit,aut medici impedimenta amouendo:non video cur ſaltem in principio tantũ ſonum non perci
piſcant:& cur aues non ex aere deijciat cum multo minor id ſępe effecerit. Lubentius dixero propter diſtantiam
non audiri. Præterea licet intelligam ſi terra omnis habitabilis habitetur, eſſe in ea homines qui reſpectu alio=
rum ſint obliqui aut tranſuerſi aut etiam aduerſi:verũ non capio quomodo poſſint ab vna parte cæli demõſtra
ri:cum nec ſol ſimul nos & quos dicunt antipodas videre poſſit. Verum hanc oẽm difficultatem purgat ſomnij
vocabulum:nam deo permittente poſſet anima exuta corpore,viſu ſuo non iã corporali corporalem penetrare
terrę globum:poteſtq́ qđ non eſt,homini ſomnianti oſtendi ſic vt oĩa ſe perſpicere tunc credat cum nihil vi=
deat: Altitudo etiam loci,quia in lacteo circulo ſe eſſe putauit, forſan trãſuerſos ꝓſpiciendi facultatem fecerit, &
polum antarticum ſtellaſq́ vicinas:non tamen antipodas. Proinde vt iam ſępicule dixi, nihil de his definio:to=
tam aũt fictionẽ multũ facere ad inanis glorię contẽptũ,& ad modeſtiorem vitam ducẽdam facile agnoſco: eãq́
rem Ciceronem in libro hoc de repub. prętendiſſe non addubito. Nec enim tu is es. Duplicem agnoſcit hominẽ:
interiorẽ & exteriorẽ:interiorẽq́ ducit vt eſt,potiorẽ,cum tamen Palinurus dicat æneí.vj. Nunc me fluct⁹ ha=
bet.i.corpus meum. Deum te ſcito eſſe:noſtri admittunt per participationem,propter animã immortalẽ qui=
dẽ,ſed tamen creatam,& quę principium ſui a deo accepit:ideoq́ licet nata ex traduce non ſit,creata tamẽ eſt. De
malis etiam mitius cenſet,neſciens illis paratum ignem ęternum,e quo nunq̃ ſint redimendi. vnde fruſtra addit
niſi multis exagitati ſeculis:in quẽ tñ errorẽ etiam Origenem noſtrũ lapſum ꝑdicant. Sed hęc hactenus.

Sed quo ſis Africane alacrior ad tutandam rempub. ſic habeto. Omnib⁹ qui patriam
conſeruauerint,adiuuerint,auxerint,certum eſſe in cęlo & definitum locum, vbi beati
ſempiterno æuo fruantur. Nihil eſt enim illi principi deo, qui omnem mundum regit
Ciuita= (quod quidem in terris fiat) acceptius:q̃ concilia cœtuſq́ hominũ iure ſociati:quæ ci=
tesq̃ ſint uitates appellantur. Harum rectores,& conſeruatores hinc profecti,huc reuertuntur.
Hic ego,etſi eram perterritus,non tam mortis metu,q̃ inſidiarum a meis: queſiui tamẽ
Vita de= viueret ne ipſe,& pater Paulus,& alii,quos nos extinctos arbitrabamur. Immo vero in=
functoꝝ. quit,ii viuunt,qui e corporum vinculis tanq̃ e carcere euolauerunt. Veſtra vero, quæ
dicitur vita,mors eſt. Quin tu aſpicias ad te venientem patrem Paulum. Quem vt vidi,
equidem vim lachrymarum profudi: Ille autem me complexus atq́ oſculans flere pro=
hibebat. Atq́ ego vt primum fletu repreſſo loqui poſſe cœpi: Quæſo, inquam,pater ſan
ctiſſime atq́ optime:quoniam hęc eſt vita,vt Africanũ audio dicere: quid moror in ter=
ris? quin huc ad vos venire propero? Non eſt ita,inquit ille. Niſi enim is,cuius hoc tem=
plum eſt omne quod conſpicis,iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit: huc tibi aditus pa
tere non poteſt. Homines enim ſunt hac lege generati:qui tuerentur illum globum,quẽ
in hoc templo medium vides,quæ terra dicitur:hiſq́ animus datus eſt ex illis ſempiter

nis ignibus,quæ ſidera & ſtellas vocatis: quæ rotundæ & globoſæ diuinis animatæ
mentibus circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi,
& piis omnibus retinendus animus eſt in cuſtodia corporis: nec iniuſſu eius, a quo
ille eſt nobis datus,ex hominũ vita migrandum eſt: ne munus humanũ aſſignatum
a deo defugiſſe videamini.Sed ſic Scipio,vt auus hic tuꝰ,vt ego qui te genui, iuſti-
tiam cole & pietatem: quæ cum magna in parentibus & propinquis, tum in patria
maxima eſt.Ea vita via eſt in cælum,& in hunc cœtum eorum , qui iam vixerunt,&
corpore laxati illum incolunt locum,quem vides:(Erat autem is ſplẽdidiſſimo can
dore inter flammas elucens circulus)quem vos(vt a Graiis accepiſtis)orbem lacteũ Orbis la
nuncupatis.Ex quo omnia mihi cõtemplanti præclara cętera & mirabilia videbant. cteus.
Erant autẽ hæ ſtellæ,quas nunq̃ ex hoc loco vidimꝰ: & hæ magnitudines omnium, Luna ci
quas eſſe nunq̃ ſuſpicati ſumus.Ex quibus erat ea minima,quæ vltima a cęlo,citima tima ter
terris,luce lucebat aliena.Stellarum autem globi terræ magnitudinem facile vince- ris.
bant.Iam vero ipſa terra ita mihi parua viſa eſt:vt me imperii noſtri, quo quaſi pun Humi
ctum eius attingimus,pœniteret.Quam cum magis intuerer: quæſo inquit Africa- Nouem
nus,quouſq; humi defixa erit tua mens?Nonne aſpicis quæ in templa veneris?Nouẽ circuli.
tibi orbibus,vel potius globis, connexa ſunt omnia: quorum vnus eſt cæleſtis exti- Circulꝰ
mus,qui reliquos complectitur omneis,ſummus ipſe Deus arcens & continens cęte primus.
ros:in quo ſunt infixi illi, qui voluuntur, ſtellarum curſus ſempiterni: Cui ſubiecti Secũdꝰ.
ſeptem:qui verſantur retro contrario motu atq; cælum.E quibꝰ vnum globum poſ- Satur.
ſidet illa,quam in terris Saturniam nominant. Deinde hominum generi †proſper & †Proſpe
ſalutaris ille fulgor,qui dicitur Iouis:Tum rutilus & horribilis terris,quem Martẽ rus.
dicitis.Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet, dux & princeps & mode- Iouis.
rator luminum reliquorum,mens mundi & temperatio:tanta magnitudine,vt cun- Martis.
cta ſua luce luſtret & compleat.Hunc vt comites conſequuntur,Veneris alter,alter Solis.
Mercurii curſus.In infimoq; orbe Luna radiis ſolis accenſa cõuertitur. Infra autem Vene.
eam iam nihil eſt,niſi mortale & caducum: pręter animos munere deorum hominũ Mercu.
generi datos.Supra Lunam ſunt ęterna omnia.Nam ea,quę eſt media & nona,tellus Lunę.
neq; mouetur,& infima eſt:& in eam feruntur omnia †nutu ſuo pondera. Quæ cum †motu.
intuerer ſtupens:vt me recepi, quid inquam eſt, quis complet aures meas tantus & Cęli har
tam dulcis ſonus?Hic eſt inquit ille,qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamẽ monia.
pro rata parte ratione diſtinctis,impulſu & motu ipſorum orbiũ cõficitur: & acuta Soni.vii
cum grauibus temperans ,varios ęquabiliter cõcentus efficit. Nec enĩ ſilentio tanti
motus incitari poſſunt:& natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera
autem acute ſonent.Quã ob cauſam ſummus ille ſtellifer cæli curſus,cuius conuer-
ſio concitatior eſt,acuto & excitato mouetur ſono: grauiſſimo autẽ hic lunaris atq;
infimus.Nam terra nona immobilis manens,ima ſede ſemper hęret,complexa mediũ
locum mundi.Illi autẽ octo curſus,in quibus eadem vis eſt modorum, ſeptẽ efficiũt
diſtinctos interuallis ſonos:qui numerus rerum omnium fere nodus eſt.Quod docti
homines neruis imitati atq; cantibus,aperuerunt ſibi reditum in hunc locum:ſicut
alii qui præſtantibus ingeniis in vita humana diuina ſtudia coluerunt. Hoc ſonitu
oppletæ aures hominum obſurduerunt.Nec eſt vllus hebetior ſenſus in vobis:ſicut Catadu
vbi Nilus ad illa quę Catadupa nominantur,pręcipitatur ex altiſſimis montibus:ea pa.
gens,quæ illum locum accolit, ꝓpter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret.
Hic vero tantꝰ eſt totiꝰ mũdi incitatiſſima cõuerſiõe ſonitꝰ,vt eũ aures hoĩm capere
nõ poſſint:ſicut ĩtueri ſolẽ aduerſum neqtis,eiuſq; radiis acies veſtra ſẽſuſq; vincit.
Hæc ego admirãs,referebã tñ oculos ad terrã identidẽ.Tũc Africanꝰ:Sentio inqt,te
ſedẽ etiã nũc hoĩm ac domũ cõteplari:q̃ ſi tibi parua,vt eſt,ita videt:hęc cęleſtia ſẽp
ſpectato,illa humana cõtẽnito.Tu enĩ quã celebritatẽ ſermonis hoĩm,aut quã expe-
tendã cõſequi gloriã potes?Vides habitari in terra raris & anguſtis ĩ locis:& ĩ ipſis
quaſi maculis,vbi habitat,vaſtas ſolitudines ĩteriectas:hoſq; q incolũt terrã nõ mo-
do ĩterruptos ita eſſe,vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit : ſed partim
obliquos,partim trãſuerſos,partim etiã aduerſos ſtare vobis:a qbꝰ expectare gloriã
certe nullã poteſtis.Cernis aũt eãdẽ terrã q̃ſi redimitã & circũdatã cingulis.E quibꝰ

Zonæ duos maxime inter ſe diuerſos,& ipſis verticibus cęli ex vtraꝗ parte ſubnixos,obriguiſ-
cæli. ſe pruina vides: mediũ aũt illum & maximũ ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles:
quorũ auſtralis ille,in quo q̄ inſiſtunt,aduerſa vobis vrgent veſtigia, nihil ad veſtrũ ge-
nus:Hic aũt alter ſubiectus aquiloni,quẽ incolitis,cerne q̃ tenui vos parte cõtingat.Oĩs
aũt terra quę colit̃ a vobis,anguſtata verticibus,lateribus latior, parua quædam inſula
eſt,circunfuſa illo mari,quod Atlanticũ,qđ magnũ,quod oceanũ appellatis in terris:qui
tamen tãto noĩe q̃ ſit paruus vides.Ex his ipſis cultis notiſꝗ terris, nũ aut tuũ,aut cu-
iuſq̃ noſtrũ nomẽ,vel Caucaſum hunc,quẽ cernis,trãſcendere potuit,vel illum Gangem
tranatare? Vel quis in reliquis orientis,aut obeuntis ſolis vltimis,aut aquilonis auſtrive
partibus tuum nomẽ audiet? Quibus amputatis cernis profecto quantis in anguſtiis ve
ſtra ſe gloria dilatari velit.Ipſi autẽ qui de nobis loquunt̃,q̃ loquent̃ diu? Quinetiã ſi cu
piat ꝑles illa futurorũ hoĩm deĩceps laudes vniuſcuiuſꝗ noſtrũ a patrib⁹ acceptas poſte
ris prodere:tamẽ ꝓpter eluuiones exuſtioneſꝗ terrarũ,quas accidere tẽpore certo neceſ-
ſe eſt,nõ modo nõ ęternã,ſed ne diuturnã quidẽ gloriã aſſequi poſſum⁹.Quid aũt inter-
eſt ab his q̄ poſtea naſcẽtur,ſermonẽ fore de te:cũ ab his nullus fuerit,q̄ ante nati ſunt:q̄
nec pauciores & certe meliores fuerũt viri? pſertim cũ apud eos ipſos,a qb⁹ audiri nomẽ
noſtrũ poteſt, nemo vnius anni memoriã cõſequi poſſit.Hoĩes aũt annũ tãtũ ſolis, id eſt
vnius aſtri,reditum metiuntur:re ipſa autem cũ ad idem,vnde ſemel profecta ſunt,cun
cta aſtra redierint,eandẽꝗ totius cęli deſcriptionem longis interuallis retulerint:tunc il
Annus le vere vertens annus appellari poteſt: In quo vix dicere audeo q̃ multa hominũ ſecula
vertens. teneantur.Nãꝗ vt olim Sol deficere hoĩbus,extinguiꝗ viſus eſt,cũ Romuli animus hęc
ipſa in templa penetrauit:ita quandoꝗ cũ ab eadem parte Sol,eodemꝗ tempore iterum
defecerit:tum ſignis omnibus ſtelliſꝗ ad principiũ reuocatis,expletũ annũ habeto.Cui⁹
quidem anni nondum viceſimam partẽ ſcito eſſe cõuerſam.Quocirca ſi reditum in hũc
locum deſperaueris,in quo omnia ſunt magnis & præſtantibus viris: quanti tandem eſt
iſta gloria hominũ,quę pertinere vix ad vnius anni partẽ exiguã poteſt? Igitur alte ſpe-
ctare volens,atꝗ hanc ſedem & æternam domũ contueri: neꝗ te ſermonibus vulgi de-
deris,nec in pręmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarũ:ſuis te illecebris oportet ipſa
Virtus virtus trahat ad verũ decus.Quid de te alii loquant̃,ipſi videãt:ſed loquent̃ tñ. Sermo
trahit eñ ille oĩs & anguſtiis cingit̃ his regionũ quas vides,nec vnq̃ de vllo perenis fuit:& ob
ad verũ ruitur hominũ interitu,& obliuione poſteritatis extinguit̃.Quę cũ dixiſſet:ego vero in
decus. quã Africane,ſiquidem benemeritis de patria quaſi limes ad cęli aditũ patet:q̃q̃ a pueri
tia veſtigiis ingreſſus patris & tuis decori veſtro nõ defui: nũc tamẽ ꝓmio tãto ꝓpoſito
enitar multo vigilantius.Et ille:tu vero enitere,& te habeto nõ eſſe mortalẽ,ſed corpus
hoc.Nec eñ tu is es quem forma iſta declarat:ſed mẽs cuiuſꝗ is eſt quiſꝗ: nõ ea figura
Hõ põt quę digito demonſtrari poteſt.Deũ te igit̃ ſcito eſſe:ſiquidẽ eſt deus q̄ viget,q̄ ſentit,qui
dici de⁹. meminit,qui prouidet,qui tam regit & moderatur & mouet id corpus cui prępoſit⁹ eſt
q̃ hunc mundũ ille princeps deus:Et vt mundũ ex quadam parte mortalẽ ipſe deus ęter
nus:ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. Nam qđ ſemp mouet̃,æternum eſt:
qđ aũt motũ affert alicui,quodꝗ ipſum agitat̃ aliunde:qñ finẽ habet motus,viuẽdi finẽ
habeat neceſſe eſt.Solum igit̃ qđ ſeſe mouet,quia nunq̃ deſerit̃ a ſe,nunq̃ ne q̄dem moue
Pricipiũ ri deſinit:q̄netiã cęteris quę mouentur,hic fons,hoc principium mouendi.Principio aũt
nulla eſt origo:nã ex principio oriuntur omnia. ipſum aũt nulla ex re alia naſci poteſt:
nec eñ id eſſet principiũ qđ gigneret̃ aliũde.Qđ ſi nunq̃ orit̃,nec occidit q̄dẽ vnq̃.Nam
principiũ extinctũ,nec ipſum ab alio renaſcet̃,nec ex ſe aliud creabit:Siquidẽ neceſſe eſt a
principio oriri oĩa.Ita fit vt motus principium ex eo ſit,quod a ſeipſo mouetur.Id au
tem nec naſci poteſt,nec mori: vel concidat omne cęlum,omniſꝗ natura,conſiſtat neceſ
ſe eſt:nec vim vllam nanciſcatur, qua a primo impulſu moueatur. Cum pateat igitur
id æternum eſſe,quod a ſeipſo moueatur:quis eſt qui hanc naturam animis eſſe tributã
Aiæ na- neget? Inanimum autem eſt omne quod pulſu agitatur externo. Quod enim eſt anima:
tura & id motu cietur interiore, & ſuo. Nam hæc eſt propria natura animæ, atꝗ vis. Quæ ſi
vis. eſt vna ex oĩbus quę ſeſe moueat: neꝗ nata certe eſt,& æterna eſt. Hanc tu exerce opti-
mis in rebus. Sunt autem hæ optimæ curæ de ſalute patriæ, quibus agitatus & exercĩ
tatus animus velocius in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit.Idꝗ ocyus faciet,

ſi iã tũ, cũ incluſus erit in corpore, eminebit foras,& ea q̃ extra erũt cõtẽplãs,q̃maxĩe ſe
a corpore extrahet.Nãq; eorũ animi,q ſe voluptatibus corporis dediderũt,earũq; ſe qua
ſi miniſtros p̃buerũt,impulſuq; libidinũ voluptatibus obediẽtiũ deorũ & hoĩm iura vio
larunt: corporibus elapſi circũ terram ipſam volutantur:nec hũc in locũ niſi multis exa
gitati ſeculis reuertuntur.Ille diſceſſit:ego ſomno ſolutus ſum.

ASCEN.Euſtachi fili. Credo ſcribẽdũ Euſtathi. Sed ne dom⁹ q̃dẽ &c.ſic lego: nec ſic repetẽda eſt negatio. Ani=
mis immortalibus:datiu⁹ eſt nõis aĩę.Reſeruans,aptius legaꝛ reſeruare vel reſeruaſſe, nihil tñ mutaui. Vel po
tius:iuxta aſſertionẽ Platonicã:ſecũdũ chriſtianã min⁹ recte.Er noĩe: videꝛ mihi ſi fabula eſt,nomẽ graphice ſi
ctũ:ſin hiſtoria,miro p̃ſagio inditũ.ἦρ eñ gręcis ver dicíꝛ:ſed vere ineũte multa quę p hyemẽ viſa ſunt mortua, Er.
reuiuiſcere videnꝛ,vt hęrbę,frutices,plantę,arbores & grana. Aĩa recepta retenta ve.hoc de ſuo iudicio addidit
Macrobius,qui reſuſcitationẽ vere mortui agnoſcere nequiuit. Verum ſi retenta fuit in corpore,quomodo quæ
extra corpus ſolum videri poſſunt narrauit? Excitari.ſ.e ſomno Scipionem,qui excitatus ea narrat quæ ſe p ſo=
mnium vidiſſe & audiſſe a Scipione maiore prædicat.

MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QVE ELEGANTISSIMAE, LIBER. I.

Quę differentia & quę ſimilitudo ſit inter Platonis & Ciceronis de Rep.libros: Curq;
aut ille indiciũ Eri,aut hic ſomniũ Scipionis,operi ſuo adciuerit. CAP.I.



INTER Platonis
&Cicerõis libros,
quos de rep.vter=
q; cõſtituit, Euſta
chi fili vitæ mihi
dulcedo pariter&
gloria,hoc intereſ
ſe prima frõte p=
ſpexim⁹,q ille rẽ=
pu.ordinauit, hic
retulit : alter q̃lis
eſſe deberet,alter q̃lis eſſet a maiorib⁹ĩſtitu
ta,diſſeruit.In hoc tñ vl' maxime opis ſĩlĩtu
dinẽ ſeruauit imitatio,q cũ Plato ĩ voluminis cõcluſione a quodã vitę reddito, quã reli
quiſſe videbaꝛ,indicari faciat q ſit exutarũ corporibus ſtatus aĩarũ:adiecta his quadam
ſphęrarũ vel ſiderum non ocioſa deſcriptione,rerũ facies nõ diſſimilia ſignificans,a Tul
liano Scipione per quietẽ ſibi ingeſta narraꝛ. Sed q vel illi cõmẽto tali, vel huic tali ſo=
mnio in his potiſſimũ libris opus fuerit,in q̃bus de rerũpu.ſtatu loquebaꝛ:quove attinu
erit inter gubernandarũ vrbiũ conſtituta,circulos,orbes,globoſq; deſcribere, de ſtellarũ
modo,de cęli cõuerſione tractare:quęſitu dignũ & mihi viſum eſt, & aliis fortaſſe videa
tur:ne viros ſapiẽtia pręcellentes,nihilq; in veſtigatione veri niſi diuinũ ſentire ſolitos,
aliquid caſtigato operi adiecíſſe ſupfluũ ſuſpicemur. De hoc prius ergo pauca dicenda
ſunt,vt liquido mens operis de quo loquimur,innoteſcat.Rerũ oĩm Plato & actuum na Iuſtitiæ
turam penitus inſpiciens,aduertit in oĩ ſermone ſuo de reipu.inſtitutione propoſito, amor.
infundendum animis iuſtitię amorem: ſine qua nõ ſolũ reſpu. nec exiguus hominũ cœ=
tus,ſed ne domus quidẽ parua cõſtabit. Ad hũc porro iuſtitię affectum pectorib⁹ incul
candum,nihil ęque patrocinaturũ vidit:q̃ ſi fructus eius nõ videreꝛ cũ vita hominis ter
minari.Hunc vero ſuperſtitẽ durare poſt hominẽ,qui poterat oſtendi:niſi prius de ani=
mæ immortalitate conſtaret? Fide autem facta perpetuitatis animarum,conſequens eſſe
animaduertit,vt certa illis loca nexu corporis abſolutis,pro contemplatu probi impro=
bive meriti,deputata ſint.Sic in Phœdone,inexpugnabilium luce rationum anima in ve
ram dignitatem propriæ immortalitatis aſſerta, ſequitur diſtinctio locorum,quæ hanc
vitam relinquentibus ea lege debentur, quam ſibi quiſq; viuendo ſanxerit. Sic in Gor=
gia, poſt peractam pro Iuſtitia diſputationem, de habitu poſt corpus animarum morali
grauitate Socraticę dulcedinis ammonemur.Idem igitur obſeruanter ſecutus eſt in illis
præcipue voluminibus,quibus ſtatum reipub.formãdum recepit.Nam poſtq̃ principatũ
iuſtitiæ dedit,& docuit animã poſt animal nõ perire:per illam demũ fabulam (ſic enim

quidam vocant);quo anima poſt corpus euadat,vel vnde ad corpus veniat, in fine ope-
ris aſſeruit:vt iuſtitię vel cultæ præmium,vel ſpretæ pœnam animis quippe immortali
bus ſubituriſq; iudicium,ſeruari doceret. Hunc ordinẽ Tullius non minore iudicio re-
ſeruans,q̃ ingenio repertus eſt.Poſtq̃ in omĩ reipu. ocio ac negocio palmã iuſtitię diſpu
tando dedit,ſacras immortaliũ animarum ſedes & cęleſtium arcana regionũ in ipſo con
ſummati operis faſtigio collocauit:indicans quo his perueniendum vel potius reuerten
dum ſit,qui rempu.cum prudentia,iuſtitia,fortitudine, atq; moderatione tractauerint.

Er qui mortuꝰ reuixit.

Sed ille Platonicus ſecretorum relator Er quidam nomine fuit,natione Pamphylius,mi
les officio:qui cum vulneribꝰ in prælio acceptis vitam effudiſſe viſus, duodecimo demũ
die inter cęteros vna peremptos vltimo eſſet honorãdus igne:ſubito ſeu recepta anima,
ſeu retenta,quicquid emenſis inter vtramq; vitam diebus egerat viderat ve,tanq̃ publi-
cum profeſſus indicium,humano generi nũciauit.Hanc fabulamCicero licet ab indoctis
quaſi ipſe veri conſcius doleat irriſam:exemplum tamen ſtolidæ reprehenſionis vitans,
excitari narraturum q̃ reuiuiſcere maluit.

ASCEN.Non vereri:videtur particula non expungenda: aut ideo non vereri ſe dixit, quia non idem fecit qđ
in Platone irriſum vidit.Colores:quibuſdam ſcribitur Colotes:eſtq; viri propriũ.Notabilior:ſubaudi cęteris.
alioqui dicatur notabiliſſimus.i.nota & reprehenſione digniſſimus.In nutricũ cunas: vt illic infantibus decan-
tentur ab imperitis mulierculis, nõ etiã a philoſophię ſtudioſis. Eliminat:ablegat,extra limẽ philoſophię agit.
Myſtica ſenſa.i.occultę & prouerbiales ſententię:quarum bonam partem Beroaldus nuper expoſuit.Dei adul-
teri,vt Iuppiter,Mars,Neptunus,cęteriq;.at deorum adulteria credere proxime accedit ad dementiã,vt ſcribit
Plinius:quod quidem verum eſt de vero deo: at illi ꝑditę luxuriæ erant dum viuebant homines,ſed a mortali-
bus ob beneficia quędam recepta deorum catalogo aſcripti:e quo ne delerentur, planetis alijſq; rebus quas ſemꝑ
fore putabant illorum indiderũt nomina:& dęmones vt ſub tali prętextu colerentur ſe eos mentiti,varia obtru
ſerunt ludibria.A fabulis fabuloſa ſecernere.Cum in oſus finita copiam & plenitudinem ſignificare ſoleãt, vult
ea fabuloſa dici quę veræ fabulę non ſunt,cum ſeria & vera licet tecta contineant: pro quo ſi vſitatum eſſet aptiꝰ
diceretur fabulaſtrum quod fabulas imitetur & nõ ſit tñ fabula. Vel.i.etiam licita.τἀγαθὸμ.q.d.ipſuȝ bonũ: ſic
germani paruo diſcrimine ſignant:bonum ſimpliciter goed:deum qui bonum ſummũ eſt god:aurum quod in-
ter bona & metalla quę poſſidentur præcipuum eſt gold:ac flandrici more gallico l in u verſo goud dicunt.Cuni
culis:abſtruſionibus:ſunt enim ſubterranei meatus,vt per quos ad vrbes interdũ penetratũ eſt,& animalia de-
genere leporino quę ſimiles,vnguiculis effodiunt.Curioſiori,vt ſupra notabilior,pro curioſiſſimo, aut cæteris
curioſiori.Conſulenti.i. petenti quaſi per conſilij modum.Adyto.i.loco non adire ſaltem prophanis permiſſo,
vt erant ſancta ſanctorum iudęis.Eleuſis ſeu Eleuſin vrbs eſt atticę non longe ab Athenis: in qua regnauit Eleu
ſius quem Ceres docuit agriculturam:in qua myſtica Cereris celebrabantur ſacra. Lupanar proſtibulum.Vo-
luerunt:ita in priſcis exemplis ſemper legi:hoc ſenſu.Numina voluerunt adeo.i.vſqueadeo, vt contra facienti-
bus magnum malum minitarentur:ſemꝑ ſe ſciri.i. cognoſci & coli:(offendi in nuper impreſſis,maluerunt:ne-
ſcio qua ſententia)ita.i.taliter vt dictũ eſt,quia ſequitur qualiter.Quę & imagines.Ordo & ſententia eſt.quę anti
quitas aſſignauit imagines & ſimulachra: numinibus alienis.i.expertibus prorſus taliũ formarum & aſſigna-
uit ętates,ſcȝ ſenilem aut floridam,numinibus ignaris tam incrementi.ſ.corporalis aut ętatis q̃ diminutionis:
& aſſignauit amictus & ornatus varios non habentibus corpus.Quod de vero deo manifeſtũ eſt, quia deus ſpi
ritus eſt,ſpiritus autem carnem & oſſa non habet:ſed Porphyrius deos animalia cenſens,corporeos nimirum
cenſuit.

Quid reſpondendũ Colori Epicureo,putãti pħo nõ eſſe vtendũ fabulis:Quaſq; fabu-
las philoſophia recipiat:& quando iis philoſophi ſoleant vti. CAP.II.

AC priuſq̃ ſomnii verba conſulamus,enodãdũ nobis eſt,a quo genere ho
minũ Tullius memoret vel irriſam Platonis fabulã, vel ne idẽ ſibi eue-
niat nõ vereri.Nec eñ his verbis vult imperitum vulgus intelligi, ſed
genus hominũ veri ignarũ ſub peritię oſtẽtatione: quippe quos & legiſ
ſe talia,& ad rephendendũ animatos conſtaret.Dicemus igitur & quos
in tantũ philoſophũ referat quandã cẽſurę exercuiſſe leuitatem, quiſve
eorum etiam ſcriptã reliquerit accuſationẽ: & poſtremo qđ pro ea dũtaxat parte q̃ huic
operi neceſſaria eſt,reſponderi cõueniat obiectis.Quibꝰ(qđ factu facile eſt)eneruatis: iã
qcqd cõtra Ciceronis opinionẽ etiã in Scipionis ſomniũ,ſeu iaculatus eſt vnq̃ morſus li
uoris,ſeu forte iaculabit,diſſolutũ erit. Epicureorũ tota factio ęquo ſemꝑ eerore a vero
deuia,& illa extimãs ridẽda q̃ neſciat:ſacrũ volumẽ & auguſtiſſima irriſit naturæ ſeria.

Colores Epicureus quid Platoni obiecerit

Colores vero ĩter Epicuri auditores loquacitate notabilior:etiã in librũ retulit,q̃ de hoc
amariꝰ cauillatus eſt.Sed cętera q̃ iniuria notauit:ſiqdẽ ad ſomniũ de quo hic procedit
ſermo,nõ attinẽt:hoc loco nobis omittẽda ſunt.Illã calumniã ꝓſeqmur,q̃ niſi ſupplodet
manebit Ciceroni cũ Platone cõmunis.Ait eñ a philoſopho fabulã nõ oportuiſſe cõfin-
gi:qm̃ nullũ figmenti genus veri ꝓfeſſoribus cõueniret.Cur eñ,inqt,ſi rerũ cœleſtiũ no
tionem,ſi habitum nos animarum docere voluiſti:non ſimplici & abſoluta hoc inſinua-
tione curatũ eſt:ſed quęſita pſona,caſuſq; excogitata nouitas,& cõpoſita aduocati ſcæ-
na figmenti,ip ſam quærendi veri ianuam mendacio pollueret? Hæc quoniam dum de
platonico Ero iactantur,etiam quietem Africani noſtri ſomniantis incuſant: (Vtraq;

enim ſub appoſito argumēto electa perſona eſt:quę cōmoda enunciādis haberetur)reſi-
ſtamus vrgenti, & fruſtra arguens refellatur calumnia : vt vna diſſoluta,vtriuſq̈ factū,
incolumē(vt fas eſt)retineat dignitatē.Nec oībus fabulis repugnat philoſophia,nec oī- Fabulę q̄ non reci piendæ.
bus acquieſcit:& vt facile ſecerni poſſit: quę ex his ab ſe abdicet, ac velut ꝓfana ab ipſo
veſtibulo ſacrę diſputationis excludat,quęve etiam ſępe ac libenter admittat:diuiſionū
gradibus explicandū.Fabulę,quarū nomē indicat falſi profeſſionē:aut tantū cōciliādę au
ribus voluptatis, aut adhortationis quoq; in bonā frugē gratia repertę ſunt : auditum Quare reptę fabulæ.
mulcent velut comœdię:quales Menāder eiuſve imitatores agēdas dederūt:vel argumē
ta fictis caſibus amatorū referta:qbus vel multū ſe Arbiter exercuit,vel Apuleiū nōnūq̄
luſiſſe miramur.Hoc totum fabularū genus,qđ ſolas auriū delitias ꝓfitet̄:e ſacrario ſuo Fabularū gn̄a.
in nutricū cunas,ſapientię tractatus eliminat. Ex his aūt quæ ad quandā virtutū ſpeciē
intellectū legentis hortant̄:fit ſecūda diſcretio.In qbuſdā em̄ & argumentū ex ficto loca
tur:& per mēdacia ipſe relationis ordo contexitur:vt ſunt illę Aeſopię fabulæ elegantia
fictionis illuſtres.At in aliis argumentū qdē fundatur veri ſoliditate:ſed hæc ipſa veri-
tas per quędā cōpoſita & ficta profert̄.& hęc iā vocat̄ narratio fabuloſa non fabula: vt cę
rimoniarū ſacra Heſiodi & Orphei,quę de deorū ꝓgenie aꝯuve narrant̄:vt myſtica py-
thagoręorū ſenſa referunt.Ergo ex hac ſecunda diuiſione:quā diximus:a philoſophię li
bris prior ſpecies,quę concepta de falſo per falſum narrat̄,aliena eſt. Sequēs in aliā rur-
ſus diſcretionē ſciſſa diuidit̄.Nā cū veritas argumēto ſubeſt:ſolaq̈ fit narratio fabuloſa
nō vnus reperit̄ modus ꝑ figmentū vera referēdi.Aut em̄ cōtextio narrationis ꝑ turpia
& indigna numinibus ac mōſtro ſilia cōponit̄:vt dei adulteri:Saturnus patris Cęlii pu-
dēda abſcindēs,& ipſe rurſus a filio regno potito in vincla coniectus:qđ genus totū phi
loſophi neſcire malūt.Aut ſacrarū rerū notio ſub pio figmētorū velamine,honeſtis & te
cta rebus,& veſtita noībus,enunciat̄. Et hoc eſt ſolū figmēti genus,qđ cautio de diuinis
rebus philoſophātis admittit.Cū igit̄ nullā diſputationi pariat iniuriā vel Er index, vel
ſomnians Africanꝰ:ſed rerū ſacrarū enunciatio integra ſui dignitate his ſit tecta noībꝰ:
accuſator tādē edoctus a fabulis fabuloſa ſecernere,cōquieſcat. Sciēdū eſt tn̄ nō in oēm Fabuloſa qn̄ attingēda.
diſputationē philoſophos admittere fabuloſa vel licita:ſed his vti ſolēt,cum vel de ani-
ma,vel de aereis,vel de æthereis poteſtatibus,vel de cęteris diis loquunt̄.Cęterum cū ad
ſummū & principē oīm deū:q apud græcos τ᾽αγαθὸν πρωτοπαιτὸν nuncupat̄:tractatus ſe
audet attollere:vel ad mentē quā gręci νοῦν appellant,originales rerū ſpecies quę εἴδη di-
ctę ſunt continentem,ex ſummo natam & ꝑfectā deo:Cū de his inquā loquunt̄, ſummo
deo & mēte:nil fabuloſum penitus attingunt. Sed ſiquid de his aſſignare conantur, quę
non ſermonē tantūmodo:ſed & cogitationē humanā ſuperant:ad ſiītudines & exempla
confugiūt.Sic Plato cū περὶ τ᾽αγαθοῦ loqui eſſet animatus,dicere qd ſit,non eſt auſus: hoc
ſolum de eo ſciens,ꝙ ſciri quale ſit ab hoīe nō poſſit. Solū vero ei ſimillimū de viſibilibꝰ Deus qd ſit nō poteſt explicari.
ſolē reppꝑit:& ꝑ eius ſimilitudinē viā ſermoni ſuo attollendi ſe ad nō cōprehēſibilia pa
tefecit.Ideo vt nullū ei ſimulacrū cū diis aliis cōſtitueret̄,finxit antiqtas: qa ſummꝰ deꝰ
nataq̈ ex eo mēs,ſicut vltra aīam,ita ſupra naturā ſunt:quo nihil fas eſt de fabulis pue-
nire.De diis aūt(vt dixi)cęteris & de aīa:nō fruſtra ſe,nec vt oblectēt ad fabuloſa con-
uertūt:ſed qa ſciūt inimicā eſſe naturę aptā nudāq̈ expoſitionē ſui:q̄ ſicut vulgaribꝰ ho
minū ſenſibꝰ intellectū ſui vario rerū tegmine operimētoq̈ ſubtraxit:ita a prudētibꝰ ar-
cana ſua voluit ꝑ fabuloſa tractari.Sic ipſa myſteria figurarū cuniculis operiunt̄:ne vl'
his adēptis nudā rerū taliū ſe natura ꝓbeat:ſed ſūmatibꝰ tm̄ viris ſapiētia interꝓte veri
arcani cōſciis cōtēti ſint reliq,ad venerationē figuris defendētibꝰ a vilitate ſecretū.Nu- Numenius.
menio deniq̈ inter phos occultorū curioſiori,offenſam numinū,ꝙ Eleuſina ſacra interꝓ Eleuſina ſacra.
tādo vulgauerit,ſomnia ꝓdiderūt:viſo ſibi ipſas Eleuſinas deas habitu meretricio ante
apertū lupanar videre ꝓſtantes:admirātiq̈ & cauſas nō cōueniētis numinibꝰ turpitudi
nis cōſulenti,reſpōdiſſe iratas:ab ipſo ſe adyto pudicitię ſuę vi abſtractas,& paſſim adeū
tibus ꝓſtitutas.Adeo ſemꝑ ita ſe & ſciri & coli numina voluerūt:qualiter in vulgus an-
tiquitas ipſa fabulata eſt:q̄ & imagines & ſimulacra formarū taliū prorſus alienis,& ęta
tes tā incremēti q̄ diminutionis ignaris:& amictus ornatuſq̈ varios corpus nō habētibꝰ
aſſignauit.Secūdū hęc Pythagoras ipſe atq̈ Empedocles, Parmenides quoq̈ & Heracli
tus de diis fabulati ſūt:nec ſecus Timęus,q ꝓgenies eoꝝ ſicut traditū fuerat executꝰ eſt.

ASCEN. Licentiã figurarũ.i.ſpecierũ & imaginũ, non eñ loqtur de figuris dicendi. quocirca ſi mẽdũ nõ eſt, licẽ-
tiam dixero multitudinẽ: nã licentiora dicimus mancipia quę per petulantiam multa inſolenter agũt: nec quiſq̃
licentia abutitur aut deterior fit, cui non multa permittuntur. Quo de, elegantius q̃ de quo. Temeto, vino præ-
ſertim mero. Pro deſiderio & pro timore.i.iuxta deſiderium & timorem. Vna cum ſomno aduolant: quia & ſo-
mnus volare dicit, vnde Maro volucriq; ſimillima ſomno. Aduolant ergo: celeriter accedunt. & euaneſcunt.i.ce-
lerius interrupto ſomno diſcedunt aut potius auolant. Defunctis nos ſuperi habemur: non tamen oĩbus ſecun-
dum ſententiam pręſentis operis: quia in cælum recepti. vna cum cęlitibus nobis ſuperi ſunt: ſed ad inferna de-
miſſis. Eruti geminarum &c. lego editi.ſ. verſus de &c.

Quinq; eſſe genera ſomniandi, atq; ſomnium hoc Scipionis ad prima tria genera de
bere referri. CAP. III.

HIs prelibatis anteq̃ ipſa ſomnii verba tractem⁹, prius quot ſomniãdi mo
dos obſeruatio deprehẽderit, cũ licentiã figurarũ quę paſſim quieſcẽti-
bus ingerunt, ſub definitionẽ & regulã vetuſtas mitteret, ediſſeramus:
vt cui eorũ generi ſomniũ, quo de agim⁹, applicãdũ ſit innoteſcat. Oĩm
Species ſomnii. quę videre ſibi dormientes vident: quinq; ſunt principales diuerſitates &
noĩa. Aut eñ eſt ὄνειρος ſecundũ gręcos: qđ latini ſomniũ vocãt: aut ὅρα
μα, qđ viſio recte appellat: aut χρηματισμός, qđ oraculũ nũcupat: aut eſt ἐνύπνιον, quod inſo
mniũ dicit: aut eſt φάντασμα: qđ Cicero, quoties opus hoc noĩe fuit, viſum vocauit. Vlti
ma ex his duo: cũ videant cura interpretationis indigna, qa nihil diuinationis apportãt:
Inſomnium. ἐνύπνιον dico, & φάντασμα. Eſt eñ ἐνύπνιος, quoties cura oppreſſi animi vel corporis ſiue
fortunę: qualis vigilantẽ fatigauerit, talẽ ſe ingerit dormienti. Animi, vt ſi amator deli-
ciis ſuis aut fruẽtẽ ſe videat. aut carentẽ. ſi metuẽs qs imminentẽ ſibi vel inſidiis, vel po-
teſtate perſonã: aut incurriſſe hanc ex imagine cogitationũ ſuarũ, aut effugiſſe videat.
Corporis, ſi temeto ingurgitatus, aut diſtentus cibo: vel abũdantia pręfocari ſe extimet,
vel grauãtib⁹ exonerari: aut cõtra ſi eſuriẽs cibũ, aut potũ ſitiẽs, deſiderare, quærere, vel
etiã inueniſſe videatur. Fortunę: cũ ſe qs exiſtimat vel potẽtia. vel magiſtratu: aut auge-
ri pro deſiderio, aut exui pro timore. Hęc & his ſimilia qm̃ ex habitu mẽtis quietẽ. ſicut
pręuenerant, ita & turbauerant dormiẽtis: vna cũ ſomno aduolãt, & pariter euaneſcũt.
Hinc & inſomnio nomẽ: nõ qa p ſomnũ videt (hoc eñ eſt huic generi cõmune cũ cæte-
ris) ſed qa in ipſo ſomnio tantũmodo eſſe credit dũ videt: poſt ſomniũ nullã ſui vtilitatẽ
Aen. vi. vel ſignificationẽ relinqt. Falſa eſſe inſomnia, nec Maro tacuit: *Sed falſa ad cœlũ mittũt*
Cœlum. *inſomnia manes*: cœlũ hic viuorũ regionẽ vocãs, qa ſicut dii nobis, ita nos defunctis ſu-
peri habemur. Amorẽ quoq; deſcribẽs: cuius curã ſemp ſequunt inſomnia, ait. *Hęrent in*
Aen. iiii. *fixi pectore vultus Verbaq;: nec placidã mẽbris dat cura quietẽ*. Et poſt hęc. *Anna ſoror*
Phantaſma. *quę me ſuſpenſam inſomnia terrẽt!* φάντασμα vero, hoc eſt viſum: cũ inter vigiliã & adul-
tam quietẽ in quadã (vt aiũt) prima ſomnii nebula adhuc vigilare ſe exiſtimans qui dor
mire vix cœpit, aſpicere videtur irruentes in ſe vel paſſim vagãtes formas, a natura ſeu
magnitudine ſeu ſpecie diſcrepantes: variaſq; tempeſtates rerum vel lætas vel turbulen
tas. In hoc genere eſt ἐπιάλτης: quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur inuadere, &
pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. His duobus modis ad nullam noſcendi futuri
Oraculum. opem receptis: tribus cæteris in ingenium diuinationis inſtruimur. Et eſt oraculum qui
dem cum in ſomnis parens, vel alia ſancta grauiſq; perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam deus
Viſio. aperte euenturum quid, aut non euenturum: faciendum, vitandumve denunciat. Viſio
autem eſt cum id quis videt, quod eodem modo quo apparuerat eueniet. Amicũ pere-
gre cõmorantem quem non cogitabat, viſus eſt ſibi reuerſum videre: & procedenti ob-
uius quẽ viderat venit in amplexus. Depoſitum in quiete ſuſcepit: & matutinus ei pre-
Somniũ & eius ſpecies. cator occurrit mandans pecuniam tutelæ, & fidei cuſtodiæ celandam committens. So-
mniũ proprie vocatur, quod tegit figuris, & velat ambagibus non niſi interpretatione
intelligendam ſignificationem rei, quæ demonſtratur. Quod quale ſit, non a nobis expo-
nẽdum eſt: cum hoc vnuſquiſq; ex vſu quid ſit agnoſcat. Huius quinq; ſunt ſpecies: aut
enim proprium, aut alienum, aut commune, aut publicum, aut generale eſt. Proprium eſt
cum ſe quis facientem patientemve aliquid ſomniat: alienũ cũ alium: cõmune cũ ſe vna
cũ alio: publicũ eſt cũ ciuitati forove vel theatro ſeu qbuſlibet publicis mœnib⁹ actibuſ-
ve triſte vel lętũ qd exiſtimat accidiſſe: generale eſt cũ qs circa ſolis orbẽ lunarẽve globũ
ſeu alia ſidera vel cęlũ oẽſq; terras aliqd ſomniat innouatũ. Hoc aũt qđ Scipio vidiſſe ſe
retulit: tria illa q̃ ſola pbabilia ſunt gña principalitatis amplectit, & oẽs ipſius ſomni ſpe

cies attingit. Eſt em̃ oraculũ:quia Paulus & Africanus vterqꝫ parẽs,ſancti graueſqꝫ ambo,nec alieni a ſacerdotio,quid illi euenturũ eſſet enunciarũt. Eſt viſio:qa loca ipſa in qbus poſt corpus vel qualis futurꝰ eſſet aſpexit. Eſt ſomniũ:qa rerũ quę illi narratę ſunt, altitudo tecta ꝓfunditate prudentiæ nõ poteſt nobis niſi ſcientia interp̃tationis aperiri. Ad ipſius quoqꝫ ſomnii ſpecies oẽs referť. Eſt ꝓpriũ:qa ad ſupera ꝑductus eſt,& de ſe futura cognouit. Eſt alienũ,ꝙ quẽ ſtatũ aliorũ aĩę ſortitę ſunt dep̃hendit. Eſt cõmune,ꝙ ea dẽ loca tã ſibi q̃ cæteris eiuſdem meriti didicit p̃parari. Eſt publicũ,ꝙ victoriã patrię & Carthaginis interitũ,& capitolinũ triũphũ, & ſollicitudinẽ futuræ ſeditionis agnouit. Eſt generale,ꝙ cælũ cæliqꝫ circulos,cõuerſioniſqꝫ concentũ,viuo adhuc homini noua & incognita,ſtellarũ etiã ac luminũ motus, terręqꝫ omnis ſitũ ſuſpiciendo vel deſpiciendo cõcepit. Nec dici põt non aptum fuiſſe Scipionis perſonę ſomnium,qđ generale eſſet & publicũ,quia necdũ illi contigiſſet ampliſſimus magiſtratus:immo cũ adhuc vt ipſe dicit,pene miles haberetur. Aiunt em̃ nõ habenda pro veris de ſtatu ciuitatis ſomnia,niſi quę rector eius magiſtratuſve vidiſſet,aut quę de plebe nõ vnus ſed multi ſimilia ſomniaſſent. Ideo apud Homerũ cũ in cõcilio Græcorũ Agamẽnon ſomniũ qđ de inſtruẽdo prelio viderat,publicaret:Neſtor qui nõ minus ipſe prudentia q̃ omnis iuuenta viribꝰ iuuit exercitũ,concilians fidem relatis:de ſtatu inquit publico credendũ regio ſomnio: qđ ſi alter vidiſſet,repudiaremꝰ vt futile. Sed nõ ab re erat vt Scipio etſi necdũ adeptus tũc erat cõſulatũ,nec erat rector exercitꝰ:Carthaginis ſomniaret interitũ:cuius erat auctor futurus:audiretqꝫ victoriam beneficio ſuo publicandã:videret etiam ſecreta naturę,vir nõ minus philoſophia q̃ virtute pręcellẽs. His aſſertis,quia ſuperius falſitatis inſomniorũ Virgiliũ teſtem citãtes,eius verſus fecimus mentionem, editi de geminarum ſomnii deſcriptione portarũ:ſi quis forte quærere velit,cur porta ex ebore falſis,e cornu veris ſit deputata: inſtrueť auctore Porphyrio,qui in cõmentariis ſuis hęc in eundẽ locum dicit ab Homero ſub eadem diuiſione deſcripta. Latet inquit omne verũ:hoc tamẽ anima cũ ab officiis corporis ſomno eius paululũ libera eſt,interdũ aſpicit:nõnunq̃ tendit aciem,nec tamẽ peruenit:& cũ aſpicit,tamen nõ libero & † directo lumine videt,ſed interiecto velamine,quod nexus naturę caligãtis obducit. Et hoc in natura eſſe idẽ Virgilius aſſerit dicẽs. Aſpice:nãqꝫ oẽm,quę nũc obducta tuẽti Mortales hebetat viſus tibi,& humida circũ Caligat,nubẽ eripiã. Hoc velamen cũ in quiete ad verũ vſqꝫ,aciẽ introſpiciẽtis admittit,de cornu creditur:cuiꝰ iſta natura eſt,vt tenuatũ viſui peruiũ ſit. Cũ aũt a vero hebetat,ac repellit obtutũ:ebur putať,cuiꝰ corpus ita natura dẽſatũ eſt, vt ad quãuis extremitatẽ tenuitatis craſſum nullo viſu ad vlteriora tendẽte penetreť.

Som. Scipiõis de quo genere ſit.

Neſtor.

Somnii portæ,& earũ explanatio

† ꝑfecto.

ASCEN. Gala galactos dicitur lac:inde galaxias circulus lacteus. de quo in maſculino dicit:de hoc quidẽ galaxia:vel reſpiciẽs ad generale,quod eſt circulus:vel ꝙ oĩa primę in as nobis maſculina ſunt vt Tiaras,Boreas, Cęcias,cum tiara fœmininum ſit.

Scopus.i.propoſitum huius ſomnii qui ſit. CAP. IIII.

TRactatis generibus & modis,ad quos ſomnium Scipionis refertur:nunc ipſam eiuſdẽ ſomnii mentem, ipſumqꝫ propoſitũ quod Græci σκόπον vocant,anteq̃ verba inſpiciãtur tentemus aperire:& eo ꝑtinere propoſitũ præſentis operis aſſeramus,ſicut iam in principio huiꝰ ſermonis adſtruximus:vt animas bene de repub. meritorũ, poſt corpora cælo reddi, & illic frui beatitudinis perpetuitate nos doceat. Nã Scipionem ipſum hæc occaſio ad narrandũ ſomniũ prouocauit:quod longo tempore ſe teſtatus eſt ſilẽtio cõdidiſſe. Cũ em̃ Lęliꝰ q̃rereť nullas Naſicę ſtatuas in publico,in interfecti tyrãni remuneratiõe locatas:reſpõdit Scipio poſt alia hæc verba. Sed q̃q̃ ſapiẽtibus conſcientia ipſa factorũ egregiorũ ampliſſimũ virtutis eſt præmiũ:tñ illa diuina virtus non ſtatuas plũbo inhærẽtes,nec triũphos areſcẽtibus laureis:ſed ſtabiliora quędã,& viridiora pręmiorũ genera deſiderat. Quæ tamen iſta ſunt inquit Lęlius? Tũ Scipio:patimini me inquit (quoniã tertiũ diẽ iam feriati ſumus) & cętera proſequi. quibus ad narrationẽ ſomnii venit,docẽs illa eſſe ſtabiliora & viridiora pręmiorũ genera,quę ipſe vidiſſet in cęlo bonis rerũpub. ſeruata rectoribus: ſicut his verbis eiꝰ oſtẽditur. Sed quo ſis Africane alacrior ad tutandã rẽpu. ſic habeto. Oĩbus qui patriã cõſeruauerint,adiuuerint,auxerint: certũ eſſe ĩ cælo & definitũ locũ,vbi beati ſempiterno æuo fruãtur. & paulo poſt,hũc certũ locũ q̄ ſit deſignãs ait. Sed ſic Scipio:vt auus hic tuus,vt ego qui te genui,iuſtitiam

Conſciẽtia bñfactorũ virtutis p̃mium.

,, cole & pietatem:quæ cũ magna in parẽtibus & propinquis,tum in patria maxima eſt.ea
,, vita via eſt in cælum,& in hunc cœtum eorũ, qui iã vixerint:& corpore laxati incolũt
,, locum,quem vides,ſignificans Galaxian.Sciendũ eſt eñ ꝙ locus in quo ſibi videtur eſſe
Galaxias. Scipio per quietẽ:lacteus circulus eſt,qui Galaxias vocatur.Siquidẽ his verbis in prin-
,, cipio vtitur. Oſtẽdebat autem Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarũ illuſtri & claro
,, quodã loco.Et paulopoſt apertius dicit.Erat autẽ is ſplendidiſſimo candore inter flãmas
,, circulus elucens,quem vos(vt a Graiis accepiſtis)orbem lacteum nũcupatis:ex quo mi
,, hi omnia contẽplanti præclara & mirabilia videbantur. Et de hoc quidem galaxia,cũ de
circulis loquemur plenius diſſeremus.

ASCEN.De ſeptenarij numeri in geneſi hominis poteſtate,multa ante hũc adduxit Gellius lib.iij.cap.x.Supereſt.i.reſtat,reliquũ eſt:interdũ vt docet Gellius,& quidẽ proprie ſignificat,ſupra id quod ſatis ſit eſſe.i.redũdare & vt dicũt ſupfluere.Numerus impar mas eſt,qa & parẽ & imparẽ gignit,vt is eſt per quẽ multiplicatur: vt bis tria ſex ſunt:ter tria nouem:par autẽ tm̃ parem conſtituit:vt bis quatuor octo:ter quatuor duodecim. Præterea impari ſuperi,pari gaudent inferi:vñ eſt Numero deus impare gaudet.Monas aũt cum neuter ſit.i. neqꝫ mas neqꝫ fœmina,quia numerus nõ eſt,vtriuſqꝫ tñ numeri fungitur officio:qa cum pari vt cũ fœmina coiens,vt mas,imparẽ.i.marẽ gignit:vnũ em̃ & duo tria ſunt:cum impari autẽ vt cũ mare,fœminã vt fœmina conſtituit:vt vnũ & tria,quatuor.Reliqua e Macrobio qui poteſt diſcat.

Quis oẽs numeri modo quodã pleni ſint,tñ octonariũ & ſeptenariũ ꝑculiariter plenos dici:quãqꝫ ob cauſam octonarius plenus vocetur. CAP.V.

SEd iam qm̃ inter libros,quos de repub.Cicero,quoſve prius Plato ſcripſerat:quę differẽtia,quę ſimilitudo habeatur,expreſſimus:& cur operi ſuo vel Plato Eri indiciũ:vel Cicero ſomniũ Scipionis aſciuerit:quidve ſit ab epicureis obiectũ Platoni,vel quẽadmodũ debilis calumnia refellatur:& quibus tractatibꝰ philoſophi admiſceãt,vel a quibꝰ ꝑnitus excludãt fabuloſa, retulimꝰ:adiecimuſqꝫ poſt hęc neceſſario genera oĩm imaginũ,ꝗ falſo,quęqꝫ vero videẽt in ſomniis:ipſaſqꝫ diſtĩximꝰ ſpecies ſomniorũ,ad quas Africani ſomniũ cõſtaret referri:& cur Scipioni cõuenerit talia ſomniare:& de geminis ſomnii portis:quę fuerit a veteribꝰ expreſſa ſententia ſup his omnibus:ipſius ſomnii,de quo loquimur,mentẽ propoſitũqꝫ ſignauimus:& partem cæli euidẽter expreſſimus,in qua ſibi Scipio ꝑ quietẽ hæc,vel vidiſſe viſus eſt,vel audiſſe quę retulit:Nũc iam diſcutienda nobis ſunt ipſius ſomnii verba nõ oĩa,ſed vt quęqꝫ videbũtur digna quæſitu. Ac prima
,, nobis tractanda ſe ingerit pars illa de numeris,in qua ſic ait.Nã cum ætas tua ſeptenos
,, octies ſolis anfractꝰ rediteuſqꝫ cõuerterit:duoqꝫ hi numeri,quorũ vterqꝫ plenus,alter al-
,, tera de cauſa habeẽ,circuitu naturali ſummã tibi fatalẽ cõfecerint:in te vnũ atqꝫ in tuũ
,, nomẽ ſe tota cõuertet ciuitas:Te ſenatꝰ,te oẽs boni,te ſocii,te latini intuebũtur:tu eris
,, vnus in quo nitaẽ tota ciuitatis ſalus:ac ne multa,dictator rẽp.cõſtituas oportet:ſi im-
Corpus nullum plenum. Plenitudo numerorum.
pias propinquorũ manus effugeris. Plenitudinẽ hic nõ fruſtra numeris aſſignat:plenitudo eñ ꝓprie niſi diuinis rebꝰ ſuꝑniſqꝫ nõ cõuenit.neqꝫ eñ corpus ꝓprie plenũ dixeris:qđ cũ ſui ſit impatiẽs effluendo,alieni appetẽs eſt hauriẽdo.quę ſi metallicis corporibus nõ vſu eueniũt:nõ tñ plena illa,ſed vaſta dicẽda ſunt. Hæc eſt igitur cõmunis numerorũ omniũ plenitudo:ꝙ cogitationi a nobis ad ſuꝑos meãti occurrit prima ꝑfectio incorporalitatis in numeris.Inter ipſos tñ proprie pleni vocanẽ ſecũdũ hos modos,qui pręſenti tractatui neceſſarii ſunt:ꝗ aut vim obtinẽt vinculorũ, aut corpora rurſus efficiũtur,aut corpus efficiũt,ſed corpus qđ intelligẽdo nõ ſentiẽdo cõcipias.Totũ hoc,vt obſcuritatis depulſeẽ offenſa:paulo altius repetita rerũ luce,pandẽdũ eſt. Oĩa corpora ſupficie finiũtur:& in ipſam eorũ pars vltima terminaẽ.Hi autẽ termini,cũ ſint ſemꝑ circa corpora,quorũ termini ſunt,incorporei intelligũtur:nã quouſqꝫ corpus eſſe dicetur,necdũ terminus intelligitur:cogitatio quę cõceꝑit terminũ,corpus relinquit.Ergo primꝰ a corporibꝰ ad incorporea trãſitus oſtẽdit corporũ terminos:& hæc eſt prima incorporea natura poſt corpora:ſed non pure, nec ad integrũ carẽs corpore.Nam licet extra corpus natura eius ſit,tamen nõ niſi circa corpus apparet.Cũ totũ deniqꝫ corpus
† tamen Grãmæ. Lineæ.
nominas,etiam ſuperficies hoc vocabulo cõtinetur.de corporibꝰ eã,tametſi nõ res,† ſed intellectus ſequeſtrat.Hæc ſuꝑficies ſicut eſt corporũ terminus:ita lineis terminatur, quas ſuo noĩe grãmas gręcia vocauit.Punctis lineæ finiuntur:& hæc ſunt corpora quę mathematica vocãtur:de quibus ſolerti induſtria geometriæ diſputatur.Ergo hæc ſuperficies cũ ex aliqua parte corporis cogitatur,pro forma ſubiecti corporis accipit numerum linearũ.Nam ſeu trium,vt trigonum:ſeu quatuor vt quadratum:ſeu pluriũ ſit,

angulorũ,totidẽ lineis ſeſe ad extrema tangentibus planities eius includitur.Hoc loco Corpo-
admonendi ſumus, ꝙ omne corpus longitudinis, latitudinis,& altitudinis dimenſioni- ris diui-
bus conſtat.Ex his tribus in lineę ductu vna dimenſio eſt longitudo:eſt enĩ ſine latitudi ſio.
ne.Planities vero quã Gręci epiphaniã vocant,longo latoq; diſtẽditur, alto caret:& hæc Plani-
planities quantis lineis contineatur,expreſſimus.Soliditas autem corporum conſtat,cũ ties.
his duabus additur altitudo. Fit enim tribus dimenſionibus impletis corpus ſolidum, Solidũ.
quod ſtereon vocant:qualis eſt teſſera,quæ cubus vocatur.Si vero non vnius partis,ſed
totius velis corporis ſuperficiem cogitare:quod proponimꝰ eſſe quadratum (vt de vno
quod exemplo ſufficiet diſputemus) iam non quatuor,ſed octo anguli colligũtur.quod
tum animaduertas,ſi ſuper vnum quadratum,quale prius diximus, alterum tale altius
impoſitũ mente conſpicias:vt altitudo quæ illi plano deerat,adiiciatur:fiatq; tribus di-
menſionibus impletis corpus ſolidũ quod ſtereon vocant,ad imitationem teſſerę,quę cu Teſſera.
Ipſam quoq; pœnarum deſcriptionẽ de ipſo vſu conuerſationis humanę ſumptam crediderunt: Vulturẽ iecur immortale tondentẽ nihil aliud intelligi volentes ꝗ tormenta conſcientiæ obnoxia flagitio viſcera interiora rimantis , & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis,ſemperq; curas,ſi requieſcere forte tentauerint, excitantis,tanꝗ fibris renaſcentibꝰ inherẽdo:nec vlla ſibi miſeratione parcentis:lege hac qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur,nec de ſe ſuã poteſt vitare ſententiã.Illos autẽ epulis ante ora poſitis excruciari fame,& inedia tabeſcere, quos magis magiſq; acquirẽdi deſideriũ cogit præſentẽ copiã nõ videre:& in affluentia inopes, egeſtatis mala in vbertate patiunt:neſcientes parta reſpicere,dum egent habẽdis. Illos radiis rotarũ pendere diſtrictos,q nihil cõſilio præuidẽtes,nihil ratione moderantes,nihil virtutibꝰ explicantes,ſeq; & actus ſuos oẽs fortunæ permittẽtes; caſibus & fortuitis ſemp rotantur.Saxum ingens voluere,inefficacibꝰ laborioſiſq; conatibꝰ vitã terẽtes. Atrã ſilicẽ lapſurã ſemp & cadenti ſimilẽ illorũ capitibꝰ ĩminere:qui arduas poteſtates & infauſtam ambiunt tyrannidem,nunꝗ ſine timore victuri:& cogentes ſubiectũ vulgus odiſſe,dum metuat,ſemp ſibi videntur exitiũ,qđ merentur,excipere.

Dionyſius ſiculus.

Nec fruſtra hoc theologi ſuſpicati ſunt.Nam Dionyſius aulæ ſiculæ inclementiſſimus incubator,familiari quondã ſuo ſolam beatã exiſtimanti vitã tyranni,volens ꝗ perpetuo metu miſera, ꝗ impendentiũ ſemp periculorũ plena eſſet oſtendere: gladium vagina raptum, & a capulo de filo tenui pendentẽ,mucrone demiſſo iuſſit familiaris illius capiti inter epulas ĩminere.Cũq; ille & ſiculas & tyrannicas copias pręſentis mortis periculo aſpernaret: talis eſt ĩnqt Dionyſius vita,quã beatã putabas:ſic nobis ſemp mortẽ ĩminentẽ videmꝰ.Exiſtima ergo qñ felix eſſe poterit,q timere nõ deſinit.

æneí.vi.

Animæ mors & vita.

Secũdum hæc igit quę a theologis aſſerunt,ſi vere ſuos quiſq; patimur manes,& inferos in his corporibꝰ eſſe credimꝰ:qđ aliud ĩtelligendũ eſt, ꝗ mori animã cũ ad corporis inferna demergitur: viuere autem cum ad ſupera poſt corpus euadit?

ASCEN.Mortes duas etiam catholici dicunt, & multo quidem verius & diſcretius ꝗ philoſophi quos ſequitur Macrobius.Nam philoſophi non vnius ſed duorum eas ponunt:animæ priorem cum in corporis ergaſtulum demergitur:animalis poſteriorem, cum per animę a corpore ſeparationem animal eſſe deſinit:Catholici autem duas hominis eſſe dicunt: priorẽ qua hanc vitam per animę a corpore ſeparationem deſerit:quæ quidẽ homini eſt pœna peccati,aut proprii aut alieni,nihil tamen habet peccati:poſteriorem qua ob peccata commiſſa & non deleta,aĩa aut ſummo priuat bono, aut æternis cruciatibus addicitur:per quos licet nunꝗ ſit mortua ſemper tamen moritur:nihil autem infelicius ꝗ ſemper mori velle.& nunꝗ mori poſſe. Mors ergo ſecunda eſt ſemper mori.Ad quam mortem quia priore morte morientes tendunt peccatores:ideo mors peccatorum peſſima. Neq; cũ dãnata anima corporis vinculis diſſoluta melius agitur per diſſolutionem,niſi ꝙ non eſt amplius

peccatura,ſed ſemper tamen moritura. Et author & conditrix: Bene etiam author huic cõe eſt: nam hic fœmininum ponit. Elyſios campos, quos Maro apud inferos conſtituit Aenei. vj. Exinde per amplũ Mittimur elyſium, & pauci lęta arua tenemus. Sed potuit dicere lęta arua, quam nos terram viuentium. Deſiderio latenti cogitauerit &c. Sic Maro, Rurſus & incipiunt in corpora velle reuerti. Sed hæc opinio, vt Pythagoricorũ putantium animas etiam humanas in bruta migrare & inde rurſum in humana corpora redire: penit⁹ eſt erronea. Quia aïa vna nõ niſi vnũ animat corpus: non tamen id ſemel, ſed vt minimũ bis: ſemel dũ creando infuſa eſt, & iterum dum in reſurrectione nouiſſima idem corpus reſumet. Dico vt minimum propter reſuſcitatorũ & iterum mortuorum animas. Coacti autem ſunt talia dicere quicunq; creationẽ, vt philoſophi omnes negabant, & animas immortales aſſerebant. Nã ſi animę hominũ ex traduce & ſeminarijs corporũ naſcerentur, vt animæ brutorũ, neceſſe erat vt illas interire: ſi cælo demiſſæ in corpora immigrarent, neceſſe erat, aut infinitas eſſe, cũ infinitos futuros putarint homines (id autẽ non recipiebãt) aut vnam animam in varia migrare corpora: exacto beatitudinis meritę tempore. Cõtra quos tamen Scipio ſupra dixit, bonos ciuitatum rectores ſempiterno æuo fruituros, Et capite proximo dicet Macrob. animã ad perennis vitę lucem reſtitutam: quod quõ ſi mũdus ſit perpetuus, & animæ finitæ, intelligant, neſcio.

Quid & vbi inferi ſcd̃m Platonicos: & quãdo eorũ ſententia aut viuere anima aut mori dicatur. CAP. XI.

DIcendũ eſt, qd his poſtea veri ſolicitior inquiſitor phiæ cult⁹ adiecerit. Nã & q primũ Pythagorã, & qui poſtea Platonẽ ſecuti ſunt, duas eſſe mortes, vnã aïę, animalis alterã, ꝓdiderũt. Mori animal, cũ aïa diſcedit e corpore: ipſam vero animã mori aſſerẽtes, cũ a ſimplici & indiuiduo fonte naturę in mẽbra corporea diſſipaẗ. Et qa vna ex his manifeſta oĩbus nota eſt, altera nõ niſi a ſapientibus deprehenſa, cęteris eam vitam eſſe credentibus: ideo hoc ignoratur a plurimis, cur eũdem mortis deum modo Ditem, modo immitem vocemus: cum per alteram. i. animalis mortem, abſolui animã, & ad veras naturæ diuitias, atq; ad propriam libertatem remitti fauſtum nomen indicio ſit: per alteram vero quæ vulgo vita exiſtimatur, animam de immortalitatis ſuæ luce ad quaſdam tenebras mortis impelli, vocabuli teſtemur horrore. Nam vt conſtet animal, neceſſe eſt in corpore anima vinciatur. Ideo corpus δέμας, hoc eſt vinculum nuncupatur: & σῶμα, quaſi quoddam σῆμα, id eſt animæ ſepulcrum. Vnde Cicero pariter vtrũq; ſignificans, corpus eſſe vĩculum, corpus eſſe ſepulcrum, quod carcer eſt ſepultorũ, ait: Qui e corporum vinculis tanq̃ e carcere euolauerunt. Inferos autem Platonici non in corporibus eſſe, id eſt non a corporibus incipere dixerunt: ſed certam mundi iſtius partem Ditis ſedem. i. inferos vocauerunt. De loci vero ipſius finibus inter ſe diſſona publicarunt, & in tres ſectas diuiſa ſententia eſt. Alii enim mundum in duo diuiſerunt: quorum alterum facit, alterum patitur. Et illud facere dixerunt, quod cum ſit immutabile, alteri cauſam & neceſſitatem permutationis imponit: Hoc pati, quod per mutationes variatur. Et immutabilem quidem mundi partem a ſphæra quæ aplanes dicitur vſq; ad globi lunaris exordium: Mutabilem vero a Luna ad terras vſq; dixerunt. Et viuere animas dum immutabili parte conſiſtunt: mori autem, cum ad partem ceciderint permutationis capacẽ. Atq; ideo inter lunã terraſq; locũ mortis & inferorum vocari, ipſamq; lunam vitæ eſſe mortiſq; confinium: & aïas inde in terrã fluentes mori, inde ad ſupera meantes in vitam reuerti: nec immerito exiſtimatum eſt. A luna enim deorſum natura incipit caducorum: ab hac animæ ſub numerum dierum cadere, & ſub tempus incipiunt. Deniq; illam ætheream terram phyſici vocauerunt, & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt. quod ita eſſe plurimis argumentis, quæ nunc longum eſt enumerare, docuerunt. Nec dubium eſt, quin ipſa ſit mortalium corporum & author & cõditrix, adeo vt nonnulla corpora ſub luminis eius acceſſu patiantur augmenta, & hac decreſcente minuantur. Sed ne de re manifeſta faſtidium prolixa aſſertione generetur, ad ea quæ de inferorum loco alii definiunt, tranſeamus. Maluerunt enim mundum alii in elementa ter quaterna diuidere: vt in primo numerentur ordine, terra, aqua, aer, ignis, quæ eſt pars liquidior aeris vicina lunæ. Supra hæc rurſum totidem numero, ſed naturę purioris elemẽta: vt ſit luna pro terra, quã æthereã terram a phyſicis diximus nominatam: aqua ſit ſphęra Mercurii, aer Veneris, ignis in Sole. Tertius vero elementorũ ordo ita ad nos cõuerſus habeatur, vt terram vltimã faciat, & cæteris in mediũ redactis in terram deſinat tam ima q̃ ſumma poſtremitas. Igitur ſphæra Martia ignis habeatur, aer Iouis, Saturni aqua, terra vero aplanes, in qua Elyſios campos eſſe puris animis deputatos, antiquitas nobis intelligendũ reliqt. De his cãpis aïa cũ in corpus emittitur, per tres elemẽtoꝝ ordines trina morte ad corp⁹ vſq; deſcẽdit. Hęc eſt iter Platonicos de morte aïę cũ ĩ corp⁹

Mortes duę.

Corpus.

Inferorũ opinio Platon.

Mũdus diuiſus in duo.

Aïę vita & mors.

Lunares populi.

Lunę vis

Mundi alia diuiſio.

Elyſii cãpi.

trudit̄ ſecūda ſentētia.Alii vero(nā tres īter eos eſſe ſentētiarū diuerſitates ante ſignauimus)in duas quidē & ipſi partes ſicut primi faciūt,ſed nō iiſdē terminis diuidūt mundū.Hi eñ cęlū q̄d aplanes ſphęra vocitat̄ partē vnā:ſeptē vero ſphęras quę vagę vocantur,& q̄d inter illas ac terrā eſt,terrāq̄ ipſam,alterā partē eſſe voluerūt.Secūdū hos ergo,quorū ſectę amicior eſt ratio,aīę beatę ab oī cuiuſcūq̄ cōtagiōe corpis liberę cęlū poſſidēt.Quę vero appetētiā corporis,& huius quā in terris vitā vocamꝰ,ab illa ſpecula altiſſima & ꝑpetua luce deſpiciēs,deſiderio latēti cogitauerit, pōdere ipſo terrenę cogitatiōis paulatim in inferiora delabit̄.Nec ſubito a ꝑfecta incorpalitate luteū corpus induitur:ſed ſenſim ꝑ tacita detrimēta,& longiorē ſimplicis & abſolutiſſimæ puritatis receſſum,in quędā ſiderei corpis incremēta turgeſcit.In ſingulis eñ ſphæris q̄ cælo ſubiectæ ſunt,ętherea obuolutiōe veſtit̄,vt ꝑ eas gradatim ſocietati huiꝰ indumēti teſtei cōcilietur.Et ideo totidē mortibꝰ,quot ſphęras trāſit,ad hāc ꝑuenit,quę in terris vita vocitat̄.

Mundi tertia diuiſio.

ASCEN.Hoc capite dicenda,vt a fide noſtra,ita a veritate ſunt aliena.Manibus parentatur.i.inferis placandis ponitur epulum,vt in funere parentibus iratis.Sylueſtrem tumultū.i.hylen.ab hyle ergo ſylua dicta per y ſcribetur,vt ſyluę poematum & variarū plantationū congeries:qui tamen a ſilendo deducunt per i ſcribunt. Repetita cognitio anagnoſis.νοῦν ὕλινον aut ὑλικὸν.i.ſylueſtrem,materialē,& multis cōmunem.

Quomodo aīa ex ſupiore mūdi parte ad inferna hęc delabatur. CAP.XII.

DEſcēſus vero ipſius,quo aīa de cælo in huius vitę inferna delabit̄:ſic ordo digerit̄.Zodiacū ita lacteꝰ circulus obliquę circūflexiōis occurſu ambiēdo amplectit̄,vt eū qua duo tropica ſigna capricornus & cācer ferūtur,interſecet.Has ſolis portas phyſici vocauerūt:q̄a in vtraq̄ obuiāte ſolſtitio vlteriꝰ ſolis inhibet̄ acceſſio,& fit ei regreſſus ad zonæ viā,cuius terminos nūq̄ reliquit.Per has portas aīæ de cælo in terras meare,& de terris in cęlū remeare credūtur.Ideo hoīm vna,altera deorū vocat̄.Hominū cācer,q̄a ꝑ hūc ī inferiora deſcēſus eſt: Capricornꝰ deorū,q̄a ꝑ illū aīę in ꝓprię īmortalitatis ſedē,& in deorū numerū reuertunt̄.Et hoc eſt q̄d Homeri diuina prudētia in antri ithacēſis deſcriptiōe ſignificat. Hinc & Pythagoras putat a lacteo circulo deorſum incipe Ditis imꝑiū:q̄a aīę inde lapſę vident̄ iā a ſuperis receſſiſſe.Ideo primā naſcētibꝰ ait lactis alimoniā offerri:q̄a primus eis motus a lacteo incipit in corpa terrena labētibꝰ.Vnde & Scipioni de animis beatorū oſtēſo lacteo dictū eſt:Hinc ꝑfecti huc reuertunt̄.Ergo deſcēſurę cū adhuc in cācro ſunt,q̄m illic poſitæ,necdū lacteū reliquerūt,adhuc ī nūero ſunt deorū:Cū vero ad leonē labēdo ꝑuenerint,illic cōditiōis futurę auſpicant̄ exordiū.Et q̄a in leone ſunt rudimēta naſcēdi,& q̄dā hūanę naturę tyrocinia:aquariꝰ aūt aduerſus leoni eſt,& illo oriēte mox occidit:ideo cū ſol aquariū tenet,manibꝰ parētat̄:vtpote ī ſigno,q̄d hūanę vitę cōtrariū vł aduerſum ferat̄.Illic ergo.i.a cōfinio quo ſe Zodiacꝰ lacteuſq̄ cōtingūt,aīa deſcēdēs,a tereti q̄ ſola forma diuina eſt,in conū defluēdo ꝓducit̄,ſicut a pūcto naſcit̄ linea,& in lōgū ex īdiuiduo ꝓcedit:ibiq̄ a pūcto ſuo,q̄d eſt monas,venit ī dyadem,q̄ eſt pria detractio.Et hęc eſt eſſentia quā īdiuiduā eādēq̄ diuiduā Plato ī Timæo cū de mūdanę aīę fabrica loqueret̄,expſſit.Aīæ eñ ſicut mūdi,ita & hoīs vnius,modo diuiſionis reperiūtur ignarę,ſi diuinę naturę ſimplicitas cogitet̄:modo capaces, cū illa per mūdi,hęc ꝑ hoīs mēbra diffundit̄.Aīa ergo cū trahit̄ ad corpus,ī hac prima ſui ꝓductione ſylueſtrē tumultū.i.hylen influētē ſibi incipit experiri.Et hoc eſt q̄d Plato notauit in Phœdone,aīam in corpus trahi noua ebrietate trepidātē:volēs nouū potū materialis alluuionis intelligi,quo delibuta & grauata deducit̄.Arcani huiꝰ indiciū eſt & crater Liberi pr̄is ille ſidereus,in regiōe q̄ inter cancrū eſt & leonē,locatꝰ:ebrietatē illic primū deſcēſuris animis euenire ſylua influente ſignificās. Vnde & comes ebrietatis obliuio illic incipit animis latēter obrepere.Nā ſi aīę memoriā rerū diuinarū,quarū in cęlo erant cōſcię,ad corpa vſq̄ deferrēt:nulla inter hoīes foret de diuinitate diſſenſio. Sed obliuionē quidē oēs deſcendēdo hauriūt:alię vero magis,minus aliæ.Et ideo in terris verū quū nō oībus liqueat,tñ opinātur oēs:quia opinionis ortus eſt memorię defectus.Hi tñ hoc magis inueniūt,qui minus obliuionis hauſerūt:q̄a facile reminiſcūtur,q̄d illic ante cognouerint. Hinc eſt ꝙ quæ apud latinos lectio,apud græcos vocatur repetita cognitio:quia cū vera diſcimꝰ,ea recognoſcimꝰ,quę naturaliter noueramꝰ anteq̄ materialis influxio in corpus veniētes animas ebriaret. Hæc eſt autē hyle,quæ omne corpus mūdi q̄d vbicūq̄ cernimus ideis impreſſa formauit. Sed altiſſima & puriſſima pars eiꝰ,qua vel ſuſtentant̄

Ordo deſcēdētis aīę ī corpus.
Solis portæ.
Porta cācri hominū eſt.
Porta capricorni deorum.
Ditis imperium.
Lac pria alimōia.
Aquariꝰ humanę vitæ cōtrarius.
Parētatiōis tp̄s.
Aīæ deſcēſio.
Crater Liberi patris.
Obliuio aīarum.
Opinionis ortꝰ.
ἀνάγνωσις
Hyle.

Nectar. diuina vel cōſtant,nectar vocaṫ:& creditur eſſe potus deorū:inferior vero & turbidior,
Letheus potus animarū.& hoc eſt quod veteres lethęū fluuiū vocauerūt. Ipſum autē Liberū pa-
fluuius. trē orphaici νοῦν ὑλικὸν ſuſpicātur intelligi,q ab illo indiuiduo natus in ſingulos ipſe di-
Liber pr̄. uiditur.Ideo in illorū ſacris traditur titanio furore in mēbra diſcerptus,& fruſtis ſepul
tis rurſus vnus & integer emerſiſſe:quia νοῦς, quē diximus mēte vocari,ex indiuiduo ꝑ-
bēdo ſe diuidēdū,& rurſus ex diuiſo ad indiuiduū reuertēdo, & mūdi īplet officia,& na
turę ſuę arcana nō deſerit.Hoc ergo primo pōdere de Zodiaco & lacteo ad ſubiectas vſq;
ſphęras aīa delapſa,dū & p illas labiṫ,in ſingulis nō ſolū (vt iā diximus)luminoſi corpis
Aīa qd amiciṫ acceſſu:ſed & ſingulos mot⁹,quos in exercitio eſt habitura,ꝑducit.In Saturni ra
recipit a. tiocinationē & ītelligētiā,qđ λογιστικὸν θεωρητικὸν vocāt.In Iouis vim agēdi,qđ πρακτικὸν
Saturno diciṫ.In Martis animoſitatis ardorē,qđ θυμικὸν nuncupaṫ.In ſolis ſentiēdi opinādiq; na-
A Ioue, turā,qđ αἰσθητικὸν & φανταστικὸν appellāt.Deſiderii vero motū,qđ ἐπιθυμητικὸν vocatur:in
A Marte Veneris.Pronūciādi & interp̄tādi q̄ ſentiat,qđ ἑρμηνευτικὸν diciṫ:in orbe Mercurii. φυτι-
A Sole, κὸν vero.i.naturā plātādi & augēdi corpa,ingreſſu globi lunaris exercet.& eſt ſicut a di
A Vene. uinis vltima,ita in noſtris terreniſq; orbib⁹ prima.Corp⁹ eñ hoc ſicut fęx rerū diuinarū
A Merc. eſt:ita aīalis eſt prima ſubſtātia.Et hęc eſt differētia īter terrena corpa & ſupera,cęli di-
A Luna. co,& ſiderū aliorūq; elemētorū:ꝙ illa quidē ſurſum accerſita ſunt ad aīę ſedē,& īmorta-
Mors aīę litatē ex ipſa natura regionis,& ſublimitatis imitatiōe emeruerūt:ad hæc vero terrena
quę ſit. corpa aīa ipſa deduciṫ:& ideo mori crediṫ,quū in caducā regionē & in ſedē mortalita-
tis includiṫ.Nec te moueat,ꝙ de aīa quā eſſe īmortalē dicim⁹,mortē toties nominamus.
Etem̄ ſua morte aīa nō extinguiṫ,ſed ad tēpus obruitur.Nec tpali demerſiōe bñficiū ꝑ-
petuitatis eximitur:cū rurſus e corpe,vbi meruerit contagione vitiorū penitus elimata
purgari,ad perennis vitę lucē reſtituta in integrū reuertaṫ.Plene vt arbritror de vita &
de morte aīę definitio liquet,quā de abditis pħię,doctrina & ſapiētia Ciceronis elicuit.

ASCEN.Mortē malle cœpit: ſcʒ q̄ aīali vita viuere:vt viueret vita aīę & cęleſti.Sed vt ſācte p̄ſcribiṫ nulli liceṫ ſibi mortē cōcire ꝑpter cęleſtē vitā, donec a deo vocat⁹ fuerit.iterea tñ nō rephēdiṫ Paul⁹ noſter,nec ſiqs illi nō abſimilis,deſideriū hñs diſſolui & eē cū Chriſto,& dicēs:Infelix homo:qs me liberabit de carcere mortis huius? Quia iuſti primę claſſis hñt mortē in deſiderio & vitā in patiētia:quocirca ſibi vim nullā inferūt.Illecebras cō-tēnit:talis diciṫ a dño,aīam ſuā odiſſe in hoc mūdo,vt eā in vitā ęternā cuſtodiat.Supſtitioſum eſt qđ dicit aīas nō purgatas circū corpa & ſepulturas vagari.recti⁹ Maro dicit eas corporeis peſtib⁹ & affectionib⁹ prius pur gādas,q̄ cęlo inferātur.Quę cōparaṫ.i.acqritur pħię ratione.Quod aūt de numeris diciṫ:tāetſi deus in numero, pōdere & mēſura cōſtituit oīa:nō tñ ſic accipio vt cuiq̄ cert⁹ ſit vitę ſuæ numer⁹:dictū eñ eſt,Vigilate & orate, qa neſcitis diē neq; horā.Neq; mors violēta,dūmodo ſit ab alijs vt Chriſti martyribus illata,impedit:imo im-petrat accelerationem glorię.

Hominē duplici rōne mori:primū ſi aīa corpus relinquat:deinde ſi aīa in corpe adhuc manēs corporeas illecebras cōtemnat,voluptateſq; & affectiones oēs exuat.Ex his mor-tibus poſteriorem hāc oībus apperendā:priorem accerſendā nō eſſe:ſed expectādū donec deus ipſe animam a corpore diſſoluat.

CAP.XIII.

SEd Scipio p quietē & cęlo,qđ in prēmiū dedit beatis,& promiſſiōe im-
mortalitatis animat⁹,tā glorioſam ſpem tāq; inclitā magis magiſq; fir-
mauit viſo patre:de quo vtrū viueret,cū adhuc videreṫ dubitare,quę-
ſierat.Mortē igiṫ malle cœpit,vt viueret.Nec fleſſe cōtētus viſo paren-
te,quē crediderat extinctū:vbi loqui poſſe cœpit,hoc primū ꝓbare vo-
luit,nihil ſe magis deſiderare q̄ vt cū eo iā moraret. Nec tñ apud ſe q̄
deſiderabat faciēda cōſtituit,q̄ ante cōſuleret.quorū vnū prudētię,alterū pietatis aſſer-
tio eſt.Nūc ipſa vel cōſulētis vel ꝑcipiētis verba tractem⁹.Quæſo inquā pater ſanctiſſi-
me & optime:qm̄ hæc eſt vita(vt audio Africanū dicere) qd moror in terris?quin huc
ad vos venire ꝓpero?Nō eſt ita inqt ille.Niſi eñ cū deus hic,cuius hoc tēplū eſt,oēq; qđ
cōſpicis,iſtis te corpis cuſtodiis liberauerit,huc tibi adit⁹ patere nō pōt.Hoīes eñ ſunt
hac lege gñati,q tuerētur illū globū,quē in tēplo hoc mediū vides,quę terra diciṫ.Hiſq;
anim⁹ dat⁹ eſt ex illis ſempiternis ignib⁹,q̄ ſidera & ſtellas vocatis:q̄ globoſę & rotūdæ
diuinis aīatę mētib⁹,circulos orbeſq; ſuos cōficiūt celeritate mirabili.Quare & tibi Pu
bli & piis oīb⁹ retinēdus anim⁹ eſt in cuſtodia corpis.Nec iniuſſu ei⁹,a quo ille eſt vobis
Mors eſt dat⁹,ex hoīm vita migrādū eſt,ne mun⁹ aſſignatū a deo defugiſſe videamini. Hæc ſecta
appetēda & ꝑceptio Platonis eſt,q in Phœdone definit hoī nō eſſe ſua ſpōte moriēdū.Sed in eodē
ñ ſibi ipi tñ dialogo idē dicit philoſophātib⁹ appetēdā,& ipſam pħiam meditationē eſſe moriēdi.
inferēda Hęc ſibi ergo cōtraria videnṫ:ſed nō ita eſt, Nā Plato duas mortes hoīs nouit. Nec hoc

nũc repeto:qđ ſuperius dictũ eſt:duas eſſe mortes:vnã aię,aĩalis alterã : ſed ipſius quoq; Mortes
animalis hoc eſt hominis,duas aſſerit mortes:quarũ vnã natura, virtutes alterã pſtant. duę hoĩs
Homo eñ morit̃ cũ aĩa corpus relinquit ſolutũ lege naturę. Mori etiã dicit̃: cũ aĩa ad- Mors ſa
huc in corpore conſtituta corporeas illecebras philoſophia docente contemnit:& cupi- pientis.
ditatũ dulces inſidias reliquaſq; oẽs exuit̃ paſſiones.Et hoc eſt qđ ſuperius ex ſecũdo vir
tutum ordine,quę ſolis philoſophantibus aptę ſunt,euenire ſignauimus.Hãc ergo mor
tẽ dicit Plato ſapiẽtibus appetendã.Illam vero quã oĩbꝰ natura cõſtituit, cogi,vel infer
ri,vel accerſiri vetat,docẽs expectandã eſſe naturã.& has cauſas huius aperiens ſanctio
nis,quas ex vſu rerũ,quę in quotidiana cõuerſatione ſunt,mutuat̃. Ait eñ eos q poteſta
tis imperio trudunt̃ in carcerem: non oportere inde diffugere:priuſq̃ poteſtas ipſa quæ
clauſit,abire pmiſerit:Nõ enim vitari pœnã furtiua diſceſſione:ſed creſcere. Hoc quoq;
addit,nos eſſe in dominio deorũ: quorũ tutela & prouidẽtia gubernamur:Nihil aũt eſſe
inuito dño de iis,quæ poſſidet:ex eo loco,in quo ſuum conſtituerat,auferendũ. Et ſicut
qui vitam mancipio extorquet alieno,crimine non carebit:ita eum qui finẽ ſibi,domino
necdũ iubente,quęſiuerit:non abſolutionem conſequi,ſed reatum. Hæc Platonicæ ſectæ
ſemina altius Plotinus exequit̃.Oportet inqt aĩam poſt hoĩem liberã corporeis paſſioni Mortẽ q
bus inueniri:quã q de corpore violenter extrudit,liberã eſſe nõ patit̃.Qui enim ſibi ſua ſpõte ſi-
ſponte necẽ cõparat:aut ptęſus neceſſitatis,aut metu cuiuſq̃ ad hoc deſcẽdit, aut odio: bi cõpa-
quę oĩa inter paſſiones habent̃.Ergo etſi ante fuit his ſordibꝰ pura:hoc ipſo tñ quo exit rant.
extorta,ſordeſcit.Deinde mortẽ debere ait aię a corpore ſolutionẽ eſſe,non vinculũ.Exi
tu aũt coacto aĩam circa corpus magis magiſq; vinciri.Et reuera ideo ſic extortę aię diu
circa corpus,eiuſve ſepulturã vel locũ:in quo iniecta manus eſt, puagant̃:Cũ cõtra illæ
aĩæ,q̃ in hac vita a vinculis corporeis phię morte diſſoluunt̃,adhuc extante corpore cæ
lo & ſideribus inſerant̃.Et ideo illã ſolã de volũtariis mortibus ſignificat eſſe laudabilẽ,
quę cõparat̃ phię,ratiõe(vt diximus)nõ ferro:prudẽtia nõ veneno . Addit etiã ſolã eſſe Mors na
naturalẽ mortẽ:vbi corpus aĩam,nõ aĩa corpus relinqt.Cõſtat eñ nũerorũ certã conſti turalis.
tutãq; rationẽ aĩas ſociare corporibus.Hi numeri dũ ſupſunt,pſeuerat corpus aĩari:cũ
vero deficiũt,mox arcana illa vis ſoluit̃,qua ſocietas ipſa conſtabat.Et hoc eſt qđ fatũ & Fatũ &
fatalia vitæ tẽpora vocamꝰ.Aĩa ergo ipſa nõ deficit: qppe quæ ĩmortalis atq; ppetua eſt: fatalia
ſed impletis numeris corpus fatiſcit.Nec aĩa laſſat̃ animãdo:ſed officiũ ſuũ deſerit cor- vitæ.
pus,cũ iã nõ poſſit aĩari.Hinc illud eſt doctiſſimi vatis: Explebo numerũ, reddarq; tene- Explebo
bris.Hęc eſt igit̃ naturalis vere mors:cũ finẽ corporis ſolus numerorũ ſuorũ defectꝰ ap- numerũ
portat,nõ quũ extorquet̃ vita corpori adhuc idoneo ad cõtinuationẽ ferendi.Nec leuis i.vi.ęne.
eſt differentia,vitã vel natura,vel ſpõte ſoluẽdi. Aĩa eñ quũ corpore deſerit̃,poteſt in ſe
nihil retinere corporeũ:ſi ſe pure,cũ in hac vita eſſet,inſtituit. Cũ vero ipſa violẽter de
corpore extrudit̃:qa exit rupto vinculo nõ ſoluto:fit ei ipſa neceſſitas occaſio paſſionis:
& malis vinculis,dũ rũpitur,inficit̃.Hãc quoq; ſupioribꝰ adiicit rationẽ nõ ſpõte pereũ-
di.Cũ cõſtet inqt remunerationẽ animis illic eſſe tribuendã,p modo pfectionis,ad quam
in hac vita vnaquęq; puenit,nõ eſt pcipitãdus vitę finis,cũ adhuc pficiẽdi eſſe poſſit ac-
ceſſio.Nec fruſtra hoc dictũ eſt:nã in arcanis de aię reditu diſputatiõibus fert̃,in hac vi
ta delinquẽtes.ſimiles eſſe ſup ęquale ſolũ cadẽtibꝰ:qbus denuo ſine difficultate pſto ſit
ſurgere:Aĩas vero ex hac vita cũ delictorũ ſordibus recedẽtes,ęquãdas his,q in abruptũ
ex alto pcipitiq; delapſi ſunt,vnde facultas nunq̃ ſit reſurgendi. Ideo ergo cõceſſis vten
dum vitę ſpatiis,vt ſit perfectę purgationis maior facultas. Ergo inquies,q iã pfecte pur
gatus eſt manũ ſibi debet inferre,cũ nõ ſit ei cauſa remanendi: qa pfectũ vlterius nõ re-
quirit,q ad ſuperna puenit.Sed hoc ipſo quo ſibi celerẽ finẽ ſpe fruẽdæ beatitudinis ar-
ceſſit,irretitur laqueo paſſiõis:qa ſpes ſicut timor,paſſio eſt.Sed & cętera,quęſuperior ra
tio diſſeruit,incurrit.Et hoc eſt,ꝙ Paulus filiũ ſpe vitę verioris ad ſe venire pperantem,
prohibet,ac repellit:ne feſtinatũ abſolutionis aſcenſioniſq; deſiderium magis eũ hac ipſa
paſſione vinciat ac retardet.Nec dicit:ꝙ niſi mors naturalis aduenerit, emori non pote
ris:ſed huc venire non poteris.Niſi enim inquit,cum deus iſtis te corporis cuſtodiis li-
berauerit,huc tibi aditus patere non poteſt:quia ſcit iam receptus in cælum, niſi perfe-
ctæ puritati cæleſtis habitaculi aditum non patere.Pari autem conſtantia mors nec ve-
niens per naturam timenda eſt,nec contra ordinem cogẽda naturæ.Ex his quæ Platonẽ

quæq; Plotinum de voluntaria morte pronunciaſſe retulimus:nihil in verbis Ciceronis quibus hanc prohibet,remanebit obſcurum.

ASCEN.Hiſq;.ſ.hoibus, animus dat⁹ eſt ex illis &c.id fides noſtra nõ recipit, ſed a deo creari credit dũ corporibus immittunt.Secundũ theologos.i.phos de diuinis loquentes.Incorporea ipſa.i.cũ ſit incorporea: degenerat.i.ab ingenua nobilitate ſua deficit. Pręſtare.i.anteſtare dignitate,præferri.Differẽtiã quã Macrob.hic ponit
Stella & Sidus. Aſtrum. inter ſtellam & ſidus,Valla improbat lib.vj.probans ſidus de ſingulis planetis dici:vt apud Ciceronẽ de vniuerſitate.Itaq; neſciũt hos ſiderũ errores.Quinetiã aſtrũ de vno dicit:vt Ecce dionęi proceſſit Cæſaris aſtrũ.Fatet tamẽ ſtellã non dici de ſigno vt ſidus:nec ſtellã hibernã vt ſidus:forte ꝙ ſidus a ſidendo.i.deſcendendo & influendo in inferiora dicit:vnde & verius per i latinum ſcribit:vnde dicimus felici ſidere non ſtella natos.Sunt q ſtellã a ſtando dictã putãt:ſecũdũ quos planetę ſtellę nõ ſunt, nec q̃ in ortu dñi apparuit:ſed tm̃ quę in firmamento ſingulę.Legimus tamen Iouis ſtellam & Mercurij.Itaq; pter Solem & Lunam ſingulas omnes ſtellas vocamus:Sidera omnia:& Solẽ,vt Iam orto lucis ſidere:& ſingulas ſtellas,& ſigna.

Cur mundus hic vniuerſus,dei vocetur templum. Quotuplici ſenſu accipiat nomen animi:& quomodo mens homini cũ ſideribus cõmunis eſſe dicat.Tũ varię de animi natura ſententię.Quid inter ſtellã & ſidus interſit:qd ſphęra,qd orbis,qd circus:ſtellę errãtes vnde nomen acceperint. CAP.XIIII.

SEd illa verba quę pręter hoc ſunt inſerta,repetamus.Hoĩes eñ ſunt hac lege generati,q tuerent illũ globũ,quẽ in templo hoc,mediũ vides:quæ terra dicit.Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus,quę ſidera & ſtellas vocatis,quę globoſę atq; rotũdæ diuinis aïatę mẽtibus circulos ſuos orbeſq; conficiũt celeritate mirabili.¶De terra cur glob⁹ dicatur in medio mundo poſitus,plenius diſſeremus, cũ de nouẽ ſphęris loquemur.Bene autẽ vniuerſus mundus dei tẽplũ vocat,ꝑpter illos q exiſtimant nihil eſſe aliud deũ,niſi cęlũ ipſum,& cęleſtia iſta quę cernimus.Ideo vt ſummi omnipotẽtiã dei oſtenderet poſſe vix intelligi,nunq̃ videri,quicquid humano ſubiicit aſpectui,tẽplũ eius vocauit,q ſola mẽte cõcipit:vt q hęc venerat vt tẽpla, cultũ tamẽ maximũ debeat conditori,ſciatq; quiſquis in vſum tẽpli huius inducit, ritu ſibi viuendũ ſacerdotis. Vnde & quaſi quodã publico ꝓconio tantã humano generi diuinitatẽ ineſſe teſtat, vt vniuerſos ſiderei animi cognatiõe nobilitet.Notãdũ eſt,ꝙ hoc loco animũ & vt ꝓprie,& vt abuſiue dicit, poſuit.Animus eñ ꝓprie mens eſt:quã diuiniorẽ anima nemo dubitauit.Sed non nunq̃ ſic & animã vſurpantes vocamus.Cũ ergo dicit,Hiſq; anim⁹ datus eſt ex illis ſempiternis ignibus:mentem pręſtat intelligi: quę nobis ꝓprie cũ cælo ſideribuſq; cõmunis eſt.Cũ vero ait,Retinendus animus eſt in cuſtodia corporis:ipſam tũc animam nominat quæ vincitur cuſtodia corporali,cui mens diuina non ſubditur.Nũc qualiter nobis animus,id eſt mens,cũ ſideribus cõmunis ſit,ſecundũ theologos diſſeramus. Deus qui prima cauſa & eſt,& vocat:vnus omniũ quęq; ſunt,quęq; vident eſſe, princeps & origo eſt. Hic ſuperabundanti maieſtatis fœcunditate de ſe mentem creauit.Hæc mens quę νοῦς vocatur,qua patrẽ inſpicit,plenã ſimilitudinẽ ſeruat auctoris,Animã vero de ſe creat poſteriora reſpiciens.Rurſus:anima patrẽ qua intuet induit,ac paulatim regrediente reſpectu in fabricã corporũ,incorporea ipſa degenerat.Habet ergo & puriſſimã ex mente,de qua eſt nata,rationem,qđ λογικόν vocatur.Ex ſua natura accipit prębendi ſenſus præbendiq; incrementi ſeminariũ,quorum vnũ αισθητικόν,alterum φυτικόν nũcupatur.Sed ex his primũ,id eſt logicon,qđ innatũ ſibi ex mente ſumpſit,ſicut vere diuinũ eſt, ita ſolis diuinis aptum.Reliqua duo ęſtheticon & phyticon,vt a diuinis recedunt, ita cõuenientia ſunt caducis.Anima ergo creans ſibi cõdenſq; corpora(nã ideo ab anima natura incipit,quã ſapientes de deo,& mente νοῦν nominant)ex illo mero ac puriſſimo fonte mentis, quẽ naſcendo de originis ſuę hauſerat copia,corpora illa diuina vel ſupera, cęli dico & ſiderũ, quę prima condebat,animauit:diuinęq; mentes omnibus corporibus,quę in formã teretem.i.in ſphæræ modũ formabantur,infuſę ſunt.Et hoc eſt quod cũ de ſtellis loqueretur ait: quæ diuinis animatę mẽtibus. In inferiora vero ac terrena degenerans fragilitatem corporum caducorum deprehendit merã diuinitatem mentis ſuſtinere non poſſe,immo partem eius vix ſolis humanis corporibus cõuenire:quia & ſola vident erecta,tanq̃ quæ ad ſupera ab imis recedant,& ſola cęlum facile tanq̃ ſemp erecta ſuſpiciunt, ſoliſq; ineſt, vel in capite ſphęrę ſimilitudo,quã formã diximus ſolam mentis capacem. Soli igit homini rationẽ.i.vim mẽtis infudit:cui ſedes in capite eſt.Sed & geminã illã creſcendi ſentiẽdiq; naturã,qa caducũ eſt corpus,inſeruit. Et hinc eſt, ꝙ homo & rationis cõpos eſt, & ſentit & creſcit:ſolaq; ratione meruit pręſtare cęteris aïalibus:quę quia ſemper prona ſunt,& ex ipſa quęq; ſuſpiciendi difficultate a ſuperis receſſerunt,nec vllam diuinorum

Mundus dicit dei templũ.

Animus dupl'r dictus.

De⁹ prima cauſa

Mens.

Aïę origo & ei⁹ partes.

Ratio.

αισθητικόν .i.ſenſitiuum.

φυτικόν. .i. generatiuum

ſedes mentis [illegible]

Mentis ſedes.

corporũ ſimilitudinẽ aliqua ſui parte meruerũt,nihil ex mẽte ſortita ſunt,& ideo ratio ne caruerũt:Duoq; tantũ adepta ſunt,ſentire vel creſcere.Nã ſiquid in illis ſimilitudinẽ rationis imitat̃:nõ ratio,ſed memoria eſt:& memoria nõ illa ratione mixta, ſed quæ hebetudinẽ ſenſuũ qnq; comitat̃.De qua plura nũc dicere(qm̃ ad p̃ſens nõ attinet)omittemus.Terrenorũ corporũ tertius ordo in arboribus & hęrbis eſt, quę carent tam ratione,q̃ ſenſu.Et q̃a creſcendi tantũmodo vſus in his viget, hac ſola parte viuere dicũtur. Hunc rerũ ordinẽ & Virgilius expreſſit.Nã & mũdo animã dedit,& vt puritati eius atteſtaret̃,mẽtẽ vocauit.Cęlũ eñ ait & terras,& maria,& ſidera ſpũs intus alit.i.aĩa.Sicut alibi ꝑ ſpiramẽto aĩam dicit.Quantũ ignes aĩeq; valẽt. Et vt illius mũdanę aĩę aſſereret dignitatẽ,mentẽ eſſe teſtat̃.Mens agitat molẽ.Necnõ vt oſtenderet ex ipſa aĩa cõſtare & animari vniuerſa quę viuunt,addidit,Inde hoĩm pecudũq; genus:& cętera. Vtq; aſſereret eundẽ ſemp in aĩa eſſe vigorem,ſed vſum eius hebeſcere in aĩalibus corporis denſitate:adiecit,Quantũ non noxia corpora tardãt:& reliqua.Secundũ hęc ergo cũ ex ſummo deo mens,ex mẽte aĩa ſit,aĩa vero & cõdat, & vita cõpleat oĩa quę ſequunt̃, cunctaq; hic vnus fulgor illuminet,& vniuerſis appareat,vt in multis ſpeculis p ordinẽ poſitis vult[9] vnus:cũq; oĩa cõtinuis ſucceſſionibus ſe ſequant̃ degenerãtia p ordinem ad imũ meãdi: inuenieť preſſius intuenti a ſummo deo vſq; ad vltimã rerũ fæcẽ vna ſe mutuis vinculis religãs,& nuſq̃ interrupta connexio.Et hęc eſt Homeri catena aurea, quã pẽdere de cælo ĩ terras deũ iuſſiſſe cõmemorat.His ergo dictis ſolũ hoĩem cõſtat ex terrenis oĩb[9], mẽtis.i.animi ſocietatẽ cũ cęlo & ſideribus habere cõmunẽ.Et hoc eſt q̃d ait,Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus,quę ſidera & ſtellas vocatis.Nec tñ ex ipſis cęleſtib[9] & ſempiternis ignib[9] nos dicit aĩatos:Ignis.n.ille licet diuinũ,tñ corpus eſt: Nec ex corpore q̃uis diuino poſſemus aĩari:Sed vnde ipſa illa corpora quæ diuina & ſunt & videnť aĩata ſũt.i.ex ea mũdanę aĩę parte quã dixim[9] de pura mẽte cõſtare.Et ideo poſtq̃ dixit,Hiſq; animus dat[9] ẽſt ex illis ſempiternis ignib[9], quę ſidera & ſtellas vocatis:mox adiecit,q̃ diuinis aĩatę mẽtibus:vt per ſempiternos ignes corpus ſtellarũ, p diuinas vero mẽtes earũ aĩas manifeſta deſcriptione ſignificet,& ex illis in noſtras venire aĩas vim mẽtis oſtẽdat.Nõ ab re eſt,vt hęc de aĩa diſputatio in fine ſñias oĩm q de aĩa videntur pronũciaſſe,cõtineat.Plato dixit aĩam eſſentiã ſe mouẽtẽ, Xenocrates nũerũ ſe mouẽtẽ,Ariſtoteles ἐντελέχειαν,Pythagoras & Philolaus harmoniã, Poſſidonius ideam, Aſclepiades quoq; ſenſuũ exercitiũ ſibi cõſonũ,Hippocrates ſpm̃ tenuẽ p corpus oẽ diſpſum,Heraclitus Põticus lucẽ,Heraclitus phyſicus ſcintillã ſtellaris eſſentię,Zenon cõcretũ corpori ſpiritũ,Democritus ſpm̃ inſertũ atomis hac facilitate mot[9],vt corpus illi oẽ ſit peruiũ,Critolaus peripatetic[9] cõſtare eã de q̃nta eſſentia,Hipparch[9] ignẽ, Anaximenes aera,Empedocles & Critias ſanguinẽ, Parmenides ex terra & igne, Xenophantes ex terra & aqua,Boetos ex aere & igne,Epicur[9] ſpeciẽ ex igne,& aere,& ſpiritu mixtã.Obtinuit tñ nõ minus de incorporalitate eius,q̃ de immortalitate ſentẽtia.Nũc videam[9] quę ſint hęc duo noĩa,quorũ pariter meminit cũ dicit,q̃ ſidera & ſtellas vocatis.Neq; eñ hic res vna gemina appellatiõe mõſtrat̃,vt enſis & gladius:Sed ſunt ſtellę q̃dẽ ſingulares, vt erraticę q̃nq;,& cęterę quę nõ admixtę aliis ſolę ferunt̃:ſidera vero quę in aliq̃d ſignũ ſtellarũ pluriũ cõpoſitione formant̃,vt aries,taurus, vt Andromeda, Perſeus,vel corona,& quęcũq; variarũ genera formarũ in cęlũ recepta credunt̃.Sic & apud gręcos ἀστὴρ & ἄστρον diuerſa ſignificãt.Etem̃ aſter ſtella vna eſt,& aſtron ſignũ ſtellis coactũ,q̃d nos ſidus vocamus.Cũ vero ſtellas globoſas & rotũdas dicat,nõ ſingulariũ tantũ exprimit ſpeciẽ,ſed & earũ quę in ſigna formãda cõueniũt.Oẽs eñ ſtellę inter ſe etſi in magnitudine aliquã nullã tñ habẽt in ſpecie differẽtiã. Per hęc aũt duo noĩa ſolida ſphera deſcribit̃,q̃ nec ex globo ſi rotũditas deſideret̃,nec ex rotũditate ſi glob[9] deſit efficit̃,cũ alterũ a forma,alterũ a ſoliditate corporis deſerat̃. Spheras aũt hic dicim[9] ipſarũ ſtellarũ corpora,quæ oĩa hac ſpecie formata ſunt.Dicunt̃ pręterea ſphęrę,& aplanes illa quę maxima eſt, &,ſubiectæ ſeptẽ,per quas duo lumina,& quinq; vagę diſcurrũt. Circi vero & orbes duarũ ſunt rerũ duo noĩa.Et his noĩb[9] q̃dẽ alibi aliter eſt vſus.Nã & orbẽ ꝑ circulo poſuit,vt orbẽ lacteũ:& orbẽ ꝑ ſphęra,vt nouẽ tibi orbib[9] vel potius globis.Sed & circi vocant̃,q̃ ſphæram maximã cingũt:vt eos ſequẽs tractat[9] oſtẽdet:quorũ vnus eſt lacteus,de quo ait,inter flãmas circus elucẽs. Sed hic horum nihil neq; circi,neq; orbis nomine voluit intelligi.

Memoria brutorum.

Prĩcipio cælũ.in vi.æneid.

Catena aurea Homeri

Sentẽtię phorꝫ de anima.

Stellę q. Sidera quæ. ἀστὴρ. ἄστρον.

Sphera.

Orbis. Sed eſt orbis in hoc loco ſtellę vna integra & peracta conuerſio.i.ab eodē loco poſt emē-
Circus. ſum ſphęrę,per quā mouet,ambitū in eundem locum regreſſus. Circus aūt eſt hic linea
ambiens ſphęrā,ac veluti ſemitā faciens,ꝑ quā lumē vtrinq; diſcurrit:& inter quā vagā
Stellæ tium ſtellarum error legitimus coercetur.Quas ideo veteres errare dixerūt,quia & cur
errātes. ſu ſuo feruntur,& contra ſphæręmaximę.i.ipſius cæli impetum cōtrario motu ad oriē
tem ab occidente voluuntur.Et omniū quidem par celeritas,motus ſimilis,& idē eſt mo
dus meandi:ſed non omnes eodem tempore circos ſuos orbeſq; conficiunt.Et ideo eſt ce
leritas ipſa mirabilis,qa cū ſit eadē oīm,nec vlla ex illis aut cōcitatior eſſe poſſit,aut ſe-
gnior,non eodē tamē tēporis ſpatio oēs ambitū ſuū ꝑagūt.Cauſam vero ſub eadē cele-
ritate diſparis ſpatii,aptius nos ſequentia docebunt.

ASCEN. Ad mutuandū ab eo ſolitū lumen.i.quaſi mutuo accipiendū:nō vere mutuo,qa nunq̄ nec ſiſe reponē dum. Scite aūt docet Soli nunq̄ deeſſe integrū lumē:ſed Solis lumē interdū deeſſe nobis: vt dū Luna in coitu interponit,& lunę dū conus terræ in oppoſitione ſic interponit,vt eum ſol reſpicere nequeat:alioqui tota facies lunę quā ſol aſpicit luminis plena eſt,aduerſa expers:vnde in luna tot nobis luminis differentię. Stadios,frequentius dicimus ſtadia. Continere volunt paſſus centum.xxv.

De vndecim circulis cælum ambientibus. CAP.XV.

HIs de ſiderum natura,& ſiderea hominū mēte narratis, rurſus filiū pa-
ter,vt in deos pius,vt in homines iuſtus eſſet,hortatus: pręmiū rurſus
adiecit,oſtendens lacteū circulū virtutibus debitū,& beatorū cœtu re-
,, fertū.Cuius meminit his verbis.Erat aūt is ſplēdidiſſimo cādore inter
,, flāmas circus elucens,quē vos(vt a Graiis accepiſtis)orbē lacteū nun-
cupatis.Orbis hic idē qđ circus in lactei appellatione ſignificat.Eſt au-
Lacteus tem lacteus vnus e circulis,qui ambiunt cęlū:& ſunt ꝑter eū numero decē,de qbus quæ
circulus dicenda ſunt proferemus,cum de hoc cōpetens ſermo proceſſerit. Solus ex oīb⁹ hic ſub
iectus eſt oculis,cęteris circulis magis cogitatione q̄ viſu comprehendendis.De hoc la-
cteo multi inter ſe diuerſa ſenſerūt,cauſaſq; eius alii fabuloſas,naturales alii ꝓtulerunt.
Sed nos fabuloſa reticētes ea tātūmodo, quæ ad naturā eius viſa ſunt ꝑtinere, dicemus.
Theophraſtus lacteū dixit eſſe cōpagē, qua de duobus hemiſphęriis cęli ſphæra ſolida-
ta eſt:Et ideo vbi orę vtrinq; cōuenerāt,notabilē claritatē videri.Diodorus ignē eſſe dē-
ſatę cōcretęq; naturæ in vnam curui limitis ſemitā diſcretione mundanę fabricę coacer
uante concretum:Et ideo viſum intuentis admittere,reliquo igne cęleſti lucem ſuam ni
mia ſubtilitate diffuſam non ſubiiciente conſpectui.Democritus innumeras ſtellas bre-
ueſq; omnes,quę ſpiſſo tractu in vnum coactę ſpatiis,quę anguſtiſſima interiacent,oper
tis vicinę ſibi vndiq;.& ideo paſſim diffuſę,lucis aſpergine continuū iuncti luminis cor
pus oſtendunt.Sed Poſſidonius,cuius definitioni pluriū conſenſus acceſſit, ait lacteum
caloris eſſe ſiderei infuſionem:quā ideo aduerſa Zodiaco curuitas obliquauit,vt qm̄ Sol
nunq̄ Zodiaci excedendo terminos expertem feruoris ſui partē cęli reliquam deſerebat,
hic circus a via Solis in obliquū recedens vniuerſitatē flexu calido temperaret. Quibus
autē partibus Zodiacū interſecet,ſuperius iā relatū eſt.Hęc de lacteo.Decem aūt alii(vt
Circi.x. diximus)circi ſunt:quorū vnus eſt ipſe Zodiacus, qui ex his decē ſolus potuit latitudi-
Zodiac⁹ nem hoc modo quem referemus,adipiſci.Natura cęleſtium circulorū incorporalis eſt li
nea,quę ita mente concipitur,vt ſola longitudine cenſeatur,latū habere non poſſit.Sed
in Zodiaco latitudinē ſignorū capacitas exigebat. Quantū igit ſpatii lata dimenſio por
Eclipti- rectis ſideribus occupabat,duabus lineis limitatū eſt.Et tertia ducta per medium eclipti
ca linea. ca vocatur:quia cū curſum ſuū in eadem linea pariter ſol & luna conficiunt,alteri⁹ eo-
Eclipſis rum neceſſe eſt venire defectū:ſolis,ſi ei tunc luna ſuccedat:lunæ,ſi tunc aduerſa ſit ſoli.
ſolis & Ideo nec Sol vnq̄ deficit,niſi cū triceſimus lunę dies eſt:& niſi quintodecimo curſus ſui
lunæ. die neſcit luna defectū.Sic em̄ euenit,vt aut lunę contra Solē poſitę ad mutuandū ab eo
ſolitū lumē ſub eadē inuēt⁹ linea terrę conus obſiſtat:aut Soli ipſa ſuccedēs obiectu ſuo
ab humano aſpectu lumē eius repellat.In defectu ergo Sol ipſe nil patit,ſed noſter frau-
datur aſpectus,Luna vero circa ꝓpriū defectum laborat non accipiendo Solis lumen,cu
AEnei.i. ius beneficio noctē colorat.Quod ſciens Virgilius diſciplinarū oīm peritiſſimus ait,De
fectus ſolis varios,lunæq; labores.Quis igitur trium linearum ductus Zodiacū & clau
Paralle- dat & diuidat:vnum tamen circū author vocabulorum dici voluit antiquitas. Quinq;
li.v. alii circuli paralleli vocantur.Horum medius & maximus eſt æquinoctialis.Duo extre-

mitatibus vicini,atq; ideo breues:quorũ vnus ſeptẽtrionalis dicitur,alter auſtralis.Inter
hos & medium duo ſunt tropici maiores vltimis,medio minores:& ipſi ex vtraq; parte Auſtral.
zonę vſtę terminũ faciũt.Præter hos alii duo ſunt coluri,quibus nomen dedit imperfe Tropici.
cta cõuerſio.Ambientes eñ ſeptẽtrionalẽ verticẽ,atq; inde in diuerſa diffuſi,& ſe in ſum Coluri.
mo interſecant,& quinq; parallelos in quaternas partes ęqualiter diuidunt: Zodiacum
ita interſecantes, vt vnus eorũ per arietẽ,& libram,alter per cancrũ atq; capricornũ me
ando decurrat: ſed ad auſtralem verticẽ non peruenire creduntur. Duo qui ad numerũ
prędictum ſuperſunt,meridianus & horizon,non ſcribuntur in ſphęra,qa certũ locum Meridia
habere non poſſunt,ſed p diuerſitate circũſpicientis habitantiſve variant.Meridian⁹ eſt nus cir-
eñ quẽ ſol cum ſup hoĩm verticẽ venerit,ipſum diẽ mediũ efficiẽdo deſignat.Et qa glo- culus.
boſitas terrę habitationes oĩm ęquales ſibi eſſe non patitur,nõ eadem pars cęli oĩm ver-
ticem deſpicit.Et ideo vnus omnibus meridianus eſſe non poterit,ſed ſingulis gentibus Horizon
ſuper verticem ſuum pprius meridianus efficitur.Similiter facit ſibi horizontẽ circũſpe circulus
ctio ſingulorũ.Horizon eſt eñ,velut quodam circo deſignatus termin⁹ cæli,qđ ſuper ter
ram videtur.Et quia ad ipſum vere finẽ non poteſt humana acies peruenire:quãtũ qſq; Mẽſura
oculos circũferendo conſpexit,propriũ ſibi cæli,quod ſuper terrã eſt, terminũ facit.Hic horizon
horizon quẽ ſibi vniuſcuiuſq; circũſcribit aſpectus, vltra trecentos & ſexaginta ſtadios tis.
longitudinem intra ſe continere non poterit. Centũ eñ & octoginta ſtadios nõ excedit
acies contra videntis:Sed viſus cum ad hoc ſpatium venerit,acceſſu deficiens in rotũdi
tatem recurrendo curuatur.Atq; ita fit,vt hic numerus ex vtraq; parte geminatus tre-
centorum ſexaginta ſtadiorum ſpatium quod intra horizontem ſuum cõtinet, efficiat:
ſemperq; quantum ex huius ſpatii parte poſtera procedendo dimiſeris,tantũ tibi de in-
teriore ſumetur:& ideo horizon ſemp quantacũq; locorũ tranſgreſſione mutatur. Hũc
autem quem diximus admittit aſpectũ,aut in terris ęqua planities,aut pelagi tranquilla
libertas,quæ nullam oculis obiicit offenſam.Nec te moueat, q ſępe in longiſſimo poſitũ
montem videmus,aut q ipſa cæli ſuperna ſuſpicimus. Aliud eſt enim cum ſe oculis in-
gerit altitudo,aliud cum per planum ſe porrigit & extendit intuitus, in quo ſolo hori-
zontis circus efficitur.Hęc de circis omnibus, quibus cælum cingitur, dicta ſufficiant.
Tractatum ad ſequentia transferamus.

ASCEN.Omne cęlũ videt.Id & nos ſupra conceſſimus:antipodas tamẽ vtrinq; videre nõ poteſt.Conſtat mẽ ſurã Solis ducenteſimã ſextãdecimã partẽ habere magnitudinis circi,per quẽ Sol ipſe diſcurrit.Quibuſcũq; id cõ ſtet mihi non conſtat:nã licet magnitudinẽ ſolis ppter diſtantiã viſu agnoſcere nequeo, tamẽ ratione iudico nõ plus occupare ſolẽ in ſphęra ſua q̃ pro magnitudine ſua:quia plus nos fallit ſpherę magnitudo q̃ ſolis:lucida.n. res maior apparet q̃ obſcura: Si ergo in ſolis magnitudine fallimur, plus fallimur in magnitudine ſpheræ: ſed iudicio noſtro plus millies maior eſt ſphęra ſolis,q̃ ſol ipſe. Vt vero terram reuera pũctũ definiamus, nulla patitur ratio:reſpectu autem ſupremę ſpherę,eſt quaſi punctum.

Qui fiat vt quędam ſtellæ nunq̃ a nobis videantur:& quanta ſtellarum omnium magnitudo. CAP.XVI.

EX quo mihi omnia contemplanti præclara cętera & mirabilia videbã- ,,
tur.Erant aũt hę ſtellę,quas nunq̃ ex hoc loco vidimus: & hę magnitu ,,
dines oĩm,quas eſſe nunq̃ ſuſpicati ſumus.Ex qbus erat ea minima,quæ ,,
vltima a cælo,citima terris,luce lucebat aliena.Stellarũ aũt globi terræ ,,
magnitudinem facile vincebant.Dicendo,Ex quo mihi oĩa cõtẽplanti,
id quod ſupra diximus affirmat:in ipſo lacteo Scipionis & parentũ per
ſomniũ cõtigiſſe conuentũ.Duo ſunt,aũt pręcipua, quę in ſtellis ſe admiratũ refert,ali-
quarũ nouitatẽ,& oĩm magnitudinẽ.Ac prius de nouitate, poſt de magnitudine diſſere
mus.Plene & docte adiiciendo,quas nunq̃ ex hoc loco vidimus: cauſam cur a nobis non Stellæ
videant,oſtendit.Locus eñ noſtrę habitatiõis ita poſitus eſt,vt quędã ſtellę ex ipſo nũq̃ cur non
poſſint videri,qa ipſa pars cæli in qua ſunt,nunq̃ põt hic habitãtibus apparere. Pars.n. oẽs vide
hęc terrę quę incolitur ab vniuerſis hoĩbus,quã nos inuicẽ ſcire poſſumus, ad ſeptẽtrio antur.
nalem verticẽ ſurgit,& ſphęralis conuexitas auſtralem nobis verticem in ima demergit. Vertex
Cũ vero ſemper circa terram ab ortu in occaſum cęli ſphęra voluat:vertex hic q ſeptẽ- ſepten-
triones habet,quoquo verſum mundana volubilitate vertat:quoniã ſup nos eſt,ſemper a trionalis
nobis videt,ac ſemp oſtendit Arctos,oceani metuẽtes ęquore tingi.Auſtralis cõtra quaſi Vertex
ſemel nobis pro habitationis noſtræ poſitione demerſus, nec ipſe nobis vnq̃ videtur, nec auſtralis
ſidera ſua,quibus & ipſe ſine dubio inſignitur,oſtendit.

Et hoc eſt quod poeta naturę ipſius conſcius, dixit.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus ſtyx atra videt, maneſq; profundi.

Sed cũ hanc diuerſitatẽ cęleſtibus partibus vel ſemp vel nunq̃ apparẽdi, terrę globoſitas habitantibus faciat: ab eo q in cęlo eſt, omne ſine dubio cælũ videt, nõ impediẽte aliqua parte terrę, quę tota pũcti locũ p cæli magnitudine vix obtinet. Cui ergo auſtralis verticis ſtellas nunq̃ de terris videre cõtigerat, vbi circũſpectu libero ſine offenſa terreni obiicis viſę ſunt, iure quaſi nouę admirationẽ dederũt. Et qa intellexit cauſam ppter quã eas nunq̃ ante vidiſſet, ait. Erãt aũt hę ſtellæ quas nunq̃ ex hoc loco vidimus. Hunc locum demõſtratiue terram dicẽs, in qua erat dum iſta narraret. Sequitur illa diſcuſſio, quod adiecit quid ſit. Et hæ magnitudines omnium, quas eſſe nunq̃ ſuſpicati ſumus. Cur autem magnitudines, quas vidit in ſtellis, nunq̃ homines ſuſpicati ſint, ipſe patefecit addendo: Stellarum autem globi terræ magnitudinem facile vincebant. Nam quando homo, niſi quem doctrina philoſophiæ ſupra hominem, immo vere hominem fecit, ſuſpicari poteſt ſtellã vnã omi terra eſſe maiorẽ, cũ vulgo ſingulæ vix facis vnius flãmã ęquare poſſe videant? Ergo tũc earũ vere magnitudo aſſerta credet, ſi maiores ſingulas q̃ eſt omnis terra eſſe conſtiterit, qđ hoc modo licet recognoſcas. Punctũ dixerũt eſſe geometrę, qđ ob incõprehenſibilẽ breuitatẽ ſui in partes diuidi nõ poſſit, nec ipſum pars aliqua, ſed tantũmodo ſignum eſſe dicat. Phyſici terram ad magnitudinẽ circi, per quẽ Sol voluitur puncti modũ obtinere, docuere. Sol aũt quãto minor ſit circo pprio, deprehenſum eſt manifeſtiſſimis dimẽſionũ ratiõib⁹. Cõſtat mẽſurã ſolis ducẽteſimã ſextãdecimã partẽ habere magnitudinis circi, per quẽ ſol ipſe diſcurrit. Cũ ergo ſol ad circũ pars certa ſit, terra vero ad circũ ſolis punctũ ſit, qđ pars eſſe nõ poſſit: ſine cũctatione iudicii ſolem conſtat terra eſſe maiorẽ, ſi maior eſt pars eo qđ partis nomẽ nimia breuitate nõ capit. Verum ſolis circo ſuperiorũ ſtellarũ circos certũ eſt eſſe maiores, ſi eo qđ cõtinet, id qđ cõtinet maius eſt: Cũ hic ſit cęleſtiũ ſphærarũ ordo, vt a ſuperiore vnaquęq; inferior ambiat. Vnde & lunę ſphęrã quaſi a cælo vltimã, & vicinã terræ, minimã dixit, cum terra ipſa in punctum quaſi vere iam poſtrema deficiat. Si ergo ſtellarum ſuperiorum circi (vt diximus) circo ſolis ſunt grandiores, ſingulę aũt hui⁹ ſunt magnitudinis, vt ad circũ vnaquęq; ſuũ modum partis obtineat, ſine dubio ſingulę terra ſunt ampliores: quam ad ſolis circũ qui ſuperioribus minor eſt, punctum eſſe prędiximus. De luna ſi vere luce lucet aliena, ſequentia docebunt.

Marg.: Stellarũ magnitudo. — Punctũ.

ASCEN. Cõtrario motu atq; .i. q̃ cęlũ. Qđ de ſtellis firmamẽto infixis dicit, præter motũ rapt⁹ nõnihil habere mot⁹ pprij: etiã de polis & illis vicinis qdã aſſerũt: licet vix pceptibiliter, nonnihil tamẽ moueri.

Cælũ quãobrẽ ſemp, & in orbẽ moueat: Quo ſenſu ſummus vocet deus: & ecqd ſtellæ quas fixas vocant, ſuo etiam proprioq; motu agantur. Cap. XVII.

HAEc cũ Scipionis obtut⁹ nõ ſine admiratione pcurrẽs ad terras vſq; fluxiſſet, & illic familiari⁹ hęſiſſet, rurſus aui monitu ad ſupiora reuocat⁹ eſt, ipſum a cęli exordio ſphęrarũ ordinẽ in hęc verba monſtrantis. Nouẽ tibi orbibus vel poti⁹ globis cõnexa ſunt oĩa, quorũ vnus eſt cęleſtis extim⁹, q reliquos oẽs cõplectit, ſumm⁹ ipẽ de⁹ arcẽs & cõtinẽs cęteros: in quo ſunt ĩfixi illi q voluunt ſtellarũ curſus ſempiterni. Huic ſubiecti ſeptẽ, q verſant retro cõtrario motu atq; cælũ. E quib⁹ vnũ globũ poſſidet illa, quã in terris Saturniã nominãt. Deinde eſt hoĩm generi pſperus & ſalutaris ille fulgor, q dicit Iouis. Tũ rutilus horribiliſq; terris, quẽ martiũ dicitis. Deinde ſubter mediã fere regionẽ Sol obtinet dux & princeps & moderator luminũ reliquoꝝ, mẽs mũdi & tẽperatio: tãta magnitudiẽ, vt cũcta ſua luce luſtret & cõpleat. Hũc vt comites cõſequũt Veneris alter, alter Mercurii curſus. Infimoq; orbe luna radiis ſolis accẽſa cõuertit. Infra aũt eã nihil eſt, niſi mortale & caducũ, pter aĩos munere deoꝝ hoĩm generi datos. Supra lunã ſunt æterna oĩa. Nã ea q̃ eſt media & nona tellus, neq; mouet & infima eſt, & ĩ eã ferunt oĩa nu tu ſuo põdera. ¶Toti⁹ mũdi a ſummo in imũ diligẽs ĩ hũc locũ collecta deſcriptio eſt, & integrũ qddã vniuerſitatis corpus effingit, qđ qdã τὸ πᾶν. i. oẽme dixerũt. Vñ & hic dicit cõnexa ſũt oĩa. Virgilius vero magnũ corpus vocauit. Et magno ſe corpore miſcet. Hoc aũt loco Cicero rerũ q̃rẽdarũ iactis ſeminib⁹ mlta nobis excolẽda legauit. De ſeptẽ ſubiectis globis ait: q verſant retro cõtrario motu atq; cælũ. Qđ cum dicit, admonet vt quæ

Marg.: Globi vł orbes. ix. — τὸ πᾶν. — AEn. vi.

ramus ſi verſat̃ cęlū: & ſi illi ſeptē & verſant̃ & cōtrario motu mouent̃: Aut ſi hunc eſſe ſphęrarū ordinē quē Cicero refert, Platonica cōſentit auctoritas. Et ſi vere ſubiectæ ſint, quo pacto ſtellæ earū oīm zodiacū luſtrare dicant̃, cū zodiacus & vnus & in ſummo cęlo ſit. Quæve ratio in vno zodiaco aliarū curſus breuiores, aliarū faciat lōgiores. Hęc enī oīa in exponēdo earū ordine neceſſe eſt aſſerant̃. Et poſtremo qua ratione ĩ terrā ferant̃, ſicut ait, oīa nutu ſuo pondera. Verſari cęlū mūdanæ animæ natura & vis & ratio docet. cuius ęternitas ĩ motu eſt: quia nunq̄ mot⁹ relinq̄t, q̄d vita nō deſerit: Nec ab eo vita diſcedit, in quo viget ſemp̱ agitat⁹. Igit̃ & cęleſte corpus, q̄d mūdi aīa futurū ſibi ĩmortalitatis particeps fabricata eſt, ne vnq̄ viuēdo deficiat ſemp̱ ĩ motu eſt, & ſtare neſcit, quia nec ipſa ſtat anima qua ĩpellit̃. Nā cū animę, quę incorporea eſt, eſſentia ſit in motu: primū autē oīm cæli corpus aīa fabricata ſit: ſine dubio in corpus hoc primū ex incorporeis motus natura migrauit: Cuius vis ĩtegra & incorrupta nō deſerit, q̄d primū cœpit mouere. Ideo vero cæli mot⁹ neceſſario volubilis eſt: quia cū ſemp̱ moueri neceſſe ſit, vltra autē locus null⁹ ſit, quo ſe tendat acceſſio, continuatione p̱petuæ in ſe reditionis agitatur. Ergo in quo poteſt vel habet currit, & accedere ei⁹ reuolui eſt: quia ſphęrę ſpatia, & loca cōplectentis oīa vnus eſt curſus rotari. Sed & ſic animā ſequi ſemp̱ videt̃, quæ in ipſa vniuerſitate diſcurrit. Dicem⁹ ergo ꝙ eā nunq̄ reperiat, ſi ſemp̱ hāc ſequit̃ ĩmo ſemp̱ eā reperit, q̄a vbiq̧ tota, vbiq̧ p̱fecta eſt. Cur ergo ſi quā quęrit reperit, nō quieſcit? q̄a & illa † requietis eſt inſcia. Staret eñ ſi vſq̄ ſtantē animā reperiret. Cū vero illa ad cuius appetentiā trahitur, ſēp̱ ĩ vniuerſa ſe fundat: ſemp̱ & corp⁹ ſe ĩ ipſam, & p̱ ipſam retorquet. Hæc de cęleſti volubilitatis arcano pauca de multis Plotino auctore rep̱ta ſufficiāt. Q̄ꝫ autē hūc iſtū extimū globū, q̄ ita voluit̃, ſūmū deū vocauit, nō ita accipiēdū eſt, vt ipſe prima cauſa & de⁹ ille oīpotētiſſim⁹ exiſtimet̃. cū glob⁹ ipē q̄d cęlū eſt, aīę ſit fabrica, aīa ex mēte p̱ceſſerit, mens ex deo, q̄ vere ſumm⁹ eſt, p̱creata ſit. Sed ſummū q̄dē dixit ad cęterorū ordinē q̄ ſubiecti ſūt: vnde mox ſubiecit, arcens, & cōtinēs cęteros. Deū vero ꝙ nō modo ĩmortale animal ac diuinū ſit, plenū ĩclytæ ex illa puriſſima mēte rōnis, ſed ꝙ virtutes oēs, q̄ illā primę oīpotētiā ſūmitatis ſequūtur, aut ipſe faciat, aut ipſe cōtineat. ipſum deniq̧ Iouē veteres vocauerūt: & apud theologos Iuppiter eſt mūdi aīa. Hinc illud eſt, Ab Ioue principiū muſæ, Iouis oīa plena. Q̄d de Arato, poetæ alii mutuati ſunt, q̄ de ſyderib⁹ locuturus a cælo ĩ quo ſunt ſidera exordiū ſumendū eſſe decernēs, ab Ioue ĩcipiēdum eſſe memorauit: Hinc Iuno & ſoror ei⁹, & cōiunx vocat̃. Eſt aūt Iuno aer: & dicit̃ ſoror, q̄a iiſdē ſeminib⁹, q̄b⁹ cęlū, etiā aer eſt p̱creat⁹: cōiunx q̄a aer ſubiectus eſt cęlo. His illud adiiciēdū eſt ꝙ pręter duo lumina & ſtellas q̄nq̧, q̄ appellant̃ vagę: reliquas oēs alii ĩfixas cęlo, nec niſi cū cęlo moueri: alii, quorū aſſertio vero p̱pior eſt, has quoq̧ dixerūt ſuo motu, p̱ter ꝙ cū cęli cōuerſiōe ferunt̃, accedere: Sed p̱pter ĩmēſitatē extimi globi excedētia credibilē nūerū ſcl'a ĩ vna eas curſus ſui ābitiōe cōſumere, & ideo nullū earū motū ab hoīe ſentiri, cū nō ſufficiat hūanæ vitæ ſpatiū ad breue ſaltē pūctū tā tardę acceſſiōis dep̄hēdēdū. Hinc Tulli⁹ nulli⁹ ſectæ inſcius veterib⁹ approbatę, ſimul attigit vtrāq̧ ſentētiā dicēdo: In quo ſūt ĩfixi illi q̄ voluūtur ſtellarū curſus ſempiterni. Nā & ĩfixos dixit, & curſus habere nō tacuit.

Cælum cur moueatur.

Cur in orbem agatur.

† quietis.

Sphæra extima qui de⁹ vocet̃.

Iupiter In Buc.

Iuno q̄re Iouis & ſoror & cōiunx.

Stellæ fixæ.

ASCEN. Cum luminibus duobus, Sole & Luna, has ſtellas. ſ. erraticę ſeu planetę, nō cū cælo, ſed contra cælum moueri intellige motu peculiari: nā motu raptus cum cælo mouentur, ab oriēte in occidentem, idq̧ ſingulis diebus. Solet aūt dari ſimilitudo de limace rotæ adhęrente & cōtra motū rotæ ſeſe mouente licet cū rota vertatur: vt ſi rota vt cælum vertatur in occidentem: ipſa ſeſe moueat in orientem.

Stellas errantes contrario q̄ cælum motu verſari.

CAP. XVIII.

NVnc vtrum illi ſeptem globi, qui ſubiecti ſunt, cōtrario (vt ait) q̄ cælum vertitur, motu ferantur, argumentis ad verum ducentibus, requiramus. Solem ac Lunam & ſtellas quinq̧, quibus ab errore nomen eſt, pręter ꝙ ſecum trahit ab ortu in occaſum cęli diurna cōuerſio: ipſa ſuo motu in orientē ab occidente p̱cedere, non ſolis literarū p̱fanis, ſed multis quoq̧ doctrina initiatis abhorrere a fide, ac mōſtro ſile iudicatū eſt. ſed apud p̄ſſius intuētes ita eē verū cōſtabit vt nō ſolū mēte cōcipi, ſed oculis quoq̧ ipis poſſit p̱bari. Tñ vt nobis de hoc ſit cū p̱tinaciter negāte tractat⁹: age q̄ſq̄s tibi hoc liq̄re

diſſimulas:ſimul oīa quæ vel contentio ſibi fingit detractās fidē,vel quę ipſa veritas ſuggerit,in diuiſionis mēbra mittamus.Has erraticas cū luminibus duobꝰ, aut infixas cælo vt alia ſidera,nullū ſui motum noſtris oculis indicare,ſed ferri mundanę cōfuſionis impetu:aut moueri ſua quoqꝫ acceſſione dicemus.Rurſus ſi mouētur,aut cęli viam ſequūtur ab ortu in occaſum,& cōmuni,& ſuo motu meantes:aut contrario receſſu in orientē ab occidentis parte verſant̄.Præter hoc(vt opinor)nihil poteſt vel eſſe,vel fingi.Nūc videamus qd ex his poterit verum ꝓbari.Si infixę eſſent, nunꝗ̄ ab eadē ſtatione diſcederent:ſed in eiſdē locis ſemper vt alię viderent̄. Ecce eñ de infixis vergilię, nec a ſui vnꝗ̄ ſe copulatione diſpergūt:nec hyadas quę vicinę ſunt,deſerūt,aut Orionis ꝓximā regionē relinquūt:Septētrionū quoqꝫ cōpago nō ſoluit̄:Anguis qui inter eos labit̄,ſemel circūfuſum nō mutat amplexū.Hę vero modo in hac,modo in illa cæli regione viſunt̄. Et ſępe cū in vnū locū duę pluresve conuenerint:& a loco tamē in quo viſę ſunt ſimul, & a ſe poſtea ſeparant̄.Ex hoc eas nō eſſe cęlo infixas,oculis quoqꝫ approbantibus cōſtat.Igitur mouentur:nec negare hoc quiſꝗ̄ poterit qđ viſus affirmat. Quęrendū eſt ergo vtrū ab ortu in occaſum,an in contrarium motu proprio reuoluant̄. Sed & hoc quęrentibus nobis non ſolū manifeſtiſſima ratio,ſed viſus quoqꝫ ipſe monſtrabit.Conſideremus enim

Ordo ſignorum Zodiaci.

ſignorum ordinē,quibus Zodiacū diuiſum vel diſtinctū videmus: & ab vno ſigno quolibet ordinis eius ſumamus exordiū.Cū aries exoritur,poſt ipſum taurus emergit:hūc gemini inſequunt̄:hos cancer:& ꝑ ordinem reliqua.Si iſtę ergo in occidentē ab oriente ꝓcederēt:nō ab ariete in taurū,q retro locatus eſt,nec a tauro in geminos ſignū poſterius voluerentur:ſed a geminis in taurū,& a tauro in arietē,recta,& mūdanę volubilitatis cōſona acceſſione ꝓdirēt.Cū ergo a primo in ſignū ſecundū,a ſecūdo ad tertiū, & inde ad reliqua,quę poſteriora ſunt,reuoluant̄,ſigna aūt infixa cęlo ferant̄:ſine dubio cōſtat has ſtellas nō cū cęlo,ſed cōtra cęlū moueri.Hoc vt plene liqueat, aſtruamus de lunę curſu: quę & claritate ſui & velocitate notabilior eſt.

Lunæ curſus.

Luna poſtꝗ̄ a Sole diſcedens nouata eſt,ſecūdo fere die circa occaſum videtur,& quaſi vicina ſoli quē nuꝑ reliqt:poſtꝗ̄ ille demerſus eſt,ipſa cęli marginē tenet antecedenti ſupoccidens. Tertio die tardius occidit ꝗ̄ ſecūdo:& ita quotidie lōgius ab occaſu recedit,vt ſeptimo die circa ſolis occaſum in medio cęlo ipſa videat̄.Poſt alios vero ſeptē,cū ille mergit,hęc oritur:adeo media parte mēſis dimidiū cęlū.i.vnū hemiſphęriū,ab occaſu in orientē recedēdo metitur. Rurſus poſt ſeptē alios circa ſolis occaſum latentis hemiſphęrii verticē tenet.Et huius rei indicium eſt,ꝙ medio noctis exorit̄. Poſtremo totidē diebus exemptis Solē denuo comprehendit, & vicinus videt̄ ortus amborū,ꝗ̄diu ſoli ſuccedens rurſus mouet̄,& rurſus recedēs paulatim ſemꝑ in orientē regrediendo relinquat occaſum.

Solis curſus.

Sol quoqꝫ ipſe nō aliter ꝗ̄ ab occaſu in orientē mouet̄:& licet tardius ꝗ̄ luna receſſum ſuū cōficiat:quippe qui tāto tēpore ſignū vnū emetiatur,quanto totū Zodiacū Luna diſcurrit : manifeſta tamen & ſubiecta oculis motus ſui pręſtat indicia.Hunc eñ in ariete eſſe ponamus:qđ quia ęquinoctiale ſignum eſt,pares horas ſomni,& diei facit.In hoc ſigno cū occidit, librā id eſt ſcorpii chelas mox oriri videmus:& apparet taurus vicinus occaſui,Nam vergilias & hyadas partes tauri clariores nō multo poſt Sole mergente videmus. Sequenti menſe Sol in ſignū poſterius.i.in taurum recedit:& ita fit,vt neqꝫ vergilię,neqꝫ alia pars tauri illo menſe videatur.Signū enim quod cū Sole oritur,& cū ſole occidit,ſemꝑ occulitur, adeo vt vicina aſtra ſolis propinquitate celentur.Nam & canis tunc,quia vicinus tauro eſt,non videtur,tectus lucis propinquitate. Et hoc eſt quod Virgilius ait.

Virg.lo.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus,& aduerſo cedens canis occidit aſtro.

Non enim vult intelligi tauro oriente cū ſole,mox in occaſum ferri canē,qui proximus tauro eſt:ſed occidere eū dixit tauro geſtante ſolem,quia tunc incipit non videri ſole vicino.Tunc tamen occidente ſole libra adeo ſuperior inuenitur, vt totus ſcorpius ortus appareat.Gemini vero vicini tunc videntur occaſui. Rurſus poſt tauri mēſem,gemini non videntur:quod in eos ſolem migraſſe ſignificat. Poſt geminos recedit in cancrum. Et tūc cū occidit,mox libra in medio cælo videtur.Adeo conſtat Solē tribus ſignis ꝑactis.i.ariete & tauro & geminis, ad medietatem hemiſphęrii receſſiſſe. Deniqꝫ poſt tres mēſes ſequētes,tribus ſignis quę ſequunt̄ emenſis,cancrū dico, leonē, & virginem,inue-

nitur in libra,quę rurſus æquat noctẽ diei:& dũ in ipſo ſigno occidit,mox oritur aries: in quo ſol ante ſex menſes occidere ſolebat.Ideo autem occaſum magis eius ꝗ ortũ eligimus proponendũ,quia ſigna poſteriora poſt occaſum vidẽtur. Et dũ ad hęc quę ſole mergẽte videri ſolent,ſolem redire mõſtramus, ſine dubio eũ cõtrario motu recedere, ꝗ cælũ mouetur,oſtẽdimus.Hęc autẽ quę de ſole & luna diximus etiã quinq; ſtellarum receſſum aſſignare ſufficient:pari enim ratione in poſteriora ſigna migrando ſemꝑ mũdanę volubilitati contraria receſſione verſantur.

ASCEN.De planetarum ordine,veriorẽ puto quẽ Cicero tradit,& numerus dierũ ab eis denominatoꝝ,vt ſupra dixi, indicat : Nam ſi ſol ſecundus ponatur,vt eius magnitudo ſuadere videtur: luna videretur multo ſępius eclipſim paſſura:deinde non æqua eſſet curſus proprij dimenſio ſi ſol ſecũdus duodecies, immo tredecies tardius curſum perficiat ꝗ luna,quę minimũ ab eo diſtaret:& ꝗ Saturnus,a quo tã magnũ diſtet , non niſi tricies citius ꝑagat . Sed hęc quibus ea curę ſunt,argutius diſquirãt.Maro Ciceroni alludens dicit:In medio reſidens cõplectitur oĩa phœbus:ſicq; vulgo ponitur in medio planetarũ, vt cor in medio corporis, & rex in medio regni.De potentijs aũt in nos planetarum quales,quantę,& quare ſint,nouit omniũ conditor deus: quãtũ certe ad animi libertatẽ credo aſtra vim nullã nobis inferre:& quãtũ ad rerũ euenta recipio qđ dici ſolet: Vir ſapiens dominabitur aſtris.

Quẽ Cicero,& quẽ Plato Soli inter errantes ſtellas aſſignauerit ordinẽ.Cur Luna lumen ſuũ mutuetur a Sole,ſicq; luceat,vt tñ nõ calefaciat. Dehinc cur ſol nõ abſolute, ſed fere medius inter planetas eſſe dicatur.Vnde ſideribus noĩa:& cur ſtellarũ errantiũ,alię aduerſę nobis ſint,alię proſperę. Cap.XIX.

HIs aſſertis,de ſphærarum ordine pauca dicenda ſunt.In quo diſſentire a Platone Cicero videri poteſt:cũ hic ſolis ſphæram quartã de ſeptẽ.i. in medio locatã dicat:Plato a luna ſurſum ſecundã,hoc eſt inter ſeptẽ a ſummo locum ſextum tenere cõmemoret . Ciceroni Archimenides & Chaldęorum ratio conſentit. Plato Aegyptios omniũ philoſophiæ diſciplinarum parentes ſecutus eſt:qui ita ſolem inter Lunam & Mercurium locatum volunt:vt ratione tamen deprehenderint & edixerint, cur a nõnullis Sol ſupra Mercurium,ſupraq; Venerem eſſe credatur. Nam nec illi qui ita exiſtimãt, a ſpecie veri procul aberrant.Opinionem vero iſtius ꝑmutationis huiuſmodi ratio ꝑſuaſit. A Saturni ſphæra,quæ eſt prima de ſeptem,vſq; ad ſphæram Iouis a ſummo ſecũdam:interiecti ſpatii tanta diſtantia eſt,vt Zodiaci ambitum ſuꝑior triginta annis, duodecim vero annis ſubiecta conficiat.Rurſus tantũ a Ioue ſphęra Martis recedit: vt eũdem curſum biennio ꝑagat.Venus autẽ eſt tanto regione Martis inferior, vt ei annus ſatis ſit ad Zodiacum peragrandum . Iam vero ita Veneri proxima eſt ſtella Mercurii, & Mercurio Sol propinquus , vt hi tres cælum ſuũ pari temporis ſpatio.i.anno plus minuſve circũeant.Ideo & Cicero hos duos curſus comites Solis vocauit:quia in ſpatio pari longe a ſe nunꝗ recedunt. Luna autem tãtũ ab his deorſum receſſit: vt qđ illi anno,vigintiocto diebus ipſa conficiat. Ideo neq; de trium ſuꝑiorum ordine, quẽ manifeſte,clareq; diſtinguit immenſa diſtantia: neq; de Lunę regione, quæ ab omnibus multum receſſit:inter veteres aliqua fuit diſſenſio.Horum vero trium ſibi proximoꝝ, Veneris,Mercurii,& Solis ordinem vicinia confundit:Sed apud alios.Nã Aegyptioꝝ ſolertiam ratio non fugit,quæ talis eſt.Circulus ꝑ quẽ Sol diſcurrit, a Mercurii circulo vt inferior ambitur:Illum quoq; ſuꝑior circulus Veneris includit. Atq; ita fit, vt hę duę ſtellæ cũ ꝑ ſuꝑiores circulorũ ſuorũ vertices currũt,intelligantur ſupra Solem locatę:Cum vero ꝑ inferiora cõmeant circulorũ , Sol eis ſuꝑior exiſtimetur. Illis ergo qui ſphęras earũ ſub Sole dixerũt:hoc viſum ex illo ſtellarũ curſu, ꝗ nonnũꝗ (vt diximus)videtur inferior:qui & vere notabilior eſt,quia tum liberius apparet.Nã cum ſuꝑiora tenent,magis radiis occuluntur. Et ideo perſuaſio iſta conualuit: & ab omnibus pene hic ordo in vſum receptus eſt.Perſpicacior tamen obſeruatio meliorem ordinem deprehendit:quem præter indaginẽ viſus hęc quoq; ratio cõmendat, ꝙ Lunã quæ luce propria caret,& de Sole mutuatur, neceſſe eſt fonti luminis ſui eſſe ſubiectã. Hæc enim ratio facit Lunam nõ habere lumen proprium,cæteras omnes ſtellas lucere ſuo,ꝙ illę ſupra Solem locatę in ipſo puriſſimo ęthere ſunt:in quo omne quicquid eſt, lux naturalis & ſua eſt:quæ tota cũ igne ſuo ita ſphęrę Solis incũbit,vt cęli zonę, quæ procul a Sole ſunt,ꝑpetuo frigore oppreſſę ſint,ſicut infra oſtendetur : Luna vero ꝗa ſola ipſa ſub Sole eſt,& caducorum iam regioni luce ſua carenti proxima,lucẽ niſi de-

Solis & aliorũ planetarũ ordo.

Luna quare non habet lucem ex ſe.

ſuper poſito Sole cui reſplendet,habere nō potuit.Deniq; quia totius mundi vna pars terra eſt,ætheris autē vna pars Luna eſt:Lunam quoq; terrā,ſed æthereã vocauerūt. Immobilis tamē vt terra eſſe nō potuit:quia in ſphęra quę voluitur,nihil manet immobile præter centrū.Mūdanę autē ſpheræ terra cētrū eſt:ideo ſola immobilis perſeuerat. Rurſus terra accepto Solis lumine clareſcit tãtūmodo,non relucet:Luna ſpeculi inſtar lumen quo illuſtratur emittit:quia illa aeris & aquæ,quæ per ſe cōcreta & denſa ſunt, fęx habetur:& ideo extrema vaſtitate denſata eſt,nec vltra ſuperficiem quauis luce penetratur.Hęc licet & ipſa finis ſit,ſed liquidiſſimę lucis & ignis ætherei:ideo q̄uis denſius corpus ſit,q̄ cætera cæleſtia: vt multo tamen terreno purius ſit acceptę luci penetrabile,adeo vt eam de ſe rurſus emittat,nullum tamen ad nos perferentem ſenſum caloris:quia lucis radius,quum ad nos de origine ſua.i.de Sole peruenit,naturam ſecum ignis de quo naſcitur,deuehit:Cum vero in Lunæ corpus infunditur, & inde reſplendet:ſolam refundit claritudinē,nō calorem.Nam & ſpeculum quū ſplendorem de ſe vi oppoſiti eminus ignis emittit:ſolam ignis ſimilitudinem carentē ſenſu caloris oſtēdit.

¶Quem Soli ordinem Plato dederit,vel eius authores: quoſve Cicero ſecutus quartū locū globo eius aſſignauerit,vel quæ ratio perſuaſionē huius diuerſitatis induxerit,& cur dixerit Tullius:infimoq; orbi Luna radiis Solis accenſa conuertitur,ſatis dictū eſt. Sed his hoc adiiciendū eſt:cur Cicero quū quartū de ſeptem Solem velit, quartus aūt inter ſeptē nō fere mediꝰ,ſed omnimodo medius ſit,& habeatur:non abrupte medium Solem,ſed fere mediū dixerit,his verbis.Deinde ſubter mediā fere regionē Sol obtinet. Sed nō vacat adiectio,qua hęc pronūciatio tēperatur:nā Sol quartū locū obtinens mediā regionē tenebit numero,ſpatio nō tenebit.Si inter ternos em̄ ſummos & imos locatur,ſine dubio medius eſt numero:ſed totius ſpatii qđ ſeptē ſphęrę occupāt,dimēſione perſpecta,regio Solis nō inuenit̄ in medio ſpatio locata : quia magis a ſummo ipſe,q̄ ab ipſo receſſit ima poſtremitas:qđ ſine vlla diſceptationis,ambage cōpendioſa ꝓbabit aſſertio.Saturni ſtella,q̄ ſumma eſt,Zodiacū triginta annis pagrat: Sol medius āno vno: Luna vltima vno mēſe nō integro.Tātū ergoītereſt īter Solem & Saturnū,quātū īter vnū & triginta:Tātū inter Lunā,Soleq;,quantū inter duodecim & vnū. Ex his apparet totius a ſummo in imū ſpatii,certā ex media parte diuiſionē Solis regionē nō fieri.Sed quia hic de numero loquebat̄,in quo vere q̄ quartus,& medius eſt: ideo ꝓnūciauit qdē mediū:ſed ꝓpter latētē ſpatioꝝ dimēſionē,verbū quo hāc definitionē tēperaret,adiecit.

Notandū,ꝙ eſſe ſtellā Saturni,& alterā Iouis,Martis aliā,nō naturę cōſtitutio,ſed humana perſuaſio eſt,quę ſtellis numeros & nomina fecit.Nō em̄ ait,illā quę Saturnia eſt, ſed quā in terris Saturniā nominãt:& ille fulgor q̄ dicitur Iouis,& quē Martiū dicitis. adeo expreſſit in ſingulis noīa hęc nō eſſe inuēta naturę:ſed hominū cōmēta ſignificationi diſtinctionis accōmodata. Qꝫ vero fulgorē Iouis humano generi proſperū & ſalutarē,cōtra Martis rutilū & terribilē terris vocauit:alterū tractū eſt ex ſtellarū colore (nā fulget Iouis,rutilat Martis) alterū ex tractatu eorū, qui de his ſtellis ad hominū vitā manare volūt aduerſa vel ꝓſpera.Nam plerūq; de Martis ſtella terribilia,de Iouis ſalutaria euenire definiūt.Cauſam ſiqs forte altius quęrat, vnde diuinis maliuolentia, vt ſtella malefica eſſe dicat̄,ſicut de Martis,& Saturni ſtellis exiſtimat̄:aut cur notabilior benignitas Iouis & Veneris inter genethliacos habeat̄,cū ſit diuinorū vna natura:In mediū ꝓferā rationē apud vnū oīno (qđ ſciam) lectā. Nā Ptolemęus in libris tribus,quos de harmonia cōpoſuit,patefecit cauſam,quā breuiter explicabo.Certi inquit ſunt numeri,ꝑ quos inter oīa q̄ ſibi cōueniūt,iūgūtur,& aptant̄,fit iugabilis cōpetētia: nec quicq̄ poteſt alteri,niſi ꝑ hos numeros cōuenire. Sunt autem epitritus,hemiolius, epogdous,duplaris,triplaris,quadruplaris:quę hoc loco interim quaſi noīa numerorū accipias volo:in ſequētibus vero cū de harmonia cęli loquemur, qđ ſint hi numeri,qđ ve poſſint,opportunius aperiemus.Modo hoc noſſe ſufficiat: ꝙ ſine his numeris nulla colligatio,nulla poteſt eſſe cōcordia. Vitā vero noſtrā ꝓcipue Sol & Luna moderātur. Nā quū ſint caducorū corporū hęc duo ꝓpria,ſentire vel creſcere:æſtheticon.i.ſentiēdi natura de Sole,phyticon autē,i.creſcēdi natura de lunari ad nos globoſitate perueniūt.Sic vtriuſq; luminis bñficio hęc nobis cōſtat vita,qua fruimur. Conuerſatio tñ noſtra & ꝓuētus actuū tā ad ipſa duo lumina,q̄ ad quīq; vagas ſtellas refert̄.Sed harum

ſtellarum alias interuentus numerorum,quorum ſupra fecimus mentionem,cum lumi nibus bene iungit ac ſociat:alias nullus applicat numeri nexus ad lumina. Ergo Venerea & Iouialis ſtella per hos numeros lumini vtriq; ſociatur.Sed Iouialis Soli p omnes, Lunæ vero per plures:& Venerea Lunæ per omnes,Soli per plures numeros aggregat. Hinc licet vtraq; benefica credatur,Iouis tamen ſtella cum ſole accommodatior eſt, & Venerea cum Luna:atq; ideo vitæ noſtræ magis commodant,quaſi luminibus vitæ noſtræ auctoribus numerorum ratione concordes.Saturni autem,Martiſq; ſtellæ ita non habent cũ luminibus competentiã:vt tamen aliqua vel extrema numerorum linea Saturnus ad Solem,Mars aſpiciat ad Lunam.Ideo minus cõmodi vitę humanę exiſtimantur,quaſi cum vitę auctoribus arcta numerorũ ratione nõ iuncti.Cur tamen & ipſi nõ nũq̃ opes vel claritatẽ hominibus præſtare credantur,ad alterum debet pertinere tractatum:quia hic ſufficit aperuiſſe rationẽ,cur alia terribilis, alia ſalutaris exiſtimetur. Et Plotinus quidẽ in libro q̃ inſcribitur,Si faciũt aſtra,pronũciat nihil vi vel poteſtate eorũ hominibus euenire:ſed ea quę decreti neceſſitas in ſingulos ſancit,ita per horum ſeptẽ tranſitũ ſtatione,receſſuve mõſtrari,vt aues ſeu pręteruolando, ſeu ſtãdo futura pennis,vel voce ſignificant neſciẽtes. Sic quoq; tamen iure vocabitur hic ſalutaris,ille terribilis:cũ per hunc proſpera,per illum ſignificemus incõmoda.

Iouis ſtella.

Aſtra an vim inferant.

ASCEN.Sol vocetur,quaſi ſolus talis:nõ quaſi ſolus lucens,vt vulgo dicitur,quia & aliis p̃ter q̃ Lunę ſuũ lumen eſt:verũ hoc etymon apud latinos habet,q̃a gręce ἥλιος dicitur.Cor cęli,etiã ꝙ in medio planetarũ,vt cor in medio animalis. Tẽperatio mũdi dictus,ſcꝫ Sol.Nã ordo eſt,cur Sol dictus ſit tẽperatio mundi.Multo multoq; ſępius,ſcꝫ q̃ ſepties & vities.q̃ lectio quadrantior eſt q̃ multo multoq; ſecus , licet in idem fere tẽdat. Si vero Sol nõ eſſet (vt Macrobius cõcludit) niſi octies maior terra,& eſſet ſecũdus in ordine planetarũ,vt ſupra cõſtituit,eſſet multo frequẽtior Lunę defectus,q̃ nũc ſit:q̃d (vt opinor) Poſſidoniũ mouit.

De diuerſis nominibus Solis,deq; eiuſdem magnitudine.

Cap.XX.

IN his autem tot nominibus quæ de ſole dicuntur,non fruſtra,nec ad laudis pompam laſciuit oratio: ſed res verę vocabulis exprimuntur. Dux & princeps ait,& moderator luminũ reliquorum, mens mundi, & temperatio.Plato in Timęo cum de octo ſphęris loqueretur,ſic ait. Vt autem per ipſos octo circuitus celeritatis & tarditatis, certa menſura & ſit & noſcatur: deus in ambitu ſupra terram ſecũdum lumen accendit,quod nuc Solem vocamus. Vides vt hæc deffinitio vult eſſe omniũ ſphęrarũ lumen in Sole?Sed Cicero ſciens etiam cæteras ſtellas habere lumen ſuum,ſolãq; lunã (vt ſæpe iam diximus) proprio carere: obſcuritatem deffinitionis huius liquidius abſoluens,& oſtendens in Sole maximum lumen eſſe: non ſolum ait, Dux & princeps & moderator luminũ reliquorum (adeo & cæteras ſtellas ſcit eſſe lumina)ſed hunc ducem & principem,quem Heraclitus fontem cæleſtis lucis appellat. Dux ergo eſt: quia omnes luminis maieſtate præcedit. Princeps:quia ita eminet,vt ꝓpterea ꝙ talis ſolus appareat,Sol vocetur.Moderator reliquorum dicitur: quia ipſe curſus eorum,recurſuſq; certa definitione ſpatii moderatur. nam ſpatii certa definitio eſt,ad quã cũ vnaquæq; erratica ſtella recedens a Sole peruenerit, tanq̃ vltra prohibeatur accedere, agi retro videtur:& rurſus cum certam partem recedendo cõtigerit,ad directi curſus cõſueta reuocatur:ita Solis vis,& poteſtas motus reliquorum luminũ conſtituta dimenſione moderatur.Mens mũdi ita appellatur,vt Phyſici eũ cor cęli vocauerũt.Inde nimirũ,ꝙ omnia quę ſtatuta ratione per cęlũ fieri videmus,diem & noctem,& migrantes inter vtrũq; prolixitatis,breuitatiſq; vices,& certis tẽporibus æquã vtriuſq; menſurã, dein veris clementẽ temperiẽ,torridũ cancri ac leonis æſtũ, mollitiẽ autumnalis aurę, vim frigoris,inter vtraq; tẽperiẽ,omnia hęc Solis curſus & ratio diſpenſat. Iure ergo cor cęli dicitur,per quẽ fiũt omnia quę diuina ratione fieri videmus. Eſt & hæc cauſa, propter quã iure cor cęli vocet,ꝙ natura ignis ſemp ĩ motu ꝑpetuo,agitatuq; eſt: Solẽ aũt ignis ætherei fontẽ dictũ eſſe retulimus:Hoc eſt ergo Sol in æthere q̃d in animali cor:cuius iſta natura eſt,ne vnq̃ ceſſet a motu: aut ſi breuis ſit eius quocunq; caſu ab agitatione ceſſatio,mox animal interimat.Hęc de eo ꝙ mũdi mentẽ vocauit.Cur vero & temperatio mundi dictus ſit,ratio in aperto eſt.Ita enim non ſolũ terram,ſed ipſum quoq; cęlum, quod vere mũdus vocatur, temperari ſole certiſſimũ eſt, vt extremitates

Solis nomina.

Sol vnde dicatur.

Sol,cor cęli dicitur.

eius quæ longiſſimę a via ſolis receſſerũt, omni careãt beneficio caloris,& vna frigoris perpetuitate torpeſcant:qđ in ſequẽtibꝰ aptiꝰ explicabit̃. ¶Reſtat vt & de magnitu-
dine eiꝰ quã veriſſima ꝑdicatione extulit:pauca & nõ ꝑtereunda dicamꝰ.Phyſici hoc maxime cõſequi in oĩ circa magnitudinẽ ſolis inqſitione voluerũt, quãto maior eſſe poſſit q̃ terra.Et Eratoſthenes in libris dimenſionũ ſic ait.Mẽſura terrę ſepties & vi-
Solis magnitudo cies multiplicata mẽſurã ſolis efficiet.Poſſidoniꝰ multo multoqꝫ ſępius.& vterqꝫ lunaris defectꝰ argumẽtũ ĩuicẽ ꝓ ſe aduocat.Ita cũ ſolẽ volũt terra maiorẽ ꝓbare,teſtimonio lunæ deficiẽtis vtunt̃:Cũ defectũ lunę conant̃ aſſerere, ꝓbationẽ de ſolis magnitudine mutuant̃.Et ſic euenit,vt dũ vtrũqꝫ de altero aſtruitur,neutrũ ꝓbabiliter aſtruat̃,ſemꝑ ĩ medio viciſſim nutante mutuo teſtimonio.qd eñ ꝑ rẽ adhuc ꝓbandã probet̃?Sed ęgyptii nihil ad cõiecturã loquẽtes,ſequeſtrato ac libero argumẽto,nec ĩ patrociniũ ſibi lunæ defectũ vocãtes,quãta menſura ſol terra maior ſit ꝓbare voluerũt,vt tũ demũ ꝑ magnitudinẽ eiꝰ oſtẽderẽt,cur luna deficiat.Hoc autẽ nequaq̃ dubitat̃ nõ poſſe aliter deꝓhẽdi,niſi mẽſura & terræ & ſolis ĩuẽta,vt fieret ex collatione diſcretio.Et terrena qdẽ dimẽſio ocl'is rationẽ iuuãtibꝰ de facili cõſtabat: Solis vero mẽſurã aliter niſi ꝑ mẽſurã cęli,ꝑ qđ diſcurrit,ĩuenire nõ poſſe viderũt.Ergo primũ metiendũ ſibi cęlũ illud,id eſt iter ſolis cõſtituerũt: vt ꝑ id poſſent modũ ſolis agnoſcere.Sed q̃ſo,ſi qs vnq̃ tam ocioſus tãqꝫ erit ab oĩ ſerio feriatꝰ, vt hæc quoqꝫ ĩ manꝰ ſumat,ne talẽ veterũ ꝓmiſſionẽ q̃ſi ĩſaniæ ꝓximã,aut horreſcat,aut rideat. Eteñ ad rẽ q̃ natura incõprehẽſibilis videbat̃,viã ſibi fecit ĩgeniũ,& ꝑ terrã q cæli modꝰ ſit reperit. Vt aũt liquere poſſit ratio cõmẽti,prius regulariter pauca dicẽda ſunt, vt ſit
Centrũ. rerũ ſequentiũ aditus inſtructior. In omni orbe vel ſphæra medietas cẽtrum vocatur. Nihil aliud eſt centrũ niſi pũctum, quo ſphærę aut orbis medium certiſſima obſeruatione diſtinguitur.Item ducta linea de quocunqꝫ loco circuli qui deſignat ambitum,in quacũqꝫ eiuſdem circuli ſummitate orbis,partem aliquam diuidat neceſſe eſt. Sed non omnimodo medietas eſt orbis quam ſeparat iſta diuiſio. Illa enim tantũ linea in partes æquales orbem mediũ diuidit, quæ a ſummo in ſummũ ita deducitur, vt neceſſe ſit eã
Diametros. tranſire per centrũ.Et hæc linea quæ orbẽ ſic æqualiter diuidit,diametros nũcupatur. Item diametros omnis cuiuſcũqꝫ orbis,triplicata cũ adiectione ſeptimæ partis ſuę mẽſuram facit circuli,quo orbis includitur.Id eſt:ſi vncias ſeptem teneat diametri longitudo,& velis ex ea noſſe quot vncias orbis ipſius circulus teneat: triplicabis ſeptem,& faciũt viginti vnũ:His adiicies ſeptimã partem hoc eſt vnũ:& pronunciabis viginti & duabus vnciis huius circuli eſſe mẽſuram,cuius diametros ſeptem vnciis extenditur. Hæc omnia geometricis euidentiſſimiſqꝫ rationibus probare poſſemus: niſi & neminẽ de ipſis dubitare arbitraremur,& caueremus iuſto prolixius volumen extendere.Sciẽdum & hoc,ꝙ vmbra terræ,quã ſol poſt occaſum in inferiore hemiſphęrio currens ſur-
Nox. ſum cogit emitti,ex qua ſuꝑ terrã fit obſcuritas,quæ nox vocatur: ſexagies in altum multiplicatur ab ea menſura,quã terræ diametros habet.Et hac longitudine ad ipſum circulum ꝑ quẽ ſol currit erecta,exclusione luminis tenebras in terram refundit.Prodendum eſt igitur,quanta diametros terræ ſit:vt conſtet quid poſſit ſexagies multiplicata colligere. Vnde his prelibatis ad tractatũ menſurarũ quas promiſit oratio reuer-
Ambitꝰ terræ. tatur.Euidentiſſimis & indubitabilibus dimenſionibus conſtat,vniuerſę terrę ambitũ, quæ vbicũqꝫ vel incolitur,vel inhabitabilis iacet, habere ſtadiorũ milia ducẽta q̃nquaginta duo.Cũ ergo tãtũ ambitus teneat,ſine dubio octoginta milia ſtadioꝝ,vel nõ multo amplius,diametros habet,ſecũdũ triplicationẽ cũ ſeptimę partis adiectione, quã ſuꝑius de diametro & circulo regulariter diximus.Et quia ad efficiẽdã terrenę vmbræ lõgitudinẽ nõ ambitus terrę,ſed diametri mẽſura multiplicãda eſt:ipſa eſt eñ quã ſurſum cõſtat excreſcere:ſexagies multiplicãda tibi erũt octoginta milia quę terrę diametros habet. quę faciũt quadragies octies centena milia ſtadiorũ eſſe a terra vſqꝫ ad ſolis curſum,quo vmbrã terrę diximus ꝑuenire. Terra aũt in medio cęleſtis circuli,per quẽ ſol currit,vt cẽtrũ locata eſt.Ergo mẽſura terrenæ vmbræ medietatẽ diametri cæleſtis
Diametros cæleſt. cir. efficiet:& ſi ab altera quoqꝫ parte terræ par vſqꝫ ad eũdẽ circulũ mẽſura tẽdatur, integra circuli ꝑ quem ſol currit diametros inuenitur.Duplicatis igitur illis quadragies octies cẽtenis milibꝰ,erit integra diametros cęleſtis circuli,nonagies ſexies cẽtenis mi-

libꝰ ſtadiorū.Et īuēta diametros facile mēſurā nobis ipſiꝰ quoq; ābitꝰ ꝑdit.Hāc em̄ ſummā,q̄ diametrū facit,debes ter multiplicare adiecta parte ſeptima,vt ſæpe iā dictū eſt:& ita īuenies totiꝰ circuli ꝑ quē ſol currit ābitū ſtadiorū habere trecētíes centena milia,& inſup centū ſeptuaginta milia.His dictis,q̄bꝰ mēſura quā terrę vel ābitus vel diametros habet,ſed & circuli modus ꝑ quē ſol currit,vel diametri eiꝰ oſtenditᷣ:nūc quā ſolis eſſe mēſurā,vel quēadmodū illi prudētiſſimi dephēderint,īdicemꝰ. Nā ſicut extrema vmbra potuit circuli ꝑ quē ſol meat deprehendi magnitudo,ita ꝑ ipſum circulū mēſura ſolis īuēta eſt ī hūc modū,ꝓcedēte inq̄ſitionis īgenio. Aequinoctiali die āte ſolis ortū æquabiliter locatū eſt ſaxeū vas ī hemiſphærii ſpeciē:caua ta ābitiōe curuatū:infra ꝑ lineas deſignato duodecī diei horarū numero: quas ſtyli ꝓminētis vmbra cū trāſitu ſolis ꝑtereūdo diſtinguit,Hoc eſt aūt(vt ſcimꝰ)hmōi vaſis officiū:vt tāto tp̄e a priore eiꝰ extremitate ad alterā vſq;,ſtyli vmbra percurrat: quāto ſol medietatē cęli ab ortu ī occaſum,vniꝰ ſcilicet hemiſphęrii cōuerſiōe metitᷣ. Nā totiꝰ cæli ītegra cōuerſio diē nocteq; cōcludit. Et ideo cōſtat,quātū ſol ī circulo ſuo,tm̄ ī hoc vaſe vmbrā meare. Huic igitᷣ æq̄biliter collocato,circa tēpꝰ ſolis ortuī ꝓpinquātis inhęſit diligens obſeruātis obtutus.& cū ad primū ſolis radiū,quē de ſe emiſit:prima ſūmitas orbis,emergens vmbra de ſtyli decedens ſūmitate primā curui labri eminētiā cōtigit:locꝰ ipſe q̄ vmbrę primitias excepit,notę īpreſſiōe ſignatꝰ eſt: obſeruatūq; q̄diu ſup terrā ita ſolis orbis īteger apparet,vt vna eiꝰ ſummitas adhuc horizōti videretᷣ īſidere:& mox locꝰ ad quē vmbra tūc ī vaſe migrauerat,adnotatꝰ ē. Habitaq; dimēſiōe īter ambas vmbrarū notas,q̄ integrū ſolis orbē,id eſt diametrum natę de duabꝰ eiꝰ ſūmitatibꝰ metiuntᷣ: pars nona repta eſt eiꝰ ſpatii, qđ a ſūmo vaſis labro vſq; ad horæ primæ lineā cōtinetᷣ.Et ex hoc cōſiſtit,ꝙ in curſu ſolis vnā tēpore æquinoctialis horam faciat repetitus nouies orbis eiꝰ acceſſus. Et quia conuerſio cæleſtis hemiſphęrii peractis horis duodecim diem condit: nouies autē duodenī efficiunt centum octo:ſine dubio ſolis diametros centeſima & octaua pars hemiſphærii æquinoctialis eſt.Ergo totius æquinoctialis circuli ducēteſima ſextadecima pars eſt. Ipſum autē circulū habere ſtadiorū trecēties centena milia,& inſuper centum & ſeptuaginta milia,antelatis probatū eſt.Ergo ſi eiꝰ ſummę ducēteſimā ſextādecimā cōſideraueris partē, mēſurā diametri ſolis īuenies.Eſt autē pars iſta fere in centū quadraginta milibꝰ. Diametros igitᷣ ſolis centū quadraginta miliū fere ſtadiorū eſſe dicenda eſt.Vnde pene duplex q̄ terræ diametros īuenitᷣ.Cōſtat aūt geometricæ rationis examine,quū de duobꝰorbibꝰ altera diametros duplo alterā vincit:illū orbē cuiꝰ diametros dupla eſt,orbe altero octies eſſe maiorē. Ergo ex his dicēdū eſt,ſolē octies terrā eſſe maiorē.Hæc de ſolis magnitudine breuiter de multis excerpta libauimus.

Ambitꝰ circuli per quē ſol meat

Quomodo dephēſa ſit ſolis magnitudo.

Sol octies maior terra.

ASCEN.Conſtat em̄ nullā inter eas celerius &c.hoc de proprio curſu:de raptus ſic intellige,vt vno eodēq; tēpore.xxiiij.horarū curſum raptus ſimul ꝑagāt: verū vnaquęq; quo altior eſt eo celerius moueri cōuincitᷣ, ſi tanto plus ſpatij eodē tēpore q̄ inferior ꝑcurrit. vnde rotę celeriter motę circūferentiā, & radios illi infixos vix videmus:& tm̄ axem & eoſdē radios illi infixos facillime diſpicimus. Solem autem celeriter rapi,& ideo illi equū offerri,teſtatur in Faſtis Ouidius dicēs.Ne detur celeri victima tarda deo.At vero ſcđm hęc,quo quæq; tardius mouetur motu raptus,eo citius propriū ꝑficit curſum. De proprio aūt curſu intelligendū ꝙ dicitᷣ: Sol aut luna,aut quiuis alius planeta in tali, aut tali eſſe Zodiaci ſigno:nā motu raptus ſingulis diebus, in oībus,hoc eſt ſub oībus,ſunt oēs horis binis.Ariete mediū cęlū tenēte horā fuiſſe mūdi naſcentis. ergo mūdū natū fatetᷣ,idq; in vere:quod & Maro ſic approbat Geor.ij. Non alios prima creſcentis origine mūdi Illuxiſſe dies,aliūve habuiſſe tenorē Crediderim:ver illud erat,ver magnus agebat Orbis &c.A quo & noſtrates theologi nō multum diſſidēt:vſqueadeo vt nōnulli dicant cōſimili die,cōſimiliq; tēpore,quia die ſexto & in æquinoctio,mundū conſummatum & redemptum.Iterum cenſet ſolem planetarum ſecundum: de quo quid ſentiremus ſupra diximus.

Equus offertᷣ Soli.

Qua ratione inferiorū ſphęrarū ſtellę in Zodiacis ſignis meare dicātur,cū in eis nō ſint:Curq; ex illis alię breuiori,alię lōgiori tēpore Zodiaci ſigna ꝑcurrāt. Et quomodo circulus Zodiacus in duodecim parteis diuiſus ſit. Cap.XXI.

SEd quoniā ſeptem ſphęras cęlo diximus eſſe ſubiectas,exteriore quaq; quas interius cōtinet ambiente,longeq; & a cælo omnes,& a ſe ſingulę receſſerunt:nūc quęrendū eſt,cum Zodiacus vnus ſit,& is conſtet cęlo ſideribus infixis : quēadmodū inferiorū ſphærarū ſtellæ in ſignis Zodiaci meare dicantur.Nec longū eſt inuenire rationē,quæ in ipſo veſtibulo excubat quęſtionis. Verū eſt enim neq; ſolem lunāve: neq; de va

gis vllam ita in ſignis Zodiaci ferri,vt eorū ſideribus miſceantur: ſed in illo ſigno eſſe vnaqueq; perhibetur qđ habuerat ſupra verticem,in ea quę illis ſubiecta eſt circuli ſui regione diſcurrens:quia ſingularū ſphærarū circulos in duodecim partes æque vt Zodiacum ratio diuiſit. Et quæ in eā partē circuli ſui venerit, quæ ſub parte Zodiaci eſt arieti deputata:in ipſum arietē veniſſe cōceditur.Similiſq; obſeruatio in ſingulas partes migrantibus ſtellis tenetur.Et quia facilior ad intellectū per oculos via eſt:id qđ ſermo deſcripſit,viſus aſſignet. Eſto enim Zodiacus circulus,cui aſcriptū eſt a.inter hunc ſeptem alii orbes locētur : & Zodiacus ab a, per ordinē affixis notis, qb⁹ aſcribentur literę ſequētes: in partes duodecim diuidatur. Sitq; ſpatiū qđ inter a, & b, claudit, arieti deputatū:qđ intra b,& c,tauro: qđ inter c,& d, geminis : cancro qđ ſequitur : & reliqs per ordinē cætera. His conſtitutis, iā de ſingulis Zodiaci notis & literis ſingulę deorſum lineę p omnes circulos ad vltimū vſq; ducātur:proculdubio p orbes ſingulos duodenas partes diuidet tranſitus linearū.



In quocunq; igitur circulo,ſeu ſol in illo,ſeu luna, vel de vagis quęcunq; diſcurrat,cū ad ſpatium venerit,qđ inter lineas clauditur ab a,& b,notis & literis defluētes,in ariete eſſe dicetur:quia illic conſtituta ſpatium arietis in Zodiaco deſignatū ſupra verticem,ſicut deſcripſimus,habebit.Similiter in quācūq; migrauerit partem,in ſigno ſub quo fuerit eſſe dicetur. ¶Atq; hæc ipſa deſcriptio eodem compēdio nos docebit,cur eūdem Zodiacum eademq; ſigna aliæ tempore longiore,alię breuiore percurrant.Quoties enim plures orbes intra ſe locātur:ſicut maximus eſt ille qui primus eſt, & minimus qui locum vltimū tenet.ita de mediis,qui ſummo propior eſt, inferioribus maior:qui vicinior eſt vltimo,breuior ſuperioribus habetur. Et inter has igitur ſeptē ſphæras gradum celeritatis ſuæ ſingulis ordo poſitionis aſcripſit. Ideo ſtellæ quæ per ſpatia grandiora diſcurrunt, ambitum ſuum tempore prolixiore conficiunt: quæ per anguſta,breuiore.Conſtat enim nullam inter eas celerius cæteris tardiuſve procedere. Sed cum ſit omnibus idem motus meandi,tantam eius diuerſitatem temporis ſola ſpatiorum diuerſitas facit.Nam vt de mediis nunc prætermittamus,ne eadem ſæpe repetantur:q; eadem ſigna Saturnus annis triginta, luna diebus vigintiocto ambit & permeat,ſola cauſa in quantitate eſt circulorum: quorum alter maximus, alter minimus. Ergo & cæterarum ſingulæ pro ſpatii ſui modo,tempus meandi,aut extendunt,aut cōtrahunt. ¶Hoc loco diligens rerum diſcuſſor inueniet,qđ requirat. Inſpectis enim Zodiaci notis, quas monſtrat in præſidium fidei aduocata deſcriptio: Quis vero,inquiet,circi cęleſtis duodecim partes aut inuenit,aut fecit:maxime cū nulla oculis ſubiiciantur exordia ſingularum?Huic igitur tam neceſſarię interrogationi hiſtoria ipſa reſpondeat,factum referens,quo a veteribus & tentata eſt tam difficilis,& effecta diuiſio,

Cur alii planetæ breuiori tpe Zodiaci ſigna percurrant alii longiore.

Aegyptiorum enim retro maiores, quos conſtat primos omniũ cælũ ſcutari & metiri
auſos, poſtq̃ ꝑpetuę apud ſe ſerenitatis obſequio cęlum ſemꝑ ſuſpectu libero intuen
tes deprehenderunt vniuerſis vel ſtellis, vel ſideribus infixis cælo,ſolas cũ ſole & luna
quinqꝫ ſtellas vagari,nec has tamen ꝑ omnes cęli partes paſſim,ac ſine certa erroris ſui
lege diſcurrere:nũq̃ deniqꝫ ad ſeptẽtrionalem verticem deuiare:nunq̃ ad auſtralis poli
ima demergi:ſed intra vnius obliqui circi limitem omnes habere diſcurſus:nec omnes
tamen ire pariter & redire,ſed alias aliis ad eũdem locum ꝑuenire tẽporibus:Rurſus
ex his alias accedere,retro agi alias,videriqꝫ ſtare nõnũq̃:Poſtq̃ inquã hęc inter eas agi
viderũt,certas ſibi partes decreuerũt in ipſo circo cõſtituere,& diuiſionibus annotare,
vt certa eſſent locorũ nomina,in quibus eas morari,vel de q̃bus exiſſe,ad quęve rurſus
eſſe venturas,& ſibi inuicem annũciarẽt,& ad poſteros noſcenda tranſmitterent.Duo-
bus igitur vaſis æneis præparatis,quorũ alteri fundus erat in modũ clepſydrę foratus,
illud q̃d erat integrũ & vacuũ ſubiecerũt,pleno aquæ altero ſuppoſito, ſed meatu ante
munito:& quãlibet de infixis vnã clariſſimã ſtellam,lucideqꝫ notabilem orientem obſer
uauerunt.Quę vbi primũ cœpit emergere,mox munitione ſubducta ꝑmiſerũt ſubie-
cto vaſi aquã ſuperioris influere: fluxitqꝫ in noctis ipſius & ſecuti diei finem, atqꝫ in id
noctis ſecũdę, q̃diu eadẽ ſtella ad ortum rurſus reuertitur : quæ vbi apparere vix cœ-
pit,mox aqua quæ influebat amota eſt. Cũ igitur obſeruatæ ſtellę itus ac reditus inte-
gram ſignificaret cęli cõuerſionẽ,mẽſuram ſibi cęli in aquę de illo fluxu ſuſceptæ quã-
titate poſuerunt.Hac ergo in partes æquas duodecim ſub fida dimenſione diuiſa, alia
duo huius capacitatis procurata ſunt vaſa,vt ſingula tãtũ ſingulas de duodecim par-
tibus ferrent.Totaqꝫ rurſus aqua in vas ſuũ priſtinũ foramine prius clauſo, refuſa eſt:
& de duobus illis vaſis capacitatis minoris alterũ ſubiecerũt pleno, alterũ iuxta expedi
tum paratũqꝫ poſuerũt. His præparatis,nocte alia in illa iam cæli parte, per quã ſolem
lunãqꝫ,& quinqꝫ vagas meare diuturna obſeruatione didicerant,quãqꝫ poſtea Zodiacũ
vocauerũt:aſcenſurũ obſeruauerũt ſidus,cui poſtea nomen arietis indiderunt. Huius
incipiente ortu ſtatim ſubiecto vaſi ſuperpoſitę aquæ fluxum dederunt.Quod vbi com
pletum eſt,mox eo ſublato effuſoqꝫ, alterum ſimile ſubiecerunt certis ſignis obſeruatis
ac memoriter annotatis inter eius loci ſtellas quæ oriebantur cũ primũ vas eſſet imple
tum,intelligentes ꝙ eo tempore,quo totius aquę duodecima pars fluxit,pars cęli duo-
decima conſcendit. Ab illo ergo loco,quo oriri incipiẽte aqua in primũ vas cœpit in-
fluere,vſqꝫ ad locũ qui oriebatur cũ idẽ primũ vas impleretur,duodecimã partẽ cęli.i.
vnũ ſignũ eſſe dixerunt. Item ſecũdo vaſe impleto,& mox retracto illo,ſimile q̃d olim
effuſum parauerãt,iterũ ſubdiderũt:notato ſimiliter loco qui emergebat, cũ ſecũdum
vas eſſet impletũ:& a fine primi ſigni vſqꝫ ad locũ qui ad ſecũdę aquę finem oriebatur,
ſecũdũ ſignũ notatũ eſt.Atqꝫ ita viciſſim vaſa mutãdo,& ꝑ ſingulas influẽtis aquę ꝑtes
ſingulos ſibi aſcẽdẽtiũ cęli partiũ limites annotãdo,vbi cõſummata iam omni per duo-
decim partes aqua,ad primi ſigni exordia ꝑuẽtũ eſt:ſine dubio iã diuiſas, certiſqꝫ ſibi
obſeruationibus & indiciis annotatas cæli partes tantæ compotes machinationis ha-
buerũt.Q̃d nõ nocte vna,ſed duabus effectũ eſt:quia omne cęlũ vna nocte nõ voluitur,
ſed ꝑ diẽ vertitur pars eius media:& medietas reliqua ꝑ noctem.Nec tamẽ cęlũ omne
duarũ ſibi proximarũ noctiũ diuiſit inſpectio:ſed diuerſorũ temporũ nocturna dimẽſio
vtrũqꝫ hemiſphęriũ paribus †aquæ vicibꝰ annotauit.Et has ipſas.xii.partes ſigna appel
lari maluerũt:certaqꝫ ſingulis vocabula,gratia ſignificationis,adiecta ſunt. & q̃a ſigna
græco nomine ζώδια,nũcupãtur,circũ ipſum Zodiacum quaſi ſigniferum vocauerunt.
Hanc autẽ rationẽ iidẽ illi cur arietẽ,cũ in ſphęra nihil primũ,nihilqꝫ poſtremũ ſit,pri-
mũ tamẽ dici maluerint,prodiderũt. Aiunt incipiente die illo,q primus omniũ luxit.i.
quo in hunc fulgorem cęlũ & elementa purgata ſunt, qui ideo mũdi natalis iure voci-
tat,arietẽ in medio cęlo fuiſſe.Et quia mediũ cęlũ quaſi mũdi vertex eſt, arietẽ ꝓpterea
primũ inter oẽs habitũ,q vt mũdi caput exordio lucis apparuit.Subnectũt etiã cauſam
cur hęc ipſa duodecim ſigna aſſignata ſint diuerſoꝝ numinũ poteſtati.Aiũt enĩ in hac
ipſa genitura mũdi,ariete (vt docuimus) mediũ cęlũ tenẽte horã fuiſſe mũdi naſcẽtis,
cancro geſtante tũc lunam.Poſt hunc ſol cũ leone oriebatur,cũ Mercurio Virgo,Libra
cũ Venere:Mars erat in Scorpio:Sagittariũ Iuppiter obtinebat: in Capricorno Satur-

Aegyptii planetas & ſtellas fixas deprehenderũt.

Zodiaci deprehenſio.

†æque

Zodiacus vnde dicꝰ

Aries cur primum ſignum.

Signa cur diuerſis numinibus aſſignata.

nus meabat.Sic factū eſt,vt ſinguli eorū ſignoꝝ domini eſſe dicanť, in qbus cū mūdus naſcereť,fuiſſe credunť. Sed duobus qdē luminibus ſingula tātū ſigna in qbus tūc fuerāt,aſſignauit antiqtas:cancrū lunę,ſoli leonē. Quinq; vero ſtellis pter illa ſigna,qbus tūc inhęrebāt,quinq; reliqua ſic adiecit vetuſtas,vt in aſſignādis a fine prioris ordinis, ordo ſecūdus inciperet.Superius eñ diximꝰ ī Capricorno Saturnū poſt oēs fuiſſe: ergo ſecūda adiectio eū primū fecit,q vltimus fuerat. Ideo Aquarius q Capricornū ſequiť, Saturno dať:Ioui q ante Saturnū erat,Piſces dicanť:Aries Marti q pceſſerat Iouē:Taurus Veneri,quā Mars ſeqbať:Gemini Mercurio,poſt quē Venus fuerat,deputati ſunt.

Planetarū ordo.

Notādū hoc loco,q ī genitura mūdi vel ipſa rerū puidētia,vel vetuſtatis ingeniū hūc ſtellis ordinē dedit,quē Plato aſſignauit ſphæris earū: vt eſſet luna prima, ſol ſecūdus, ſup hūc Mercurius,Venus quarta,hinc Mars,inde Iuppiter,& Saturnus vltimus. Sed ſine huius tñ rationis patrocinio abūde Platonicū ordinē prior ratio cōmendat.

Epilogꝰ hactenꝰ dictorū.

¶Ex his q dę verbis Ciceronis pxime pręlatis qrēda pposuimus,qua licuit breuitate a ſumma ſphęra q aplanes dicit,vſq; ad lunā,q vltima diuinoꝝ eſt,oīa iā(vt opinor)abſoluimus. Nā & cęlū volui,& cur ita voluať oſtēdimus:ſeptēq; ſphæras cōtrario motu ferri ratio indubitata patefecit: & de ipſo ſphęrarū ordine qd diuerſi ſenſerint, vel qd inter eos diſſenſionē fecerit,qve magis ſequēda ſit ſentētia,tractatus īuenit.Nec hoc tacitū eſt,cur īter oēs ſtellas ſola ſine fratris radiis luna nō luceat.Sed & q ſpatioꝝ ratio ſolē ab his quoq; q eū inter ſeptē quartū locarūt:nō tñ abrupte mediū, ſed fere mediū dici coegerit,publicatū eſt.Quid ſignificēt noīa,qbus ita vocať vt laudari tantū puteť, innotuit.Magnitudo quoq; eius,ſed & cęleſtis p quem diſcurrit circuli,terręq; pariter quāta ſit,vel quēadmodū dephēſa,mōſtratū eſt. Subiectarū ſphęrarū ſtellæ quēadmodū Zodiaco,q ſupra oēs eſt,ferri dicanť:vel q ratio diuerſarū faciat,ſeu celerē,ſeu tardū recurſum,Sed & ipſe Zodiacus in.xii.ptes,qua ratione diuiſus ſit:curq; Aries primꝰ habeať:& q ſigna in quoꝝ numinū ditione ſint,abſolutū eſt. Sed oīa hæc q de ſummo ad lunā vſq; peruenīūt,ſacra,incorrupta,diuina ſunt: qa in ipſis eſt æther ſemp idē, nec vnq recipiēs inęqualē varietatis æſtū.Infra lunā,& aer & natura mutationis pariter īcipiūt: & ſicut ætheris & aeris,ita diuinorū & caducorū luna cōfiniū eſt.Qđ aūt ait,nihil infra lunā eſſe diuinū pter animos munere deorū hoīm generi datos:nō accipiēdū ita eſt

Animi nri quō hic ſint.

animos hic eſſe,vt hic naſci puteť.Sed ſicut ſolem eſſe in terris dicere ſolemus, cuius radius aduenit & recedit:ita animorū origo cęleſtis eſt: ſed lege tēporalis hoſpitalitatis hic exulat.Hęc ergo regio diuinū nihil habet ipſa,ſed recipit:& quia recipit, & remittit.Propriū autē habere diceretur, ſi ei ſemper tenere licuiſſet. Sed quid mirum ſi animus de hac regione non conſtat,cum nec corpori fabricando ſola ſuffecerit? Nam quia terra,aqua,aer,infra lunam ſunt:ex his ſolis corpus fieri non potuit,quod idoneū eſſet ad vitam:ſed opus fuit pſidio ignis ætherei,qui terrenis membris vitam & animā ſuſtinendi commodaret vigorem,qui vitalem calorem & faceret & ferret.Hæc de aere dixiſſe nos ſatis ſit.Reſtat vt de terra,quæ ſphęrarum nona,& mundi vltima eſt, dictu neceſſaria diſſeramus.

ASCEN.Et nona tellus.ergo tellus non ſic eſt poeticum vocabulum vt eo vti nō poſſit orator. ſed inquirendū,quomodo nona ſit,cū & cætera elemēta ſuas habeant ſphęras. Ideo non mouetur,quia infima eſt.id facile eſt cognitu:quia quocūq; moueretur ſurſum moueretur:qđ graui violentum eſſet.

Terra qua de cauſa immobilis ſit,& omnia in eam ſuo nutu ferātur pōdera, Cap.XXII.

NAm ea quę eſt media & nona tellus,inquit,neq; mouetur,& infima eſt: in eā ferūtur oīa nutu ſuo pondera. Illę vere inſolubiles cauſę ſunt, q mutuis inuicē nexibus vinciūtur:& dū altera alterā facit, ita viciſſim de ſe naſcūtur, vt nūq a naturalis ſocietatis amplexibus ſeparentur. Talia ſunt vincula qbus terrā na tura conſtrinxit.Nā ideo in eā feruntur oīa,quia vt media nō mouetur.Ideo nō mouetur,quia infima eſt. Nec poterat infima nō eſſe in quā oīa ferūtur.Horū ſingula q inſeparabiliter inuoluta rerū neceſſitas in ſe vinxit,tractatus expediat. Non mouetur (ait): eſt enim centron. In ſphęra autem ſolū centron diximus non moueri:quia neceſſe eſt vt circa aliquid immobile ſphęra moueať.Adiecit,infima eſt.Recte hoc quoq;:nā qđ cētron eſt,mediū eſt. In ſphęra vero hoc ſolū cōſtat imū eſſe,qđ mediū eſt:Et ſi ima eſt,ſeqť vt vere dictū ſit

in eã ferri oĩa.Semp̃ eñ põdera in imũ natura deducit.Nã & in ipſo mũdo vt eẽt terra ima ſic factũ eſt. Quicq̃d ex oĩ materia de qua facta ſunt oĩa,puriſſimũ ac liquidiſſimũ fuit:id tenuit ſummitatem,& æther vocatus eſt. Pars cui minor puritas, & inerat aliquid leuis ponderis, Aer extitit,& in ſecũda delapſus eſt.Poſt hęc quod adhuc quidem liquidum,ſed iam vſq; ad tactus offenſam corpulentum erat,in aquæ fluxum coagulatum eſt.Iam vero quod de omni ſylueſtri tumultu vaſtum, impenetrabile,denſatum,ex defæcatis abraſum reſedit elementis:hęſit in imo,quod demerſum eſt ſtringente perpetuo gelu,quod eliminatum in vltimam mundi partem lõginquitas ſolis coaceruauit:q̃d ergo ita concretum eſt,terrę nomen accepit. Hanc ſpiſſus aer & terreno frigori ꝓpior q̃ ſolis calori,ſtupore ſpiraminis denſioris vndiq; verſum fulcit & continet. Nec in receſſum aut acceſſum moueri eam patitur, vel vis circũuallãtis & ex omni parte vigore ſimili librantis aurę:vel ipſa ſphęralis extremitas,quæ ſi paulum a medio declinauerit,fit cuicunq; vertici propior, & imum relinquit. Quod ideo in ſolo medio eſt, quia ipſa ſola pars a quouis ſphæræ vertice pari ſpatio recedit. In hanc igitur, quæ & ima eſt,& quaſi media,& non mouetur:quia centrum eſt,omnia pondera ferri neceſſe eſt.Et quia ipſa in hunc locum quaſi pondus relapſa eſt,argumento ſunt cum alia innumera, tum præcipue imbres,qui in terram ex omni aeris parte labuntur. Nec enim in hãc ſolam quam habitamus ſuperficiem decidunt:ſed in latera quib⁹ in terra globoſitas ſphęralis efficitur,& in partem alterã,q̃ ad nos habeť inferior,imbrium caſus eſt.Nam ſi aer terreni frigoris exhalatione denſatus in nubem cogitur, & ita abrumpit in imbres:aer autem vniuerſam terram circũfuſus ambit:proculdubio ex omni aeris parte, ꝑter vſtã calore perpetuo,liquor pluuialis emanat:qui vndiq; ĩ terrã,q̃ vnica eſt ſedes põderũ,defluit.Quod qui reſpuit,ſupereſt vt exiſtimet extra hanc vnã ſuperficiẽ,quã incolim⁹,qcquid niuiũ imbriũve vel grandinum cadit,hoc totum in cęlum de aere defluere.Cęlum enim ab omni parte terrę æquabiliter diſtat: & vt a noſtra habitatione, ita & a lateribus & á parte quæ ad nos habetur inferior, pari altitudinis immenſitate ſuſpicitur. Niſi ergo omnia pondera ferrentur in terram: imbres qui extra latera terræ defluũt, non in terram ſed in cælum caderent: quod vilitatem ioci ſcurrilis excedit.

Aether.
Aer.
Aqua.
Terra.

Terra cur ſit immobilis.



Eſto enim terra ſphæra, cui adſcripta ſunt a.b.c.d.circa hãc ſit aeris orbis,cui adſcripta ſunt.e.f.g.l.m.& vtrunq; orbem,id eſt terrę & aeris,diuidat linea ducta ab e.vſq; ad l.erit ſuperior iſta quã poſſidemus,& illa ſub pedib⁹.Niſi ergo caderet omne põdus in terram,paruam nimis imbrium partem terra ſuſciperet,ab a.vſq; ad c. Latera vero aeris, id eſt ab f.vſq; ad e. & a g. vſq; ad l. humorẽ ſuũ in aerem cælumq; deiiceret. De inferiore autem cæli hemiſphęrio pluuia in exteriora, & ideo naturæ incognita deflueret, ſicut oſtẽdit ſubiecta deſcriptio.Sed hoc vel refellere dedignatur ſermo ſobrius:quod ſic abſurdum eſt,vt ſine argumentationis patrocinio ſubruatur. Reſtat ergo vt indubitabili ratione monſtratum ſit in terram ferri omnia nutu ſuo põdera. Iſta autem quæ de hoc dicta ſunt,opitulantur nobis & ad illius loci diſputationem,quę antipodas eſſe commemorat.Sed hic inhibita continuatione tractatus,ad ſecundi commẽtarii volumen diſputationem ſequentium reſeruemus.

FINIS LIB.I.

ASCEN. De concentu motuum cæleſtium nihil nunc definio, præter ea quæ ſupra. Nam quod inexpugnabili ratiocinatione collectum dicit, nõ agnoſco. Motum enim fieri ſine ſono ſaltem graui, nõ puto ab ratione alienum, præſertim ſi non ſit violenti concuſſione, qualis poteſt eſſe ſphęrarum. nam quia circularis eſt, maxime naturalis eſt, & ideo perpetuus: neq; enim a primo mobili & a centro immobili diſcedunt vſq̃. eſtq; tam naturale ſphęris moueri motu cõmuni, quẽ motũ raptus dicũt: q̃ aſtro, ſic cũ ſphęra & cõtra in ſphęra moueri. Pythagorę aũt inuentum ſic recipio, vt rem ab alijs inuentam ipſe ſibi adhuc incognitam reppererit.

MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS Q; ELEGANTISSIMAE, LIBER. II.

Concentum quendã effici motu cęleſtium corporum: & quo modo ratio eius cõcentus a Pythagora ſit deprehẽſus: Tum qui numeri apti ſint conſonantiis muſicis, quotq; conſonantiæ ſint. CAP. I.

SVPERIORE Cõmẽtario Euſtathi luce mihi charior dilectiorq; fili, ad ſtelliferæ ſphæræ curſum & ſubiectarum ſeptem ſermo ꝓceſſerat: Nunc iã de muſica earũ modulatione diſpute-
,, tur. Quis hic inquã, quis eſt qui cõplet aures meas tãtus & tã dulcis ſonus! Hic eſt inquit
,, ille, qui interuallis diſiunctus imparibus, ſed tamen pro rata parte ratione diſtinctis, &
,, impulſu & motu ipſorum orbium efficitur: & acuta cum grauibus temperãs, varios æ-
,, quabiliter concentus efficit. Nec enĩ ſilentio tanti mot⁹ incitari poſſunt: & natura fert,
,, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute ſonent. Quã ob cauſam ſum-
,, mus ille cæli ſtellifer curſus, cuius conuerſio eſt cõcitatior, acute excitato mouetur ſo-
,, no: grauiſſimo autem hic lunaris atq; infimus. Nam terra nona immobilis manens ima
,, ſede ſemper hęret complexa mundi medium locum. Illi autem octo curſus, in quibus ea-
,, dem vis eſt duorum, ſeptem efficiũt diſtinctis interuallis ſonos: qui numerus rerũ oĩm
,, fere nodus eſt. quod docti homines neruis imitati atq; cãtibus aperuerunt ſibi reditum
,, in hunc locum. ¶ Expoſito ſphærarum ordine, motuq; deſcripto, quo ſeptem ſubiectæ in contrarium cælo feruntur: conſequens eſt, vt qualem ſonum tantarum molium ĩpulſus efficiat, hic requiratur. Ex ipſo enim circunductu orbium ſonum naſci neceſſe eſt: quia percuſſus aer ipſo interuentu ictus vim de ſe fragoris emittit: ipſa cogente natura, vt in ſonum deſinat duorum corporum violenta colliſio. Sed is ſonus, qui ex qualicũq; aeris ictu naſcitur: aut dulce quoddam in aures & muſicum defert, aut ineptũ aut aſperum ſonat. Nam ſi ictum obſeruatio numerorum certa moderetur: cõpoſitum, ſibiq; cõſentiens modulamẽ efficitur. At cum increpat tumultuaria & nullis modis gubernata colliſio: fragor turbidus & inconditus offendit auditum. In cælo autem cõſtat nihil fortuitum, nihil tumultuarium prouenire: ſed vniuerſa illic diuinis legibus & rata ratione procedere. Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectum eſt muſicos ſonos de ſphærarum cæleſtium cõuerſione procedere: quia & ſonum ex motu fieri neceſſe eſt: & ratio quæ diuinis ineſt, fit ſono cauſa modulaminis. Hoc Pythagoras primus omnium Graiæ gentis hominum mente concepit: & intellexit quidem compoſitum quiddã de ſphęris ſonare propter neceſſitatem rationis, quę a cæleſtibus non recedit: Sed quæ eſſet illa ratio, vel quibus obſeruanda modis, non facile deprehendebat. Cumq; eum fruſtra tantæ tamq; arcanæ rei diuturna inquiſitio fatigaret: ſors obtulit, quod cogitatio alta nõ repperit. Cum enim caſu præteriret in publico fabros ignitum ferrum ictib⁹ molliẽtes: in aures eius malleorum ſoni certo ſibi reſpondentes ordinę repente ceciderunt. In quibus ita grauitati acumina cõſonabant, vt vtrũq; ad audientis ſenſum ſtatuta dimẽſiõe remearet, & ex variis impulſibus vnũ ſibi cõſonãs naſceret. Hic occaſionẽ ſibi oblatã ratus deprehẽdẽdi oculis & manibus, qđ olim cogitatione quærebat: fabros adit, & imi-

Concẽtũ corporũ cæleſtiũ eſſe neceſſariũ.

Quõ eũ Pythagoras repperit.

ſiens operi curioſius intuetur,annotans ſonos,qui de ſingulorum lacertis conficieban-
tur.quos cum ferientiũ viribus aſcribendos putaret,iubet vt inter ſe malleos mutent.
quibus mutatis ſonorum diuerſitas ab hominibus recedens malleos ſequebatur.Tunc
omnem curam ad pondera eorum examinanda conuertit.Cumq; ſibi diuerſitatem pon
deris quod habebatur in ſingulis annotaſſet:aliis põderibus in maius minuſve excedẽ-
tibus fieri malleos imperauit:quorum ictibus ſoni nequaq̃ prioribus ſimiles nec ita ſibi
conſonantes exaudiebantur.Tunc animaduertit concordiam vocis lege ponderum p-
uenire.Collectiſq; numeris,quibus conſentiens ſibi diuerſitas ponderum continebatur,
ex malleis ad fides vertit examen:& inteſtina ouium vel boum neruos tam variis pon-
derib9 illigatis tetẽdit,q̃lia ĩ malleis fuiſſe didicerat:taliſq; ex his concent9 euenit,qua-
lem prior obſeruatio non fruſtra animaduerſa promiſerat,adiecta dulcedine quam na-
tura fidium ſonora præſtabat.Hic Pythagoras tanti ſecreti compos deprehendit nu-
meros,ex quibus ſoni ſibi conſoni naſcerentur:adeo vt fidibus ſub hac numerorum ob
ſeruatione compoſitis,certæ certis aliæq; aliis conuenientium ſibi numerorum concor
dia tenderentur:vt vna impulſa plectro,alia licet longe poſita ſed numeris conueniens
ſimul ſonaret.Ex om̃i autem innumera varietate numerorum pauci & numerabiles in-
uenti ſunt,qui ſibi ad conficiendam muſicam conuenirent.Sunt autẽ hi ſex omnes,epi-
tritus,hemiolius,duplaris,triplaris,quadruplus,& epogdous. Et eſt epitritus, cum de   Epitrit9.
duobus numeris maior habet totum minorem,& inſuper eius tertiam partem: vt ſunt
quatuor ad tria:nam in quatuor ſunt tria,& tertia pars trium,id eſt vnum.& is nume-   Diateſſa
rus vocatur epitritus:deq; eo naſcitur ſymphonia quæ appellatur διὰ τεσσάρων.Hemio   ron.
lius eſt,cum de duobus numeris maior habet totum minorem,& inſuper eius medieta-   Hemio-
tem:vt ſunt tria ad duo:nam in tribus ſunt duo,& media pars eorum,id eſt vnum. Et   lius.
ex hoc numero qui Hemiolius dicit̃,naſcitur ſymphonia,quæ appellatur διὰ πέντε.Du-   Diapẽte
plaris numerus eſt, cum de duobus numeris minor bis in maiore numeratur: vt ſunt   Dupla-
quatuor ad duo.& ex hoc duplari numero naſcitur ſymphonia,cui nomen eſt διὰ πα-   ris.
σῶν.Triplaris autem,cum de duobus numeris minor ter in maiore numeratur: vt ſunt   Diapaſõ
tria ad vnum.& ex hoc numero ſymphonia procedit,quæ dicitur διὰ πασῶν καὶ διὰ   Tripla-
πέντε.Quadruplus eſt cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur: vt   ris.
ſunt quatuor ad vnum.qui in numeris facit ſymphoniam quam dicunt δὶς διὰ πασῶν.   Quadru
Epogdous eſt numerus qui intra ſe habet minorem,&.inſuper eius octauam partem:vt   plus.
nouem ad octo:quia in nouem octo ſunt,& inſuper octaua pars eorum, id eſt vnũ. Hic   Epogdo
numerus ſonum parit,quem tonon muſici vocauerunt.Sonum vero tono minorem ve-   us.
teres quidem ſemitonum vocitare voluerunt:ſed non ita accipiendum eſt,vt dimidius   Tonus.
tonus putetur:quia nec ſemiuocalem in literis pro medietate vocalis accipimus.deinde   Semito-
tonus per naturam ſui in duo diuidi ſibi æqua non poterit:Cum enim ex nouenario nu   nion.
mero conſtet,nouem autem nunq̃ æqualiter diuidantur:tonus in duas diuidi medieta
tes recuſat:Sed ſemitonum vocitauerunt ſonum tono minorem.quem tam paruo diſta
re a tono deprehenſum eſt:quantum hi duo numeri inter ſe diſtant,id eſt ducenta qua
draginta tria,& ducenta quinquaginta ſex.Hoc ſemitonum Pythagorici quidem vete-
res Dieſin nominabant: ſed ſequens vſus ſonum ſemitono minorem dieſin conſtituit   Dieſis.
nominandum.Plato ſemitonum limma vocitauit.Sunt igitur ſymphoniæ quinq;,id eſt
διὰ τεσσάρων,διὰ πέντε,διὰ πασῶν,διὰ πασῶν & διὰ πέντε,καὶ δὶς διὰ πασῶν.Sed hic nume   Sympho
rus ſymphoniarum ad muſicam pertinet,quam vel flatus humanus intendere,vel cape-   nię q̃nq;.
re poteſt humanus auditus.Vltro autem ſe tendit harmoniæ cæleſtis acceſſio,id eſt vſ-   Diateſſa
q; ad quater διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε.Nunc interim de his quas nominauimus diſſera-   ron.
mus.Symphonia diateſſaron conſtat de duobus tonis & ſemitono: vt minutias quæ in   Diapẽte.
additamento ſunt relinquamus,ne difficultatem creemus:& fit ex epitrito. Diapẽte cõ   Diapaſõ
ſtat ex tribus tonis & hemitono:& fit de hemiolio.Diapaſon conſtat de ſex tonis: & fit   & diapẽ-
de duplari. Sed διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε conſtat ex nouem tonis & hemitono: & fit   te.
de triplari numero.Dis autem diapaſon cõtinet tonos duodecim:& fit ex quadruplo.   Dis dia
pason.

ASCEN.Species hæ quãtitatis continuę,linea & ſuperficies,magis ſunt imaginabiles q̃ aſſignabiles.nõ eſt em̃ aſſignabile quãtũ in quo nõ ſit lõgũ,latum & ꝓfundũ:imaginari tñ põt licet non admodũ faciliter: difficile em̃ eſt cõcipe cũ punctum nihil nõ ſit,quomodo nõ ſit quãtũ:deinde quõ nõ quãtũ,ductũ in lõgũ efficiat quantita-tẽ vtpote lineã:q̃ tãtũ longa eſt,quantum imaginamur eſſe inter punctum a quo,ad punctũ ad quod.linea aũt

In latum ducta ſuperficiem facit tantę longitudinis quantæ ipſa eſt,& tantæ latitudinis in quantam per latuȝ ducitur.Et cum lineę partes continuent infinita puncta,nullum tamen pūctum eſt pars lineę : ſicut nec linea pars eſt latitudinis ſuperficiei:ſed continuat eam. Conſimile dicitur de inſtanti in tēpore:vt in libro Periher=meniąs de quantitate diſquiri ſolet.De cubicis numeris edidit nuper philoſophus doctiſſim⁹ Carolus Bouil=lus librum egregium a nobis cum alijs pluſculis impreſſum.

Plato quem in modum animā mūdi ex numeris fabricatā eſſe docuerit:& ꝙ hinc etiam probari poſſit concentum quendam eſſe cęleſtiū corporum. Cap.II.

HInc & Plato poſtq̄ Pythagoricæ ſucceſſione doctrinæ & ingenii ꝓprii diuina profunditate cognouit nullam eſſe poſſe ſine his numeris iuga bilem competentiā,in Timæo ſuo mundi animam per iſtorū numerorū contextionem ineffabili prouidētia dei fabricatoris inſtituit.Cui⁹ ſenſus ſi huic operi fuerit appoſitus,plurimum nos ad verborum Ciceronis,quæ circa diſciplinam muſicæ videntur obſcura, intellectum iuua bit.Sed ne quod in patrocinium alterius expoſitionis adhibetur , ipſum per ſe difficile credatur,pauca nobis pręmittenda ſunt,quæ ſimul vtriuſꝙ intelligentiam faciant luci

Corpus ſolidum — diorem.Omne ſolidum corpus trina dimenſione diſtenditur:habet enim lōgitudinem, latitudinem,profunditatem.Nec poteſt inueniri in quolibet corpore quarta dimenſio: ſed his tribus omne corpus ſolidum continetur. Geometrę tamen alia ſibi corpora pro

Corpus mathematicū. Punctū. — ponunt,quæ appellant mathematica,cogitationi tantū ſubiicienda non ſenſui. Dicunt enim pūctum corpus eſſe indiuiduum: in quo neꝙ longitudo,neꝙ latitudo,neꝙ altitu do deprehendatur:quippe q̄d in nullas partes diuidi poſſit.hoc protractū efficit lineā, id eſt corpus vnius dimenſionis.Longum eſt enim ſine lato,ſine alto:& duobus punctis ex vtraꝙ parte ſolam longitudinem terminantibus continetur. Hanc lineam ſi gemina ueris,alterum mathematicum corpus efficies:quod duabus dimenſionibus extruat̄,lon

Superficies. — go latoꝙ,ſed alto caret.Et hoc eſt quod apud illos ſuperficies vocatur. pūctis aūt quatuor continet̄.i.per ſingulas lineas binis.Si vero hæ duæ lineæ fuerint duplicatę,vt ſub iectis duabus duæ ſuperponantur,adiicietur profunditas:& hinc ſolidū corpus efficie

Teſſera. Cubus. Monas. — tur,quod ſine dubio octo angulis continebitur:q̄d videmus in teſſera,quę gręco nomine cubus vocatur.His geometricis rationib⁹ applicatur natura numerorum: & monas punctum putat̄,quia ſicut punctū corpus non eſt,ſed ex ſe facit corpora:ita monas numerus eſſe nō dicitur,ſed origo numerorum.primus enim numerus in duobus eſt:qui ſimilis eſt lineæ de puncto ſub gemina pūcti terminatione productæ.Hic numerus duo geminatus de ſe efficit quatuor,ad ſimilitudinē mathematici corporis,quod ſub quatuor punctis longo latoꝙ diſtenditur.Quaternarius quoꝙ ipſe geminatus octo efficit: qui numerus ſolidum corpus imitatur,ſicut duas lineas diximus duabus ſuperpoſitas octo angulorum dimenſione integram corporis ſoliditatem creare.& hoc eſt quod dici tur apud geometras bis bina bis corpus eſſe iam ſolidum . ergo a pari numero acceſſio vſꝙ ad octo,ſoliditas eſt corporis.Ideo inter principia,huic numero plenitudinem de

Impar Nume. — putauit.¶Nunc oportet ex īpari quoꝙ numero,quemadmodum id efficiatur, inſpicere.Et quia tam paris q̄ imparis numeri monas origo eſt,ternari⁹ numerus prima linea eſſe credatur. Hic triplicatus nouenarium numerum facit:qui & ipſe quaſi de duabus lineis,longum latumꝙ corpus efficit.Item nouenarius triplicatus tertiam dimēſionem pręſtat:& ita a parte imparis numeri in vigintiſeptem,quę ſunt ter terna ter,ſolidū cor pus efficitur,ſicut in numero pari bis bina bis,qui eſt octonarius,ſoliditatē creauit. Ergo ad efficiēdum vtrobiꝙ ſolidum corpus,monas neceſſaria eſt,& ſex alii numeri,id eſt terni a pari & impari. A pari quidem,duo,quatuor,octo:ab impari autem tria, nouem, vigintiſeptem.Timæus igitur Platonis in fabricanda mundi anima conſilium diuinita tis enuncians,ait illam per hos numeros fuiſſe cōtextam,qui & a pari & impari cubum id eſt perfectionem ſoliditatis efficiunt:nō quia aliquid ſignificaret illam habere corporeum,ſed vt poſſet vniuerſitatem animādo penetrare,& mundi ſolidum corpus implere per numeros ſoliditatis effecta eſt.Nunc ad ipſa Platonis verba veniamus:nam cū de deo animam mundi fabricante loqueretur ait.Primam ex omni firmamento partem tu lit.Hinc ſumpſit duplam partem prioris : tertiam vero ſecundæ hemioliam, ſed primæ triplam: & quartam duplam ſecundę:quintam tertię triplam:ſextam primę octuplam: & ſeptimā vicies ſepties a prima multiplicatā.Poſt hęc ſpatia , quæ inter duplos & tri

plos numeros hiabant,inſertis partibus adimplebat, vt binæ medietates ſingula ſpatia
colligarẽt.ex qbus vinculis hemiolii & epitriti & epogdoi naſcebant̃.Hęc Platonis ver-
ba ita a nõnullis excepta ſunt,vt primam partẽ monadẽ crederẽt:ſecundã quã dixi du-
plã prioris,dualem numerũ eſſe conſiderẽt:tertiã ternariũ numerũ,q ad duo hemioliꝰ
eſt,ad vnũ triplus:& quartã quatuor, q ad ſcdm.i.ad duo duplus eſt:quĩtã nouenariũ,
qui ad tertiũ.i.ad tria triplus eſt:ſextã autem octonarium,qui primum octies continet.
At vero pars ſeptima in viginti & ſeptem fuit,quę fa-
ciunt,vt diximus,argumentum tertium imparis nu-
meri.Vlterius autem vt animaduertere poſſe eſt,pro
ceſſit illa contextio,vt poſt monadem quæ par & im-
par eſt:primus par numerus poneretur,id eſt duo.de
inde ſequeretur primus impar,id eſt tria.quarto loco
ſecundus par,id eſt quatuor.quinto loco ſecundꝰ im
par.i.nouem.ſexto loco tertius par.i.octo.ſeptimo lo
co tertius impar,id eſt vigintiſeptem. Vt quia impar
numerus mas habetur,& par fœmina,ex pari & impa
ri,id eſt ex mari & fœmina naſceretur, quæ erat vni-
uerſa paritura,& ad vtriuſq̧ ſoliditatem vſq̧ proce-
deret quaſi ſolidum omne penetratura. Deide ex his
numeris fuerat componenda,qui ſoli continent iuga
bilem competẽtiam, quia omni mundo ipſa erat iuga
bilem pręſtatura concordiam.Nam duo ad vnum du



pla ſunt:De duplo aũt diapaſon ſymphoniam naſci iam diximus.Tria vero ad duo he-
miolium numerum faciũt:hinc oritur diapente.Quatuor ad tria epitritus numerꝰ eſt:
ex hoc componitur diateſſaron.Itẽ quatuor ad vnũ in quadrupli ratione cẽſent̃:ex quo
ſymphonia diſdiapaſon naſcit̃.Ergo mũdi aĩa,quę ad motũ hoc qđ videmus vniuerſita Concẽtꝰ
tis corpus impellit,contexta numeris muſicã de ſe creantibus concinentiam, neceſſe eſt cęlorum
vt ſonos muſicos de motu,quem proprio impulſu pręſtat,efficiat:quorum originem in ex aĩę cõ
fabrica ſuę contextionis inuenit.Ait enim Plato (vt ſupra retulimus) auctorem deum ſtitutiõe
animę poſt numerorum inter ſe impariũ cõtextionem hemioliis,epitritis, & epogdois, oſtẽdit̃.
& limmate hiantia interualla ſuppleſſe.Ideo doctiſſime Tullius in verbis ſuis oſtendit
Platonici dogmatis profunditatem.Quis hic inquam,quis eſt qui complet aures meas ››
tantus & tam dulcis ſonus?Hic eſt,inquit ille, qui interuallis diſiunctus imparibus,ſed ››
tamen pro rata parte ratione diſtinctis impulſu & motu ipſorum orbium efficitur. Vi ››
des vt interualla cõmemorat,& hęc inter ſe imparia eſſe teſtatur,nec diffitetur rata ra
tione diſtincta:quia ſecundum Timæum Platonis impariũ inter ſe interualla numero-
rũ ratis ad ſe numeris,hemioliis ſcilicet epitritis & epogdois hemitoniſq̧ diſtincta ſũt,
quibus omnis canora ratio continet̃.Hinc animaduertitur,qa hęc verba Ciceronis nũ-
q̃ profecto ad intellectum paterent,niſi hemioliorum epitritorum & epogdoorũ ratio-
ne præmiſſa,quibus interualla diſtincta ſunt,& niſi Platonicis numeris , quibus mundi
anima eſt contexta,patefactis:& ratione pręmiſſa,cur ex numeris muſicam creantibus
anima intexta ſit.Hæc enĩ omnia & cauſam mundani motus oſtendunt,quem ſolus ani
mæ pręſtat impulſus:& neceſſitatem muſicæ concinentiæ, quã motui a ſe facto inſerit
anima in natura ſibi ab origine.

ASCEN.καλλιόπηθ &c.Calliopeq̧ ſimul reliquis p̄ſtãtior vna:aut ad literam,pręſtantiſſima oĩm.μουσήγε
τομ,a muſis,& ἡγέομαι quod eſt impero. ἡγεμωμ aũt dux eſt:vnde dubitẽ an ſcribendũ μουσήγεμομα. De fa-
bula Orphei & Amphionis ſic Horatius in arte poetica.Sylueſtres homines ſacer interpreſq̧ deorum, Cædibꝰ
& victu fœdo deterruit Orpheus:Dictus ob hoc lenire tigres rabidoſq̧ leones.Dictus & amphion thebanę cõ-
ditor vrbis Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blãda Ducere quo vellet &c.Addi poſſet miraculũ Dauid re-
gis q fidibꝰ dęmoniũ Saulẽ vexans cohibuit.Luſcinia videt̃ qbuſdã dicta ꝙ luctũ canat quaſi luccinia,ſicut ſuſ Luſcinia &
cipio ꝓ ſuccipio ſcribit̃. In eã em̃ Philomela Pandionis regis Athenarũ filia & ſoror Prognes a Tereo cõpreſſa eius cãtus
miſeratione deoꝝ cõuerſa fingit̃,quã iniuriã cãtu modulatiſſimo deflet:ſed qa id in lucis facit & ſub lucẽ, quidã
lucinia quaſi in luco aut ſub lucẽ canẽtẽ ſcribunt.dicit̃ etiã attis:vnde Martialis. Sic vbi multiſona feruet ſacer Attis.
attide lucus . Vere multiſona.vnde de ea in naturali hiſtoria Plinius lib.x.ca.xxix.Luſcinijs diebus ac noctibꝰ
cõtinuis.xv.garrulus ſine intermiſſu cantus,denſante ſe frõdiũ germine,non in nouiſſimũ digna miratu aue.
Primũ tãta vox tã paruo in corpuſculo,tã ꝑtinax ſpũs.Deinde in vna pfecta muſicę ſciẽtia modulatus editur
ſonꝰ:& nũc cõtinuo ſpũ trahit̃ i lõgũ,nũc variat̃ iflexo,nũc diſtinguit̃ cõciſo,copulat̃ intorto,promittit̃,reuocat̃,
infuſcat̃ ex inopinato.Interdũ & ſecũ ip̄a murmurat,plenꝰ,grauis,acutꝰ,creber,extẽtus,vbi viſum eſt,vibrãs:

ſummus,medius,imus:breuiterq; oīa tā paruulis in faucibus,q̄ tot exq̄ſitis tibiarū tormētis ars hoīm exco gitauit:vt nō ſit dubiū hanc ſuauitatē p̄mōſtratā efficaci auſpicio,cū in ore Steſichori cecinit infantis.At neq; dubitet artes eſſe plures,ſingulis ſunt cātus,& nō idē oībus,ſed ſuus cuiq;.Certāt inter ſe,palāq; aīoſa conten tio eſt.Victa,morte finit ſępe vitā,ſpū pri⁹ deficiēte q̄ cantu.Meditanť alię iuniores,verſuſq; quos imitenť,acci piūt.Audit diſcipula intētione magna,& reddit:vicibuſq; reticēt.intelligiť emēdatę correctio,& in docēte quędā rep̄henſio.Ergo ſeruorū illis precia ſunt:& quidem ampliora q̄ quibus olim armigeri parabantur. Hæc ille. Sol a venere &c.ergo etiam Archimenides ſolem in medio conſtituit.

¶Aliis prçterea indiciis & rationibus cōcentū illū motuū cęleſtiū poſſe oſtēdi. Q;q; interualla ea quæ eſſe in anima ratione ſola intelliguntur, reuera in ipſo mundi corpore deprehendantur. Cap.III.

Hinc Plato in repu.ſua cum de ſphęrarum cęleſtiū volubilitate tracta ret, ſingulas ait Sirenas ſingulis orbib⁹ inſidere,ſignificans ſphęrarū motu cantū numinib⁹ exhiberi: Nam Siren deo canens græco intel lectu valet. Theologi quoq; nouē muſas octo ſphęrarū muſicos can tus, & vnā maximā cōcinentiā,q̄ conſtat ex oībus,eſſe voluere. Vnde Heſiodus in Theogonia ſua octauā muſam Vraniā vocat, quia poſt ſeptē vagas q̄ ſubiectæ ſunt,octaua ſtellifera ſphæra ſuperpoſita ꝓprio nomine cælū vocatur.Et vt oſtēderet nonā eſſe & maximā,quā cōficit ſororū cōcors vniuerſitas, adiecit,καλλιόπη θ' ἤδε,προφερεστάτη ἁπασάων,ex nomine oſtēdens ipſam vocis dulcedinē nonā muſam vocari.Nam καλλιόπη optimæ vocis græca interpretatio eſt:& vt ipſam eſſe quę conſtet ex oībus preſſius indicaret,aſſignauit illi vniuerſitatis vocabulū,vi delicet προφερεστάτη ἁπασάων.Nam Apollinē ideo μυσήγετην vocant,quaſi ducē & prin cipē orbiū cæterorū:vt ipſe Cicero refert,Dux & princeps & moderator luminū reli quorū:mens mūdi,& tēperatio.Muſas eſſe mūdi cantū etiā ruſtici ſciunt: qui eas ca mœnas quaſi canenas a canēdo dixerunt.Ideo canere cælum etiā theologi cōproban tes ſonos muſicos ſacrificiis adhibuerunt:q̄ apud alios lyra & cithara, apud nōnul los tibiis aliiſve muſicis inſtrumētis fieri ſolebant.In ipſis quoq; hymnis deorū per ſtropham & antiſtrophā metra canoris verſibus adhibebanť:vt per ſtropham rectus orbis ſtelliferi motus,ꝑ antiſtrophā diuerſus vagarū regreſſus p̄dicaretur: ex quib⁹ duob⁹ motib⁹ prim⁹ in natura hymn⁹ dicādus deo ſumpſit exordiū.Mortuos quoq; ad ſepulturā proſequi oportere cū cantu,plurimarū gentiū vel religionum inſtituta ſanxerunt:p̄ſuaſione hac,qua poſt corpus animæ ad originē dulcedinis muſicæ,id eſt ad cęlum redire credanť.Nam ideo in hac vita omnis aīa muſicis ſonis capiť(vt non ſolū q̄ ſunt habitu cultiores,verū vniuerſę quoq; barbaræ nationes,cantus,quib⁹ vel ad ardorem virtutis animentur,vel ad mollitiem voluptatis reſoluantur,exerceant) quia in corpus defert memoriā muſicæ,cuius in cælo fuit conſcia: & ita delinimētis canticis occupatur,vt nullum ſit tam imite,tam aſperū pectus,qđ nō oblectamētorū talium teneatur affectu.Hic exiſtimo & Orphei vel Amphionis fabulā,quorū alter aīa lia ratione carētia,alter ſaxa quoq; trahere cantibus ferebať,ſumpſiſſe principium:quia primi forte gētes vel ſine rationis cultu barbaras,vel ſaxi īſtar nullo affectu mobiles:ad ſenſum voluptatis canendo traxerūt.Ita deniq; oīs habitus aīę cātibus gubernať:vt & ad bellū p̄greſſui,& itē receptui canať:cantu & excitāte,& rurſus ſedante virtutē. Dat ſomnos adimitq;:nec nō curas & immittit,& retrahit.Irā ſuggerit:clementiam ſuadet: corporū quoq; morbis medeť.Nā hinc eſt,q̄ ęgris remedia p̄ſtantes p̄cinere dicūtur.Ec quid mirum ſi inter homines muſicæ tāta dominatio eſt:cum aues quoq;, vt luſcinię & cygni aliæve id genus,cantum veluti quadā diſciplina artis exerceāt:nōnullæ vero vel aues vel terrenę ſeu aquatiles beluę inuitante cantu in retia ſpōte decurrāt: & paſtora lis fiſtula paſtum progreſſis quietem imperet gregibus!Nec mirū:ineſſe enim mundanę animę cauſas muſicæ,quibus eſt intexta,prædiximus.Ipſa autem mundi anima viuenti bus oībus vitā miniſtrat.Hinc hoīm pecudūq; genus vitęq; volātū:Et q̄ marmoreo fert mōſtra ſub ęquore pontus.Iure igiť muſica capiť omne qđ viuit:q̄a cęleſtis aīa,qua aīať vniuerſitas,originē ſumpſit ex muſica.Hęc dū ad ſphęralē motū mūdi corpus impellit: ſonū efficit,qui interuallis diſiūctus imparib⁹,ſed tñ pro rata parte ratione diſtinctis,ſi cut a principio ipſa contexta eſt.Sed hęc interualla q̄ in aīa,quippe incorporea,ſola exi ſtimanť ratione nō ſenſu:quęrendum eſt vtrum etiā ipſo in mundi corpore dimenſio li brata ſeruauerit.Et Archimenides qdē ſtadiorum numerū deprehendiſſe ſe credidit,q̄

Siren es Muſæ.

Calliope

Apollo μυσάγετος

Camœ nę vnde.

Cantus ī ſacris.

Mortui cur cum cātu ſe pelianť.

Muſica cur oēs delectet.

Orphei, & Am phionis fabula.

Cāt⁹ qđ facit.

Luſcinia

Aene.vi.

De inter uallis corporū cæleſtiū.

bus a terrę ſupficie Luna diſtaret,a Luna Mercurius,a Mercurio Venus,Sol a Venere, Mars a Sole,a Marte Iuppiter,Saturnus a Ioue:ſed & a Saturni orbe vſq; ad ipſum ſtel liferū cęlū,om̄e ſpatiū ſe ratione emēſum putauit.Quę tñ Archimenidis dimenſio a Pla tonicis repudiata eſt,quaſi dupla & tripla interualla non ſeruans: & ſtatuerūt hoc eſſe credendū,vt quātum eſt a terra vſq; ad lunā,duplū ſit a terra vſq; ad ſolē:quātūq; eſt a terra vſq; ad ſolē,triplū ſit a terra vſq; ad Venerē:quātūq; eſt a terra vſq; ad Venerem, quater tantū ſit a terra vſq; ad Mercurii ſtellam:quantūq; eſt ad Mercurium a terra,no uies tātū ſi a terra vſq; ad Martē,& quātū a terra vſq; ad Martem eſt, octies tantū ſit a terra vſq; ad Iouē:quātū eſt a terra vſq; ad Iouē,ſepties & vicies ſit tātū a terra vſq; ad Saturni orbē.Hāc Platonicā pſuaſionē Porphyrius libris inſeruit,qbus Timæi obſcuri tatib9 nōnihil lucis infudit:aitq; eos credere ad imaginē cōtextiōis animę hęc eſſe ī cor pore mūdi interualla,ꝙ epitritis & epogdois hemitoniſq; cōplent & limmate,& ita ꝑue nire cōcētū.Cuius ratio ī ſubſtātia aīę cōtexta,mūdano quoq; corpori,qđ ab aīa mouet, inſerta eſt. Vnde ex om̄i parte docta & ꝑfecta eſt Ciceronis aſſertio,qui interuallis im paribus,ſed tñ pro rata parte ratione diſtinctis,cęleſtem ſonum dicit eſſe diſiunctum.

Archimenides

Mēſura a terra ad vnūquenq; plan.etā

.. ASCEN.Diximus nunꝗ ſonū fieri niſi aere ꝑcuſſo.Aut igit ſcđm hūc aer eſt ī oīb9 cęlis,aut ſonū nō efficiūt. Pręterea ſi ſonus ille fiat ex duorū orbiū cōcuſſu manifeſtior eſt ratio ac ea quā Macrobius tradit,cur ſeptem exeunt ſoni:quia inter octo orbes non poſſunt fieri niſi ſeptem concuſſiones:itaq; ſummus nō ſonat ſupne,nec infimus inferne.Nec conſtaret ratio in chordis muſicorum inſtrumētorum aut organorū fiſtulis,quā de lu nę graui ſono aſſignat,ſi idē ſequeret:in muſicis enim quę grauiſſime ſonant maximę & fere longiſſimę ſunt:in ter orbes aūt ſonoros lunę breuiſſimus eſt: ideoq; acutiſſime merito ſonet.Nō capiat auditum.i.auditionem aut ſonum concinentiæ mundanæ.i.a mundo vniuerſo ortæ. Catadupa.i.ex curſu ſonitus.

: Qui fiat vt inter ſonos cęleſtis illius concentus,alius acutior ſit,alius grauior:qđ nā ibi melodiæ ſit genus:Et cur ſonus ille a nobis non audiatur. CAP.IIII.

NVnc locus admonet,vt de grauitate & acumine ſonorum diuerſitates quas aſſerit reuoluamus.Et natura fert,vt extrema ex altera parte gra »uiter,ex altera autem acute ſonent.quam ob cauſam ſummus ille cæli »ſtellifer curſus,cuius conuerſio eſt cōcitatior,acute excitato mouetur »ſono,grauiſſimo autem hic lunaris atq; infim9. Diximus nunꝗ ſonum fieri niſi aere percuſſo.Vt autem ſon9 ipſe,aut acutior,aut grauior ꝑferatur,ictus efficit:qui dum ingens & celer incidit,acutum ſonum præſtat, ſi tardior lentiorve,grauiorem.Indicio eſt virga,quæ dum auras percutit,ſi impulſu cito ferit,ſo num acuit,ſi lentiore,in grauius ferit auditum.In fidibus quoq; idem videmus:ꝙ ſi tra ctu arctiore tenduntur,acute ſonant,grauius laxiores.Ergo & ſuperiores orbes dum ꝑ amplitudine ſua impetu grandiore voluuntur, dumq; ſpiritu vt in origine ſua fortio re tenduntur,propter ipſam vt ait concitatiorem cōuerſionem acute excitato mouen tur ſono:grauiſſimo autem hic lunaris atq; infimus,quoniam ſpiritu vt in extremitate langueſcente iam voluitur,& propter anguſtias,quibus penultimus orbis arctatur,im petu leniore conuertitur.Nec ſecus probamus in tibiis,de quarum foraminibus vicinis ori inflantis ſonus acutus emittitur:de longinquis autem & termino proximis,graui or:item acutior per patentiora foramina,grauior per anguſta. Et vtriuſq; cauſæ ratio vna, quia ſpiritus vbi incipit, fortior eſt, defectior vbi deſinit: & quia maiorem im petum per maius foramen impellit:contra autem in anguſtis contingit & eminus poſi tis.Ergo orbis altiſſimus,& vt in immenſum patens,& vt ſpiritu eo fortiore, quo origi ni ſuæ vicinior eſt,incitatus, ſonorum de ſe acumen emittit: Vox vltimi,& pro ſpatii breuitate,& pro longinquitate iam frangitur. Hinc quoq; apertius approbatur ſpiri tum quanto ab origine ſua deorſum recedit,tanto circa impulſum fieri leniorē: ꝙ cir ca terram,quæ vltima ſphærarum eſt,tam cōcretus tam denſus habeatur,cauſa ſit ter ræ in vna ſede ſemper hærendi,nec in quālibet partem permittatur moueri,obſeſſa vn diq; circunfuſi ſpiritus denſitate.In ſphæra autem vltimum locum eſſe,qui medius eſt, antecedentibus iam probatum eſt.Ergo vniuerſi mundani corporis ſphæræ nouē ſunt. Prima illa ſtellifera,quę proprio nomine dicitur cælum,& aplanes apud græcos vocat, arcens & continens cæteras.Hæc ab oriēte ſemper voluitur in occaſum.Subiectę ſeptē, quas vagas dicimus,ab occidente in orientem feruntur.Nona terra ſine motu.Octo ſūt igit quę mouentur:ſed ſeptem ſoni ſunt,qui cōcinētiā de volubilitate cōficiūt,ꝑpterea ꝗa Mercurialis & Veneris orbes pari ambitu comitati ſolē,vię ei9tāꝗ ſatellites obſequū

Sonus acut9 & grauis.

Sphæræ nouem mundani corporis.

tur:& ideo a nōnullis aſtronomiæ ſtudentibus,eandē vim ſortiri exiſtimātur. Vnde ait.Illi autē octo curſus,in quibus eadem vis eſt duorum,ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos:qui numerus rerum omniū fere nodus eſt.Septenarium autem numerū omniū nodum eſſe, plene cum de numeris ſuperius loqueremur, expreſſimus. Ad illuminandum(vt exiſtimo)obſcuritatē verborum Ciceronis de muſica,tractat9 ſuccinctus a nobis qua licuit breuitate ſufficiet.nam netas & hypatas aliarūꝗ fidiū vocabula perquirere,& tonorum vel limmatum minuta ſubtilia:& quid in ſonis pro litera,quid pro ſyllaba,quid pro integro nomine accipiatur aſſerere, oſtentantis eſt, non docentis.Nec enim quia fecit in hoc loco Cicero muſicæ mentionem, occaſione hac eundum eſt per vniuerſos tractatus qui poſſunt eſſe de muſica: quos (quantum mea fert opinio)terminū habere non exiſtimo.Sed illa ſunt perſequēda,quib9 verba, quæ explananda receperis,poſſint liquere:quia in re naturaliter obſcura, qui in exponendo plura ꝗ neceſſe eſt ſuperfundit,addit tenebras,non adimit denſitatem. Vnde finem de hac tractatus parte faciemus,adiecto vno quod ſcitu dignum putamus,Q2 cum ſint melodiæ muſicæ tria genera,enarmonicum,diatonū,& chromaticū: Primū quidem propter nimiam ſui difficultatem ab vſu receſſit, Tertium vero eſt infame mollitie.Vnde medium.i.diatonū,mūdanæ muſicę doctrina Platonis aſcribitur.Nec hoc inter prętereunda ponemus:ꝙ muſicam perpetua cæli volubilitate naſcētē, ideo claro nō ſentimus auditu,quia maior ſonus eſt,ꝗ vt humanarum aurium recipiatur anguſtiis.Nam ſi Nili catadupa ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt:quid mirum ſi noſtrum ſonus excedit auditum, quē mundanæ molis impulſus emittit?Nec enim de nihilo eſt quod ait:quis complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus?Sed voluit intelligi,ꝙ ſi eius qui cæleſtibus meruit intereſſe ſecretis,cōpletæ aures ſunt ſoni magnitudine,ſupereſt vt cęterorū hominū ſenſus mundanæ concinentiæ non capiat auditū.Sed iam tractatū ad ſequentia conferamus.

Melodiæ tria genera. Quare nō ſentiamus cęli harmoniā.

ASCEN.Terra nona & vltima ſphęra eſt.Mirum cur aquę,aeris & ignis non meminit:niſi ꝙ aqua non totum locū occupat vt in ſphęrā extendat̃,aer & ignis cerni non poſſunt:ſicut nec aſtroꝝ ſphęrę,niſi eſſent aſtra: nā ꝗ horizonta cęlum & eū colorem qui apparet illic,verum cæli colorem putant, hallucinant̃.Nec licebit vnꝗ agnoſcere.Sunt tamen qui inſulas nuper repertas,longe trans torridam zonam conſtituant:cum illinc antarcticum polum videri prædicent.De auſtro,& aquilone vero ſimilia & rationi conſona dicit:addere aūt poſſumus auſtrum auſtralibus eſſe ſaluberrimū & aquilonē noxium, vt contra fit nobis:quia mediam zonam venenoſis habitatam tranſeundo teporem & virus contrahunt. Cur non illic.i.contra pedes noſtros aliquos viuere credamus,vbi eadem in promptu ſemper ſunt omnia.i.qui nobis ſint antipodes:nulla videtur ex natura difficultas:ex fide noſtra multa:nam ſi genus humanū ex vno Adam traxit originem , quomodo illuc ꝑ loca inacceſſa acceſſerint:& ſi acceſſerunt,quō ad eos acceſſerīt apoſtoli aut ab apoſtolis miſſi,cū in oēm terrā exiuerit ſonus eorū?Magna etiā difficultas eſt quō antipodas aut videre ex vno loco,aut demōſtrare potuerit: Namquin ex ea arce ambos polos videre potuerit non obſto:ſed terram vtrinꝗ videri potuiſſe non intelligo: niſi eo præditi ſint viſu qui terram penetret:aut niſi cum lacteo moueantur circulo,vt viciſſim nunc hāc ſuꝑficiem terræ,nunc oppoſitam deſpexerint.

Terræ medietatem eam in qua nos ſumus,quinꝗ eſſe diſtinctam zonis : ꝙꝗ ex his duę tm̄ ſint habitabiles:quarū altera habitetur a nobis,alteram quinā colāt hoīes ignoretur.Tum vero & in reliqua terrę medietate zonas eſſe eaſdem,& inter illas quoꝗ duas ab hominibus habitari.

CAP.V.

VIdes habitari in terra raris & anguſtis locis , & in ipſis quaſi maculis, vbi habitat̃,vaſtas ſolitudines interiectas: voſꝗ qui incolūt terram,nō modo interruptos ita eſſe,vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit,ſed partim obliquos,partim tranſuerſos,partim etiā auerſos ſtare nobis:a quibus expectare gloriam certe nullam poteris. Cernis autē eandem terram quaſi quibuſdā redimitā & circūdatam cingulis: e quibus duos maxime inter ſe diuerſos & cęli verticibus ipſis ex vtraꝗ parte ſubnixos obriguiſſe pruina vides:mediū autē illum & maximū ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles:quorū auſtralis ille,in quo qui inſiſtunt,aduerſa vobis vrgent veſtigia,nihil ad veſtrū genus:Hic aūt alter ſubiectus aquiloni,quem incolitis,cerne ꝗ tenui vos parte contingat.Omnis em̄ terra quę colit̃ a vobis,anguſtata verticibus,lateribus latior:parua ꝗdam inſula eſt circūfuſa illo mari,qđ atlanticū,qđ magnum,quē oceanū appellatis ī terris:qui tn̄ tanto nomine deſignat̃,ꝗ ſit paru9,vides.¶Poſtꝗ cęlū quo oīa cōtinent̃,& ſubiectarum ſphærarum ordinem motumꝗ,ac de motu ſonū,cęleſtis muſices modos & numeros explicantem,& aerem ſubditū lunę Tullianus ſermo ꝑ neceſſaria,& pſenti operi

apta ductus ad terram vſq; deſcripſit:ipſius iam terrę deſcriptionē verborū parcus,re-
rum fœcundus abſoluit.Etenim maculas habitationum,ac de ipſis habitatoribus alios
interruptos auerſoſq;,obliquos etiā & trāſuerſos alios nominando:terrenę ſphęrę glo-
boſitatē ſermone tantū nō coloribus pinxit.Illud quoq; nō ſine perfectione doctrinę eſt,
ꝙ cum aliis nos non patiť errare,q terrā ſemel cingi oceano credidere.Nam ſi dixiſſet,
omnis terra parua quædam eſt inſula circūfuſa illo mari:vnū oceani ambitū dediſſet in
telligi.Sed adiiciendo,quę colíť a vobis:verā eius maris diuiſionē,de qua paulo poſt diſ
ſeremus,noſſe cupientibus intelligendam reliquit.De quinq; autē cingulis ne q̄ſo exiſti
mes duorum Romanę facundię parentum Maronis & Tullii diſſentire doctrinā,quum
hic ipſis cingulis terram redimitam dicat:ille iiſdem quas gręco noīe zonas vocat,aſſe-
rat cęlū teneri.Vtrūq; eñ incorruptam veramq;,nec alteri cōtrariā retuliſſe rationem
procedente diſputatione cōſtabit.Sed vt omnia quę hoc loco explanāda recepimus,liq
re poſſint:habēdus eſt primum ſermo de cingulis,q̄a ſitu eoꝝ ante oculos locato,cæte-
ra erūt intellectu ꝓniora.Prius aūt qualiter terrā coronēt:deinde quemadmodum cęlū
teneant explicandum eſt.Terra nona & vltima ſphęra eſt.Hāc diuidit horizon,id eſt fi
nalis circulus.de quo ante retulimus.Ergo medietas cuius nos partem incolim⁹,ſub eo
cęlo eſt,qđ fuerit ſup terrā:& reliqua medietas ſub illo,qđ dū voluitur ad ea loca q̄ ad
nos videntur inferiora,deſcēdit:In medio enim locata ex omni ſui parte cælū ſuſpicit.
Huius igitur ad cęlū breuitas,quę punctū eſt,ad nos vero immenſa globoſitas: diſtigui
tur locis inter ſe viciſſim p̄ſſis nimietate,vel frigoris,vel caloris,geminā nacta inter di-
uerſa temperiē.Nam & ſeptētrionalis & auſtralis extremitas ꝑpetua obriguere pruina.
Et hi velut duo ſunt cinguli,quibus terra redimitur: ſed ambitu breues quaſi extrema
cingentes.Horum vterq; habitationis impatiēs eſt,quia torpor ille glacialis nec anima
li,nec frugi vitā miniſtrat:illo eñ aere corpus aliť,quo hęrba nutriť. Medius cingulus,
& ideo maximus,æterno afflatu continui caloris vſtus:ſpatiū,qđ & lato ambitu & pro-
lixius occupauit,nimietate feruoris facit inhabitabile victuris.Inter extremos vero &
medium duo maiores vltimis,medio minores ex vtriuſq; vicinitatis intemperie temꝑ
ranť:in hiſq; tantū vitales auras natura dedit incolis carꝑere.Et quia animo facilius il-
labitur cōcepta ratio deſcriptione q̄ ſermone:eſto orbis terrę cui aſcripta ſunt a,b,c,d.
Et circa a,aſcribantur n,& l.circa b,aūt m,& k.& circa c,g,& i.& circa d,e,& f.Et ducā
tur rectę lineę a ſignis ad ſigna q̄ dicimus:id eſt a g,in i:ab m,in n:a k,in l:ab e,in f.Spa-



tia igitur duo aduerſa ſibi: id
eſt vnum a c,vſq; ad lineam q̄
in i,ducta eſt: alterum a d,vſq;
ad lineam quę in f,ducta eſt:in
telliguntur pruina riguiſſe ꝑ-
petua. Eſt enim ſuperior ſeptē
trionalis,inferior auſtralis ex-
tremitas. Mediū vero ab n,vſ
q; in l,zona ſit torrida. Reſtat
vt cingulus ab i,vſq; ad n, de
ſubiecto calore & ſuperiore fri
gore temperetur:Rurſus vt zo
na quæ eſt inter l,& f,accipiat
de ſuperiecto calore, & ſubdi-
to rigore temperiē. Nec exco-
gitatas a nobis lineas, quas di
ximus,exiſtimetur.Circi enim
ſunt,de quib⁹ ſupra retulim⁹,
ſeptentrionalis & auſtralis, &
tropici duo.Nam æquinoctia-
lem hoc loco, quo de terra loq
mur,non oportet aſcribi,q op
portuniore loco rurſus addetur.Licet igitur ſint hæ duæ mortalibus ægris munere cō

D

Cinguli vel zonę terrę vel cæli.

Septētrionalis.

Auſtralis.

Cīgulus medius.

Cinguli duo temperati.

ceſſæ diuũ,quas diximus tẽperatas: nõ tñ ambę zonæ hoĩbus noſtri generis indultæ
ſunt:ſed ſola ſupior,q̃ eſt ab i,vſq; ad,n:incolit̃ ab oĩ,quale ſcire poſſumus, hoĩm ge-
nere:Romani Græcive ſint,vel barbaræ cuiuſq; nationis.Illa vero ab,l,vſq; ad,f: ſola
ratione intelligit̃,ꝙ ꝑpter ſimilẽ temperiẽ ſimiliter incolitur: ſed a quibus,nõ licuit
vnq̃ nobis,nec licebit agnoſcere. Interiecta enĩ torrida vtriq; hoĩm generi cõmerciũ
ad ſe denegat cõmeandi.Deniq; de quatuor habitationis noſtræ cardinibꝰ,oriens,oc
cidens,& ſeptẽtrio,ſuis vocabulis nũcupant̃: q̃a ab ipſis exordiis ſuis ſciunt̃ a nobis.
Nã etſi ſeptentrionalis extremitas inhabitabilis eſt: nõ multo tñ eſt a nobis remota.
Quarto vero noſtræ habitationis cardini,cauſa hæc alterũ nomẽ dedit,vt meridies
nõ auſtralis vocaret̃:quia & ille ꝓprie eſt auſtralis qui de altera extremitate ꝓcedens
aduerſus ſeptẽtrionali eſt:& hunc meridiẽ iure vocitari facit locus, de quo ĩcipit no
bis dies,Nã quia ſentiri incipit a medio terræ,in qua eſt vſus diei:ideo tãq̃ q̃dã medi
Meridies. dies vna litera mutata meridies nũcupatus eſt. Sciẽdũ eſt autẽ ꝙ ventus qui ꝑ hunc
ad nos cardinẽ peruenit.i.auſter,ita in origine ſua gelidus eſt,vt apud nos cõmenda
Auſter. bilis eſt blando rigore ſeptẽtrio:ſed q̃a ꝑ flãmã torridæ zonæ ad nos cõmeat,admixtꝰ
igni caleſcit,& q̃ incipit frigidus,calidus peruenit.Neq; enĩ vel ratio vel natura pa-
teretur,vt ex duobꝰ æquo preſſis rigore cardinibꝰ diſſimili tractu flatꝰ emitteretur.
Nec dubiũ eſt noſtrũ quoq; ſeptentrionẽ ad illos qui auſtrali adiacent,ꝑpter eandem
rationẽ calidũ ꝑuenire,& auſtrũ corporibꝰ eorum gemino aurę ſuæ rigore blandiri.
Antipodas eſſe. Eadẽ ratio nos nõ permittit ambigere,quin ꝑ illã quoq; ſuperficiẽ terræ,q̃ ad nos ha
betur inferior,integer zonarũ ambitus,q̃ hic tẽperatæ ſunt,eodẽ ductu tẽperatꝰ ha-
beatur:atq; ideo illic quoq; eędẽ duę zonę a ſe diſtantes ſimiliter incolant̃.Aut dicat
quiſquis huic fidei obuiare mauult, quid ſit q̃d ab hac eũ diſtinctione deterreat. Nã
ſi nobis viuendi facultas eſt in hac terrarũ parte,quã colimus: quia calcantes humũ
cęlũ ſuſpicimus ſup verticẽ, quia ſol nobis & oritur & occidit, q̃a circũfuſo fruimur
Spirare. aere,cuius ſpiramꝰ hauſtũ:cur nõ & illic aliquos viuere credamꝰ, vbi eadem ſemp in
prõptu ſunt?Nã qui ibi dicunt̃ morari,eandẽ credẽdi ſunt ſpirare aurã:q̃a eadẽ eſt ĩ
eiuſdẽ zonalis ambitus cõtinuatione tẽperies.Idẽ ſol illis & obire dicit̃ noſtro ortu:
& oriri cũ nobis occidit. Calcabunt ęque vt nos humũ: & ſemp verticẽ,ſemp cælum
videbunt.Nec metus erit,ne de terra in cælum decidant:cum nihil vnq̃ poſſit ruere
ſurſum.Si enĩ nobis(q̃d aſſerere genus ioci eſt)deorſum habetur vbi eſt terra,& ſur
ſum vbi eſt cælũ:illis quoq; ſurſum erit,q̃d de inferiore ſuſpiciẽt:nec aliq̃n in ſupna
caſuri ſunt. Affirmauerim quoq; & apud illos minus rerum peritos hæc exiſtimare
de nobis:nec credere poſſe nos in quo ſumus loco,degere:ſed opinari, ſiquis ſub pe-
dibꝰ tentaret ſtare,caſurũ.Nunq̃ tñ apud nos quiſq̃ timuit, ne caderet in cælũ: ergo
nec apud illos quiſq̃ in ſuperiora caſurus eſt, ſicut oĩa nutu ſuo põdera ĩ terrã ferri,
ſuperius relata docuerunt.Poſtremo quis ambigat in ſphęra terræ ita ea q̃ inferiora
dicunt̃,ſuperioribꝰ ſuis eſſe cõtraria, vt eſt oriens occidenti? Nã in vtraq; parte par
Cice. verba declarantur. diametros habet̃. Quũ ergo & orientẽ & occidentẽ ſimiliter cõſtat habitari, quid eſt
q̃d fidẽ huius quoq; diuerſæ ſibi habitationis excludat?Hæc oĩa nõ ocioſus lector in
tam paucis verbis Ciceronis inueniet.Nã quũ dicit terrã cingulis ſuis redimitã atq;
circundatã: oſtendit ꝑ omne terræ corpus eandẽ tẽperatorũ cingulorũ cõtinuatam
eſſe tẽperiẽ.Et quũ ait in terra maculas habitationũ videri:nõ eas dicit q̃ in parte no
ſtræ habitationis nõnullis deſertis locis interpoſitis incolunt̃. Non enĩ adiiceret,in
ipſis maculis vaſtas ſolitudines ĩteriectas,ſi ipſas ſolitudines diceret,ĩter quas certæ
partes macularũ inſtar habeantur:Sed quia maculas dicit has quatuor,quas in duo-
bus terrę hemiſphęriis binas eſſe ratio mõſtrauit:bene adiecit ĩteriectas ſolitudines.
Nã ſicut pars q̃ habitat̃ a nobis,multa ſolitudinũ interiectione diſtinguit̃,credendũ
eſt ĩ illis quoq; tribꝰ aliis habitationibꝰ ſimiles eſſe ĩter deſerta & culta diſtinctiões.
Sed & quatuor habitationũ ĩcolas,& relatione ſitus,& ipſa quoq; ſtãdi qualitate de-
pinxit.Primũ enĩ ait,alios ꝑter nos ita ĩcolere terrã,vt a ſe ĩterrupti nullã habeãt ad
ſe facultatẽ meãdi.Et ipſa verba declarãt,nõ eũ de vno hoĩm genere loqui ĩ hac ſup-
ficie a nobis ſoliꝰ torridę ĩteriectione diuiſo,Sic enĩ magis diceret,ita ĩterruptos,vt
nihil ĩter ipſos ab illis ad nos manare poſſit: Sed dicẽdo ita ĩterruptos,vt nihil ĩter

ipſos ab aliis ad alios manare poſſit: qualiter inter ſe illa hoim̄ genera ſint diuiſa,ſignificat.Qđ autem vere ad noſtram partē refertur,adiecit dicēdo de illis qui & a nobis & a ſe inuicē diuiſi ſunt:partim obliquos,partim tranſuerſos,partim etiam aduerſos ſtare nobis.Interruptio ergo non vnius generis a nobis,ſed oīm generū a ſe diuiſorū referť: q̄ ita diſtinguenda eſt.Hi quos ſeparat a nobis peruſta,quos grçci ἀντεμοὺσ vocant:ſimiliter ab illis q inferiorē zonç ſuç incolūt partē,interiecta auſtrali gelida ſeparanť. Rurſus illos ab ἀντνέκοις ſuis,id eſt p noſtri cinguli inferiora viuentibꝰ, interiectio ardentis ſequeſtrat:& illi a nobis ſeptētrionalis extremitatis rigore remouenť.Et quia nō eſt vna oīm affinis cōtinuatio,ſed interiectç ſunt ſolitudines ex calore vel frigore mutuū negātibus commeatū:has terræ partes,quç a quatuor hominū generibus incolunť, maculas habitationū vocauit.Quemadmodū autem cçteri oēs veſtigia ſua figere ad noſtra credātur,ipſe diſtinxit:& auſtrales quidem aperte pronunciauit aduerſos ſtare nobis,dicēdo,Quorum auſtralis ille:in quo qui inſiſtūt,aduerſa nobis vrgent veſtigia. Et ideo aduerſi nobis ſunt,quia in parte ſphçræ quç contra nos eſt moranť.Reſtat inquirere quos tranſuerſos & quos obliquos nobis ſtare memorauerit. Sed nec de ipſis poteſt eſſe dubitatio:quin tranſuerſos ſtare nobis dixerit inferiorē zonæ noſtrç partē tenētes:Obliquos vero eos,qui auſtralis cinguli deuexa ſortiti ſunt.

ASCEN.De dimenſione terræ in partes,non magna admodum eſt difficultas,cognita menſura totius & proportione partium inter ſe:quas neſcio an quiſq̄ nouerit:ideoq̧ de ignotis nihil.

Quanta terræ ſpatia habitationi ceſſerint:quāta inculta ſint. CAP.VI.



SVpereſt vt de terræ ipſius ſpatiis,quāta habitationi ceſſerit, quantaq̧ ſint inculta,referamꝰ: Id eſt,quç ſit ſingulorum dimēſio cingulorū.Qđ vt facile dinoſcas, redeūdū tibi ē ad orbis terrç deſcriptionem,quā pauloante ſubiecimus: vt per aſcriptarū literarum notas,ratio dimēſionum lucidiꝰ explicetur.Omnis terrç orbis,id eſt circulus,qui vniuerſū ambitū claudit,cui aſcripta ſunt a,b,c,d,ab his qui eum ratione dimenſi ſunt,in ſexaginta diuiſus eſt partes. Habet autem totus ipſe ambitus ſtadiorum ducenta quinquaginta duo milia.Ergo ſingulç ſexageſimç extenduntur ſtadiis quaternis milibus ducenis.Et ſine dubio medietas eius,quæ eſt a,d,per orientem , id eſt per a,vſq̧ ad c,habet triginta ſexageſimas,& ſtadiorū milia centum vigintiſex.Quarta vero pars,quæ eſt ab a,vſq̧ ad c,incipiens a medio peruſtæ, habet ſexageſimas quindecim,& ſtadiorū milia ſexagita & tria . Huius quartç partis menſura relata,conſtabit totius ambitus plena dimenſio.Ab a,igitur vſq̧ ad p,quod eſt medietas peruſtç,habet ſexageſimas quatuor:quç faciunt ſtadiorum milia ſexdecim cum octingentorum adiectione.Ergo omnis peruſta ſexageſimarum octo eſt,& tenet ſtadiorum milia trigintatria, & ſexcenta inſup.Latitudo autē cinguli noſtri,qui temperatus eſt,id eſt a p,vſq̧ ad o,habet ſexageſimas quinq̧:quç faciunt ſtadiorum milia.xxi.Et ſpatium frigidç ab o,vſq̧ ad c,habet ſexageſimas ſex:quç ſtadiorum tenent vigintiquinq̧ milia ducenta.Ex hac quarta parte orbis terrarum,cuius mēſuram euidenter expreſſimus:alterius quartç partis magnitudinē ab a,vſq̧ ad d,pari dimenſionum diſtinctione cognoſces.Cum ergo quantum teneat ſphæræ ſuperficies quç ad nos eſt in omni ſua medietate cognoueris:de menſura quoq̧ inferioris medietatis.i. a,d,per b,vſq̧ ad c,ſimiliter inſtrueris . Modo enim quia orbem terræ in plano pinximus,in plano autem medium exprimere non poſſumus: ſphæralem tumorem imitati ſumus altitudinis,intellectum a circulo,qui magis horizon q̄ meridianus videtur.Cæterum volo hoc mente percipias:ita nos hanc prætuliſſe menſuram,tanq̄ a,d,per a,vſq̧ ad c,pars terræ ſuperior ſit,cuius partem nos incolimus:& a,d,per b,vſq̧ ad c,pars terræ habeatur inferior.

Ambitꝰ terræ.

ASCEN. Verba Virgilij de zonis Georg. j. hęc ſunt. Quinq; tenent cęlum zonę: quarum vna coruſco Semp ſole rubens, & torrida ſemper ab æſtu. Quā circum extremę dextra læuaq; trahuntur, Cęrulea glacie concretę, atq; nubibus atris. Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ęgris Munere conceſſæ diuum: & via ſecta per ambas Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo. Hæc ille: vbi miſtim de eis loquitur: nam cauſæ earum in cælo ſunt, & a ſole præcipue dependent, effectus eſt terris. Vnde quod dixit: duæ mortalibus ægris, Munere conceſſę diuum, ſcilicet ad inhabitandum: nō intelligitur de cæleſtibus, ſed de ijs quæ ſub illis ſunt, & ab illis tale temperamentum capiunt. Quam deſpicit. i. ſuperne vt inferiorem aſpicit. deſpicere enim eſt deorſum inſpicere, & ſuſpicere ſurſum inſpicere: vt Aeneid. j. Deſpiciens mare veliuolum. Sed quia ſub nobis poſitos contemnimus & ſupra nos poſitos honoramus: trāſſumptiue deſpicio ſignificat contemno, & ſuſpicio honoro.

In cælo eaſdē ineſſe zonas quę inſunt terrę: atq; cauſam huius diuerſitatis eſſe ſolem, qui vt acceſſu ſuo cauſa caloris eſt, ita receſſu frigus inducit. CAP. VII.



HOC quoq; tractatu ꝓprium ſortito finem, nunc illud qđ ꝓbandū ꝓmiſimus, aſſeramus: hos cingulos & bene Maronem cælo, & bn̄ terrę aſſignaſſe Ciceronem: & vtrūq; nō diſcrepantia, ſed conſona eademq; dixiſſe. Natura enī cęli hanc in diuerſis terrę partibus tēperiē nimietatemq; diſtixit: & qualitas vel frigoris vel caloris, quę cuilibet ætheris parti ſemel inhæſit, eandem inficit partē terrę, quā deſpicit ambiēdo. Et quia has diuerſitates, quæ certis finibus terminant̄, cingulos in cælo vocauere: neceſſe eſt totidem cingulos etiā hic intelligi. Sicut in breuiſſimo ſpeculo, cum facies monſtrat̄ īgēs: tenent in anguſto membra vel liniamenta ordinem, quē ſua in vero digeſſerat amplitudo. Sed hic quoq; aſſerendi quod dicitur minuemus laborē, oculis ſubiiciēdo picturam. Eſto em̄ cæli ſphęra, a, b, c, d. Et īter ſe claudat ſphęrā terrę, cui aſcripta ſunt, ſ, x, t, u. Et ducatur in cæli ſphęra circulus ſeptētrionalis ab i, vſq; in o. tropicus ęſtiuus a g, in p. & ęquinoctialis a b, in a. & tropicus hyemalis ab f, in q. & auſtralis ab e, in r. ſed & zodiacꝰ ducat̄ ab f, in p. Rurſus inſphęra terrę ducantur iidē limites cingulorū, quos ſupra deſcripſimus, in n, in m, in l, in k. His ita depictis, ſine difficultate conſtabit ſingulas terræ partes, a ſingulis cæli partibus ſupra verticem ſuum poſitis, qualitatē circa nimietatem vel temperiem mutuari. Nam qđ eſt ſurſum a d, vſq; ad r, hoc deſpicit terram ab ſ, vſq; ad k. Et quod eſt in cęlo ab r, vſq; ad q, hoc inficit terrę ptē a k, vſq; ad l. Et qđ in cęlo eſt a q, vſq; in p, tale facit in terra ab l, vſq; ad m. Qualeq; eſt deſuper a p, vſq; ad o, tale ī terra ab m, vſq; ad n. Et quale illic ab o, vſq; ad c, tale hic eſt ab n, vſq; ad t. Sūt aūt in ętheꝛe extremitates ambę, id eſt a d, vſq; ad r, & a c, vſq; ad o, ęterno rigore denſatę. Idem in terra eſt ab ſ, vſq; ad k, & a t, vſq; ad n. Rurſus in cęlo, a q, vſq; ad p, nimio calore feruet. Itidē in terra quoq;, ab l, vſq; ad m, idem feruor eſt. Item ſunt ī cęlo temperies ab o, vſq; ad p, & a q, in r. Itidē ſunt hic quoq; tēperatę ab n, in m, & ab l, in k. Aequinoctialis. n. circulus qui ab a, vſq; ad b, ductus eſt, mediam ſecat peruſtam. Et ipſum aūt ſciſſe Ciceronē, ꝙ terreni cinguli cęleſtibꝰ inficiant̄: ex verbis eius oſtendit̄. Ait em̄. „E qbus duos maxime inter ſe diuerſos, & cæli verticibꝰ ipſis ex vtraq; parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides. Ecce teſtat̄ ſinale frigꝰ eē de cęlo. Idē quoq; de feruore medio dicit. „Mediū aūt illū & maximū ſolis ardore torreri. Cū ergo manifeſte rigorē de cęli verticibꝰ, & feruorē de ſole ī terrę cīgulos venire ſignauerit: oſtēdit priꝰ in cęlo hos eoſdē cīgulos cōſtitiſſe.

¶Nunc q̄m conſtitit eaſdem in cœlo & in terra zonas eſſe vel cingulos(hęc em̄ vnius
rei duo ſunt noīa)iam dicendū eſt,quæ cauſa in æthere hanc diuerſitatē qualitatis effi
ciat.Peruſta duobus tropicis clauditur,id eſt ab g,in p,ęſtiuo:& ab f,in q,hyemali. Ab   Zona pe
f,autem in p,zodiacum deſcribendo perduximus. Ergo ſignum p,tropicus ille cācer ha   uſta.
beat:& ſignum f,capricornus.Conſtat autē ſolem neq̧ ſurſum vltra cācrū,neq̧ vltra ca
pricornum deorſum meare:ſed cū ad †tropicorū confinia peruenerit,mox reuerti.vnde   †tropica
& ſolſtitia vocantur.Et quia æſtiuus tropicus temperatę noſtræ terminus eſt:ideo cum   ſigna.
ſol ad ipſum finem venerit,facit nobis æſtiuos calores,de vicino vrēs ſenſu maiore ſub   Solſtitia
iecta.Illo deniq̧ tempore auſtrali generi reuerti hyemem non poteſt ambigi: quia tunc
ab illis ſol omni vię ſuę ſpatio recedit.Rurſus cū ad f,ſignum,id eſt ad capricornum ve
nerit:facit hyemem nobis receſſu ſuo,& illis vicinitate reducit æſtatem. Hic notādum
eſt,de tribus tātū cardinibus in quācūq̧ ædem ingredi ſolem:de quarto nunq̄.Nam &
ab ortu & ab occaſu feneſtra ſolē recipit: quippe quem orientem obeūtemq̧ proſpectet.
Recipit & a meridie:quia omne iter ſolis in noſtro meridie eſt,vt inſtruit viſum antela
ta deſcriptio.Nunq̄ vero ſolem feneſtra ſeptētrionis admittit:quia nūq̄ a p,ſigno ad o,
ſol accedit:ſed a p,ſemper retrocedendo nunq̄ fines poli ſeptētrionalis attingit.& ideo
nunq̄ per hunc cardinem radius ſolis infunditur.Eiuſdem rei probationē vmbra quoq̧
cuiuſlibet corporis ſufficiet aſtruere . Nam & in occaſum cadit oriente ſole:& in ortū
cum fit occiduus.Medio autem die,quia ſol meridiē tenet,in ſeptētrionē vmbra depel-
litur.In auſtrum vero circa noſtram habitationem impoſſibile eſt vmbrā cuiuſlibet cor   Vmbrā
poris cadere:quia ſemper in aduerſam ſoli partem vmbra iactatur.Aduerſus aūt auſtro   nō cadit
apud nos ſol eſſe nō poterit,cum nunq̄ fines ſeptētrionales attingat. Sane quoniā pars   in auſtrū
illa peruſtæ,quæ temperatæ vicina eſt,admittit habitantes illic.i.trans tropicum:quęcū
q̧ habitantur ſpatia,vmbram mittūt in auſtrum eo tempore,quo ſol cācrum tenet.Tūc
enim ei fit ſol ſeptētrionalis,cum tropicum tenet:q̧ ab illis ad ſeptētrionem recedit. Ci
uitas autem *Siene*,quæ prouinciæ Thebaidos poſt ſuperiorū montium deſerta princi-   *Siene* q̄ñ
pium eſt,ſub ipſo ęſtiuo tropico conſtituta eſt.Et eo die quo ſol certam partem ingredi   non iacit
tur cancri,hora diei ſexta (quoniam ſol tūc ſuper ipſum inuenit verticē ciuitatis)nul-   vmbram
la illic poteſt in terram de quolibet corpore vmbra iactari.Sed nec ſtylus hemiſphærii
monſtrantis horas,quem γνώμονα vocant,tunc de ſe poteſt vmbram creare. Et hoc eſt   Gnomō.
q̄d Lucanus dicere voluit:nec tñ plene,vt habetur,abſoluit.Dicēdo enim,Atq̧ vmbras   Lucanus
nuſq̄ flectente *Siene*:rem quidem attigit,ſed turbauit verum. Non em̄ nunq̄ flectit,ſed   dicit nuſ
vno tempore: quod cum ſua ratione retulimus.¶His relatis cōſtat ſolem nunq̄ egredi   q̄: nō,nū
fines peruſtę:quia de tropico in tropicū zodiacus obliquat⁹ eſt.Manifeſta eſt igitur cau-   q̄.
ſa,cur hęc zona flammis ſit ſemper obnoxia:quippe quā ſol totius ętherę flāmę & fons
& adminiſtrator nunq̄ relinquat.Ergo ambę partes vltimę, id eſt ſeptētrionalis & auſtra
lis,ad quas nunq̄ ſolis calor accedit,neceſſario perpetua premuntur pruina.Duas vero
(vt diximus)temperat hinc atq̧ illinc vicinia caloris & frigoris. Deniq̧ in hac ipſa zo-
na,quā incolimus,quę tota dicitur temperata:partes tamen quæ peruſto cingulo vicinę
ſunt,cęteris calidiores ſunt:vt eſt Aethiopia,Arabia,Aegyptus,& Libya:in quibus ca-
lor ita circūfuſi aeris corpus extenuat,vt aut nunq̄,aut raro cogat in nubes: & iō nul-
lus pene apud illos vſus eſt imbriū.Rurſus quę vſq̧ ad frigidę fines p̄ſſi⁹ accedūt:vt eſt
palus Mæotis,vt regiones quas p̄terfluunt Tanais & Iſter,omniaq̧ ſup Scythiam loca,
quorum incolas vetuſtas hyperboreos vocauit,quaſi originem borę introrſum recedē   Hypbo-
do tranſiſſent:adeo æterna pene premunt pruina,vt nō facile explicet,quāta ſit illic fri-   rei.
gidę nimietatis iniuria.Loca vero quę in medio temperatę ſunt,quoniam ab vtraq̧ ni-
mietate longe recedunt:verā tenent ſalutaremq̧ temperiem.

ASCEN.Figurā ſequētē quidā in hoc octauo capite ponūt,ſed parui refert qa vtriq̧ cōducit:huic tñ euidē-tius.Sūt qui ei⁹ anteriorē ſeu ſupiorē ptē aliter diſponāt,vt India ſit a lęua,& Hiſpania a dextra:ego nihil mu-tē vt q oib⁹ cōſtare putē,Indiā oriētē verſus,Hiſpaniā cū adiacētibus occidētē verſus ſituādā:Pręterea ſolē dū nos a meridie aſpicit,Indiā habere a dextra & Hiſpaniā a ſiniſtra:ſ3 nos cōtra dū ſolē meridianū aſpicim⁹.Mal-lē aūt ſcriptū ſit tēperata auſtralis q̄ antipodū.Siq em̄ illic ſunt,in vētrē noſtrū pedes dirigunt,potius q̄ in pe-des,& nos in illorū.Antipodes aūt noſtri ſiqui ſunt in eadem temperata ſunt,ſed in oppoſito hemiſpherio.quo-rū q oceano proximi & in oceani bona parte verſant nobis obliqui non mere antipodes ſunt,& nos illis:vt em̄ vere antipodes ſint,oportet pedes contra noſtros obuertant,vt vocabulum ipſum indicat.

Obiter quō explicād⁹ locus Virgilii primo Georgicō de circulo zodiaco. CA.VIII.

Virg.lo. explicat.

LOcus nos admonet,vt q̄m diximus rē q̄ a nullo poſſit refelli,vtrūq; tropicum circū Zodiaco terminos facere, nec vnq̄ ſolē alterutrū tropicū excedere poſſe,vel ſurſū vel deorſum meando:trās zodiacū vero circū .i.trās vſtā,q̄ tropicis claudit̄,ex vtraq; pte incipe tēperatas: Quęramꝰ quid ſit quod ait Virgilius,quem nulliꝰ vnq̄ diſciplinę error inuoluit,
Duę mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuum:& via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Videt̄ em̄ dicere his verſibꝰ,zodiacū p tēperatas ductū,& ſolis curſum p ipſas ferri: qđ nec opinari fas eſt,qa neutrū tropicū ſolis curſus excedit?Num igit̄ illud attēdit, qđ diximus,& intra tropicū in ea peruſta pte,q̄ vicina eſt tēperatę,habitatores eſſe? Nā Siene ſub ipſo tropico eſt:Meroe aūt tribus milibꝰ octingētis ſtadiis in peruſtā a Siene introrſum recedit:& ab illa vſq; ad terrā cinamomi feracē,ſunt ſtadia octingēta.Et p hęc oīa ſpatia puſtę,licet rari,tñ vita fruunt̄ habitātes.Vltra vero iā inacceſſū eſt ꝓpter nimiū ſolis ardorē.Cū ergo tātū ſpatii ex puſta vitā miniſtret,& ſine dubio circa vicinā alterius tēperatę.i.ἀντοίκωρον,tātūdē ſpatii habere ppuſtę fines,& parē māſuetudinē,nō neget̄: (Paria em̄ in vtraq; parte ſunt oīa) Ideo credēdū eſt,p poeticā tubā,q̄ oīa ſemp in maiꝰ extollit,dixiſſe,viā ſolis ſectā p tēperatas,q̄m ex vtraq; pte fines peruſtę in eo ſunt ſimiles tēperatis,q; ſe patiunt̄ habitari?An forte poetica licētia particulā p ſimili pene particula poſuit,& ꝑ ſub ambas,p ambas dicere maluit?Nā reuera ductus zodiaci ſub ambas tēperatas vltro citroq; puenit,nō tñ p ambas.Scimus aūt & Homerū ipm,& in oībꝰ imitatorē eiꝰ Maronē ſępe tales mutaſſe pticulas.An,qđ mihi vero ꝓpiꝰ videt̄, p ambas ꝑ inter ambas voluit intelligi?Zodiacus em̄ inter ambas tēperatas voluit̄,nō p ambas. Familiariter aūt p ꝑ inter ponere ſolet:ſicut alibi quoq;,Circū perq; duas in morem fluminis arctos.Neq; enim anguis ſidereus arctos ſecat,ſed dum & amplectitur & interuenit,circū eas & inter eas voluit̄ nō per eas.Ergo pōt cōſtare nobis intellectꝰ,ſi p ambas, ꝑ inter ambas more ipſius poetę dictū exiſtimemꝰ.Nobis aliud ad defenſionē,vltra hęc quę diximus,non occurrit.Verum q̄m in medio poſuimꝰ,quos fines nunq̄ via ſolis excedat:manifeſtū eſt autē oībus quid Maro dixerit,quē cōſtat erroris ignarū:erit ingenii ſingulorū inuenire quid poſſit amplius pro abſoluenda hac quęſtione conferri.

Siene.

Meroe.

Per pro inter.

ASCEN.Oceani acceſſio & receſſio.i.aquarū eiꝰ affluxus & refluxus,qualē videmꝰ in Oceano Britānico quotidie bis fieri.Quia noſtrū mare ex illis influit:aptior eſſet locutio repetita ꝑpoſitione:vt ſit in noſtrū mare.ſ. mediterraneū ex illis.ſ.finibus aut ſinibus Oceani influit.Difficile aūt pſuaderi poſſet multis vt credāt ꝑcipuū Oceani alueū in torrida eſſe zona:propter ęſtus & aquarū cōtrarietatē: & qa dictū Gene.j. Cōgregent̄ aquę quę ſub cęlo ſunt in locū vnū,& appareat arida.Et factū eſt ita.Nā hoc ſtante nō vnus videat̄ locus.Pręterea ſi ꝑcipuus Oceani alueus torridā occuparet,videret̄ parū aut nihil terrę derelicturus: cū naturalis locus aquarū ſit decuplo terra maior.Ego vero credo tantū virū nō ſcripſiſſe,ſi cōpertū nō habuiſſet:argumēta etiā parū mouēt:qa pōt aqua a calore ſe defendere vt aer ab igne.Nec minꝰ locus vnꝰ quia cōtinuus eſt ꝑcipuarū aquarū, ſi terrę habitabiles inſularū habēt formā:immo ſic aptius cōſeruant̄ aridę.Et ſi torrida multo maior eſt q̄ tota hæc noſtra habitabilis,non repugnat pręter Oceanum eſſe terram etiam aridam in ea.

Non vno,ſed gemino Oceani ambitu terram omnem circūflui: & quomodo anguſtata verticibus,latior lateribꝰ ſit habitabilis noſtra.Tū de exiguitate Oceani,quē nos magnum vocamus. CAP.IX.

HIs quoq;(vt arbitror)non ocioſa inſpectione tractatis,nunc de Oceano qđ promiſimus aſtruemus,non vno ſed gemino eius ambitu terrę corpus omne circūflui.Cuius verus & primus meatꝰ eſt,qui ab indocto hominum genere neſcitur.Is enim quem ſolum Oceanum plures opinantur,de ſinibus ab illo originali refuſus ſecūdū ex neceſſitate ambitū fecit.Cęterū eius prior corona per zonā terrę calidā meat ſuperiora terrarum & inferiora cingens,flexum circi ęquinoctialis imitata.Ab oriente vero duos ſinus refundit: vnum ad extremitatem ſeptētrionis,ad auſtralis alterum.Ruſuſq; ab occidente duo pariter enaſcunt̄ ſinus: qui vſq; ad ambas quas ſupra diximꝰ extremitates refuſi occurrūt ab oriēte demiſſis.& dū vi ſumma & impetu immaniore miſcent̄,inuicē q; ſe feriūt:ex ipſa aquarū colliſiōe naſcit̄ illa famoſa Oceani acceſſio pariter & receſſio. Et vbicūq; in noſtro mari cōtingit idē vel in anguſtis fretis,vel in planis forte litoribꝰ, ex ipſis Oceani finibꝰ,quos Oceanū nūc vocamꝰ,eueniūt,qa noſtrū mare ex illis influit. Cęterū verior (vt ita dicā) eiusalueus tenet zonā peruſtā, & tā ipſe q ęqnoctialē, q̄ ſinꝰ

ex eo nati,qui horizontē circulū ambitu ſuę flexionis imitantur:omnē terrā quadrifidā diuidunt,& ſingulas(vt ſupra diximus)habitationes faciunt inſulas.Nam inter nos & auſtrales hoīes meās ille per calidā zonā totāq; cingēs,& rurſus vtriuſq; regionis extrema finibus ſuis ambiens,binas in ſupiore atq; inferiore terrę ſuperficie inſulas facit.Vnde Tullius hoc intelligi volens non dixit,oīs terra parua quędā eſt inſula: ſed omīs terra q̄ colitur a vobis parua quędā eſt inſula:qa & ſingulæ de quatuor habitationibꝰ parue q̄dā efficiunt inſulę,Oceano bis eas(vt diximus) ambiēte.Oīa hęc ante oculos locare pōt deſcriptio ſubſtituta:ex qua & noſtri maris originem,q̄ totiꝰ vna eſt,& rubri atq; Indici ortū videbis:Caſpiūq; mare vnde oriat̄ inuenies:licet nō ignorē eſſe nōnullos qui ei de Oceano ingreſſum negent.Nec dubiū eſt,in illam quoq; auſtralis generis temperatā mare de Oceano ſimiliter influere.Sed deſcribi hoc noſtra atteſtatiōe nō debuit, cuius ſitꝰ nobis incognitꝰ pſeuerat. Q; aūt dixit noſtrā habitabilē anguſtatā verticibꝰ, lateribꝰ latiorē,in eadē deſcriptione poterimꝰ aduertere. Nā quāto lōgior eſt tropicus circus ſeptētrionali circo,tāto zona verticibꝰ q̄ lateribus anguſtior eſt:qa ſummitas eiꝰ in arctū extremi circuli breuitate cōtrahit̄.Deductio aūt laterū cū longitudine tropici ab vtraq; parte diſtēdit̄. Deniq; veteres oēm habitabilē noſtrā extētę chlamydi ſimilē eſſe dixerūt.Itē quia omnis terra,in qua & Oceanus eſt,ad quēuis cæleſtē circulum quaſi centron pūcti obtinet locū,neceſſario de Oceano adiecit,Qui tamen tanto nomine q̄ ſit paruus,vides.Nam licet apud nos Atlāticum,mare magnum vocetur,de cælo tn̄ deſpicientibus non poteſt magnum videri:cum ad cælum,terra ſignum ſit & pūctum, quod diuidi non poſſit in partes.Ideo autem terræ breuitas tam diligēter aſſeritur, vt parui pendendum ambitum famę vir fortis intelligat,quę in tam paruo magna eſſe nō poterit.Quod doctrinę propoſitum non minus in ſequentibus apparebit. Terræ forma.



ASCEN. Virtutis fructum &c. Iuxta illud Perſianum. Nec te quęſiueris extra. Et quod plenius eſt Vergilianum illud Aeneid. ix. Pulcherrima primum Dij moreſq; dabũt veſtri: tũ cętera reddet Actutũ pius Aeneas. Prima eñ pręmia reponit nobis deus, qui ſeipſum dat pie viuẽtibus & ipſum pie diligentibus. Secũda mores & conſcientia noſtra. Tertia mundus: quę minima ſunt, immo nulla, niſi pij Aeneę aut eius ſimilis. Hiſtoriarum fides, quæ quidem certa nobis ꝑ Moſem tradita eſt, ſed eam vt opinor Macrobius aut nõ agnouit, aut nõ approbauit. Bonis alioqui argumentis & veri ſimilibus colligit mundum habuiſſe initium: tempus quoq; incœpiſſe vt philoſophi diffiniunt ipſum: durationem tamen infinitam & ęternam dei negare nemo poteſt: Mundum quoq; per eluuionem & diluuium aquarum ſemel quoad animantia terreſtria fere periſſe, & aliquãdo ꝑ ignem conflagrationis periturum etiam fides noſtra recipit: ſed ægyptiorum nugas Geneſis mundi per Moſem tradita conuincit. Elementorum quoq; in ſe mutuã tranſmutationem & philoſophica & phyſica ratio ſatis comprobat: ſed diluuij quod Noe vidit, & exterminij per ignem mundi, cęleſtes cauſæ authores putantur: Nam & cataractas cęli ſoluit in diluuio deus, & ignem cęleſtem demiſſurus eſt ad mundi cõflagrationem, poſt quã non altera rerum naſcetur generatio.

Mundum quidem eſſe ęternũ. Cęterũ inde nõ poſſe ſperari perpetuitatẽ glorię ac famę apud poſteros, quando mundo ipſo manẽte, ea quę in ipſo ſunt viciſſitudine quadã nunc occidant, nunc rurſus oriantur. CAP. X.

QVinetiam ſi cupiat proles futurorum hominum deinceps laudes vniuſcuiuſq; noſtrum acceptas a patribus poſteris prodere, tamen ꝓpter eluuiones exuſtioneſq; terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modo non ęternam, ſed ne diuturnã quidem gloriam aſſequi poſſumus.

Virtutis fructus.

℃ Virtutis fructum ſapiens in conſcientia ponit, minus perfectus ĩ gloria: vnde Scipio perfectionẽ cupiẽs ĩfundere nepoti author eſt, vt cõtentus cõſcientię pmio gloriã non requirat. In qua appetẽda quoniã duo ſunt maxima q̃ pręoptari poſſint, vt & q̃ latiſſime vaget, & q̃ diutiſſime pſeueret: poſtq̃ ſuperiꝰ de habitationis noſtrę anguſtiis diſſerendo totius terrę, quæ ad cęlũ pũcti locum obtinet: minimã quadã docuit ab noſtri generis hoĩbꝰ particulam poſſideri: nullius vero gloriam vel in illã totam partem potuiſſe diffundi, ſiquidẽ Gangen tranſnare, vel tranſcendere Caucaſum Romani nominis fama nõ valuit, ſpem quã de propaganda late gloria ante oculos ponẽdo noſtri orbis anguſtias amputauit: vult etiã diuturnitatis auferre, vt pleno animo nepotis cõtemptũ glorię compos diſſuaſor inſinuet: Et ait, nec in hac ipa parte in quã ſapiẽtis & fortis viri nomen ſerpere põt, ęternitatẽ noĩs poſſe durare: cũ modo exuſtione, modo eluuione terrarũ diuturnitati rerum intercedat occaſus: qđ quale ſit differemus. In hac eñ parte tractatꝰ, illa q̃ſtio latenter abſoluit, q̃ multoꝝ cogitationes

Mundi æternitas oppugnat.

de ambigẽda mũdi ęternitate ſollicitat. Nã quis facile mũdũ ſemper fuiſſe conſentiat, cũ & ipſa hiſtoriarũ fides multarũ rerũ cultũ emendationẽq;, vel ipſam inuentionẽ recẽtẽ eſſe fateat? Cũq; rudes primũ hoĩes & incuria ſylueſtri nõ multũ a ferarũ aſperitate diſſimiles meminerit, vel fabulet antiq̃tas: tradatq; nec hunc eis quo nunc vtimur victum fuiſſe, ſed glande prius & baccis alitos ſero ſperaſſe de ſulcis alimoniã? cũq; ita exordiũ rerum, & ipſius humanę nationis opinemur, vt aurea primum ſecula fuiſſe credamus, & inde natura ꝑ metalla viliora degenerãs ferro ſecula poſtrema fœdauerit? ac ne totũ videamur de fabulis mutuari, quis non hinc exiſtimet mundum q̃nq; cœpiſſe, nec lõgam retro eius ætatem: cum abhinc vltra duo retro annorũ milia de excellenti rerũ geſtarũ memoria ne gręca quidẽ extet hiſtoria? Nam ſupra Ninũ, a quo Semiramis ſcđm quoſdam credit procreata, nihil ꝓclarum in libris relatum eſt. Si eñ ab initio immo ante iitiũ fuit mundus (vt Philoſophi volunt) cur per innumerabilium ſeriẽ ſeculorũ nõ fuerat cultus, quo nunc vtimur, inuentus: non literarũ vſus, quo ſolo memorię fulcit æternitas? cur non deniq; multarũ rerum experientia ad aliquas gentes recenti ætate peruenit? Vt ecce Galli vitẽ, vel cultum oleę, Roma iam adoleſcente, didicerunt: Alię vero gẽtes adhuc multa neſciunt, quæ nobis inuenta placuerunt. Hæc omnia vident æternitati rerum repugnare, dum opinari nos faciunt certo mundi principio paulatim ſingula quæq; cœpiſſe.

Galli q̃n viticolę.

Defenditur.

Sed mundũ quidem fuiſſe ſemper philoſophia author eſt, conditore quidem deo, ſed non ex tempore. Siquidem tempus ante mundum eſſe non potuit, cũ nihil aliud tẽpora niſi curſus ſolis efficiat. Res vero humanę ex parte maxima ſępe occidunt manẽte mũdo, & rurſus oriunt vel eluuione viciſſim vel exuſtiõe redeũte, cuius viciſſitudinis cauſa vl neceſſitas talis eſt. Ignẽ æthereũ phyſici tradiderũt humore nutriri, aſſerẽtes iõ ſub zona cęli puſta, quã via ſolis. i. zodiacꝰ occupauit, oceanũ (ſicut ſupra deſcripſimꝰ) a natura locatũ, vt oĩs latitudo, q̃ ſol cũ q̃nq; vagis & luna vltro citroq; diſcur

Ignis æthereus nutrit humore

rũt,habeat ſubiecti humoris alimoniã.Et hoc eſſe volũt qđ Homerus diuinarũ omniũ inuentionũ fons & origo ſub poetici nube figmẽti,verũ ſapiẽtibus intelligi dedit:Iouẽ cũ diis cęteris,id eſt cũ ſtellis profectũ in oceanũ,Aethiopibus eũ ad epulas inuitãtib⁹. Per quã imaginẽ fabuloſam Homerũ ſignificaſſe volũt, hauriri de humore nutrimẽta ſideribus,q ob hoc Aethiopas reges epularũ cęleſtiũ dixit,quoniã circa oceani orã, nõ niſi Aethiopes habitãt,quos vicinia Solis vſq; ad ſpeciẽ nigri coloris exuſſit. Cũ ergo calor nutriat humore:hęc viciſſitudo cõtingit,vt modo calor,modo humor,exuberet.

Iuppiter cum diis epulat ad oceanũ.

Euenit eñ vt ignis vſq; ad maximũ enutritus augmentũ,hauſtũ vincat humorẽ: & ſic aeris mutata tẽperies licẽtiã pſtet incẽdio,& terra penitus flagrãtia immiſſi ignis vrat. Sed mox impetu caloris abſumpto paulatim vires reuertũtur humori, cũ magna pars ignis incẽdiis erogata,minus iã de renaſcẽte humore cõſumat.Ac rurſus lõgo tẽporũ tractu,ita creſcens humor altius vincit,vt terris infundat eluuio. Rurſuſq; calor poſt hęc vires reſumit: & ita fit vt manẽte mũdo inter exuperãtis caloris,humoriſq; vices, terrarũ cultus cũ hominũ genere ſępe intercidat,& reducta tẽperie rurſus nouet.Nũq̃ tñ ſiue eluuio,ſiue exuſtio oẽs terras aut oĩe hoĩm genus vel oĩno operit, vel penitus exurit.Aegypto certe,vt Plato in Timęo fatet,nũq̃ nimietas humoris nocuit vel calo ris.Vnde & infinita annorũ milia in ſolis Aegyptiorũ monumẽtis,libriſq; releguntur.

Aegyptiorũ nugę.

Certę igit terrarũ partes internicioni ſuperſtites ſeminariũ inſtaurãdo generi humano fiũt:atq; ita cõtingit,vt nõ rudi mũdo rudes hoĩes & cultus inſcii, cuius memoriã intercipit interitus,in terris oberrẽt,& aſperitatẽ paulatim vagę feritatis exuti cõcilia bula,& cœtus natura inſtruẽte patiãtur:ſitq; primũ iter eos mali neſcia, & adhuc aſtutię inexperta ſimplicitas,quæ nomẽ auri primis ſeculis pręſtat.Inde quo magis ad cultũ rerũ atq; artiũ vſus promouet,tanto facilius in animos ſerpit æmulatio: quę primũ bene incipiẽs,in inuidiã latenter euadit.Et ex hac iam naſcit qcqd genus hominũ poſt ſequentibus ſeculis experitur.Hęc eſt ergo quę rebus humanis pereundi,atq; iterũ reuertendi incolumi mundo viciſſitudo variatur.

Aemulatio.

ASCEN.De anno vertẽte ac mũdo an oĩm ſiderũ reuolutione cõpleta,nihil habemus per fidẽ definitũ.ſunt tñ qui aſſerere audent,ſiquãdo futurus eſt aut mũdũ deſiturum, aut nouũ incœpturum:qđ ſecũdũ nequaq̃ credo cũ magni & ſancti viri diẽ nouiſſimũ e proximo inſtare olim iam docuerint.Hoc aũt,vt phyſici volunt, poſt annorũ quindecim milia peracta cõtingit.Sũt qui legãt,vt philoſophi volũt,nã ad aſtronomos ac mathematicos potius q̃ ad phyſicos ptinere id aſſerũt.Qđ aũt dicitur nondũ vigeſima illius anni pars conuerſa:bene ab Romuli morte numerari dicit:alioqui calculus inter eos nõ cõueniret. Nam ab origine mũdi iam tum quatuor milia annorũ ſolariũ tranſacta erãt.Placet aũt vt ſcribat potius vigeſima q̃ viceſima : quia a viginti deducit.Qui vero p c ſcribũt,hoc reſpiciũt (vt opinor) q; vicies & tricies ſcripta legũt:ſed nõ eadem eſt ratio, nec ſcio an recte ſic ſcribat:cũ enim dicant p ſyncopen pro viginties & triginties,abiecta gin ſyllaba,credam per t ſcribẽda.Alia aũt in qbus gin ſyllaba non tota abijcitur,ſed qđ mediũ eſt inter g & ies p g ſcribũtur,vt quadragies,quinquagies,octogies &c.Et pręterea quadrageſimus,quinquageſimus &c.per g ſcribũtur. Mundus proprie cęlũ dicitur:quia mũdus nobis,quaſi ornatus dicitur vt græcis coſmos:vnde eſt mũdus muliebris: cęlum autẽ quaſi cęlatum & ſtellis inſculptum.

De diuerſitate annorũ:q; is qui vere annus vertens eſt,ac mũdanus,quindecim noſtrorum annorum ambiat milia. Cap.XI.

QVid autẽ intereſt ab iis qui poſtea naſcẽtur ſermonẽ fore de te, cũ ab iis nullus fuerit,qui ante nati ſunt:q nec pauciores, & certe meliores fuerũt viri:pręſertim cũ apud eoſipſos qb⁹ audiri nomẽ noſtrũ poteſt, nemo vnius anni memoriã conſequi poſſit? Homines eñ populariter annũ tãtũmodo Solis.i.vnius aſtri reditu metiũtur.Re ipſa autẽ cum ad idẽ,vnde ſemel profecta ſunt,cũcta aſtra redierint,eãdẽq; toti⁹ cęli deſcriptionẽ longis interuallis retulerint : tũ ille vere vertens annus appellari poteſt : in quo vix dicere audeo,q̃ multa hominũ ſecula teneantur. Nãq; vt olim deficere Sol hominibus,extinguiq; viſus eſt,cũ Romuli animus hęc ipſa in tẽpla penetrauit:ita quãdoq; cũ ab eadẽ parte Sol eodẽq; tẽpore iterũ defecerit:tũ ſignis oĩbus ad idẽ principiũ ſtelliſq; reuocatis expletũ annũ habeto.Cuius quidẽ anni nõdũ vigeſimã partem ſcito eſſe cõuerſam.¶Idem agere perſeuerat inſtans diſſuaſioni glorię deſiderandę. quã cũ locis arctã,nec in ipſis anguſtiis æternã ſupra docuiſſet:nũc nõ ſolũ ppetuitatis expertem,ſed nec ad vnius anni integri metas poſſe propagari docet. cuius aſſertionis q̃ ſit ratio dicemus.Annus nõ is ſolus eſt,quẽ nũc cõmunis omniũ vſus appellat: ſed ſingulorũ ſeu luminũ, ſeu ſtellarũ emenſo omni cæli circuitu a certo loco in eũdem locum

Ann⁹ multiplex.

reditus annus ſuus eſt. Sic menſis, Lunæ annus eſt, intra quē cæli ambitū luſtrat: nā & a Luna mēſis dicitur: quia græco nomine Luna μήνη vocatur. Virgilius deniq; ad deſcriptionē lunaris anni, qui breuis eſt, annū q curſu Solis efficit̄ ſignificare volēs, ait. Interea magnū Sol circūuoluit annū. magnū vocās Solis, cōparatione lunaris. Nā curſus quidē Veneris, atq; Mercurii pene par Soli eſt. Martis vero annus fere bienniū tenet. tanto. n. tēpore cælū circuit. Iouis autē ſtella duodecim, & Saturni triginta annos in eadē circuitione cōſumit. Hęc de luminibus ac vagis, vt ſæpe relata, iam nota ſunt. ¶ Annus vero qui mūdanus vocat̄, q vere vertens eſt: quia cōuerſione plenę vniuerſitatis efficitur, largiſſimis ſeculis explicat̄. Cui⁹ ratio eſt talis. Stellę oēs & ſidera, q̄ infixa cælo vident̄, quorū propriū motū nūq̄ viſus humanus ſentire vel dephēdere poteſt: mouent̄ tñ, & p̄ter cæli volubilitatē, qua ſemp trahunt̄, ſuo quoq; acceſſu tā ſero pmouent̄: vt nullius hominū vita tā longa ſit, q̄ obſeruatione continua factā de loco pmutationē, in quo eas primū viderat, dephēdat. Mūdani ergo anni finis eſt, cū ſtellæ oēs, oīaq; ſidera q̄ aplanes habet, a certo loco ad eundē locū ita remeauerint: vt ne vna q̄dē cæli ſtella in alio loco ſit, q̄ in quo fuit, cū oēs alię ex eo loco motę ſunt, ad quē reuerſę anno ſuo finē dedere: ita vt lumina quoq; cū erraticis quinq; in iiſdē locis & partibus ſint, in q̄bus incipiēte mūdano anno fuerūt. Hoc aūt (vt phyſici volūt) poſt annorū quindecim milia peracta cōtingit. Ergo ſicut annus Lunę, mēſis eſt, & annus Solis duodecim mēſes, & aliarū ſtellarū hi ſunt anni, quos ſupra retulimus: ita mūdanū annū quindecim milia annorum, quales nūc cōputamus, efficiūt. Ille ergo vere annus vertens vocādus eſt, quē nō Solis .i. vnius aſtri reditu metiūtur: ſed quē ſtellarū omniū in quocūq; cælo ſunt, ad eūdē locū reditus, ſub eadē cæli totius deſcriptione cōcludit. Vnde & mūdanus dicit̄: quia mundus proprie cælū vocat̄. Igitur ſicut annū Solis nō ſolū a kalendis Ianuariis vſq; ad eaſdem vocamus: ſed & a ſequēte poſt kalendas die vſq; ad eūdē diem, & a quocūq; cuiuſlibet menſis die vſq; in diē eūdē reditus vocat̄: Ita huius mundani anni initiū ſibi quiſq; facit quodcūq; decreuerit. Vt ecce nūc Cicero a defectu Solis, q ſub Romuli fine contigit: mūdani anni principiū ſibi ipſe cōſtituit. Et licet iā ſæpiſſime poſtea defectus Solis euenerit, nō dicitur tamē mūdanū annū repetita defectio Solis impleſſe: ſed tūc implebitur, quū Sol deficiēs in iiſdē locis & partibus, & ipſe erit, & oēs cæli ſtellas, oīaq; ſidera rurſus inueniet, in q̄bus fuerāt cū ſub Romuli fine deficeret. Igitur a deceſſu Romuli poſt annorū quindecim milia (ſicut aſſerūt Phyſici) Sol denuo ita deficiet, vt in eodē ſigno, eadēq; parte ſit, ad idem principium in quo ſub Romulo fuerat: ſtellis quoq; oībus, ſigniſq; reuocatis. Peracti eñ fuerāt, cum Scipio in Aphrica militaret, a deceſſu Romuli anni quingēti ſeptuaginta & tres. Anno eñ ab vrbe condita ſexcēteſimoſeptimo hic Scipio deleta Carthagine, triumphauit. Ex quo numero annis remotis triginta duobus regni Romuli, & duobus, qui intra ſomniū & cōſummatū bellū fuere, quingēti ſeptuagintatres a deceſſu Romuli ad ſomniū vſq; remanebūt. Ergo rationabiliter vereq; ſignauit, necdū mūdani āni vigeſimā partē eſſe cōuerſam. Nā vigeſimę parti quot anni ſupſint a fine Romuli, ad Africanam militiā Scipionis, quos diximus annos fuiſſe quingentos ſeptuagintatres: quiſquis in digitos mittit, inueniet.

Mēſis vnde. Planetarū curſus definitus. Annus mūdan⁹. Sidera fixa etiam mouent̄. Finis mūdani āni. Mūdus. Carthago quo tpe deleta.

ASCEN. Sperare dediſceret. i. diſceret ſperādū nō eſſe. Gloria cōtemni iubetur. vſitatius dixerit, gloriam contemnere iubet. Homo plane moritur morte animalis per diſſolutionem animæ & corporis. in qua morte hoc differt a cæteris animantibus altera pars: quia anima & vita perit: in homine nihil perit: ſed corpus & vita priuatur, & in cinerem reſoluitur: Anima vero quem meruit locū ſortitur, quo modo in loco dici poteſt, corpus aliquando reſumptura.

Hominem non corpus eſſe, ſed mentem. Et nūquid in hoc mūdo vere intereat, ac corrumpatur. Cap. XII.

TV vero enitere, & ſic habeto, te nō eſſe mortalem, ſed corpus hoc. Nec eñ tu is es, quē forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq;, is eſt quiſq;: nō ea figura quę digito demōſtrari poteſt. Deū te igitur ſcito eſſe: ſiquidem eſt deus qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prouidet, qui tā regit, & moderatur, & mouet id corpus cui prępoſitus eſt, q̄ hunc mūdū ille princeps deus. Et vt ille mūdū quadā parte mortalem ipſe deus æternus: ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. ¶ Bene & ſapiēter Tullian⁹ hic Scipio circa inſtitutionē nepotis ordinē recte docentis impleuit. Nam vt breuiter a prin

cipio omnem operis continentiam reuoluamus:primũ tempus eius mortis,& imminẽ- Epilog⁹
tes propinquorum prędixit inſidias,vt totum de hac vita ſperare dediſceret,quam nõ dictorũ.
diuturnam comperiſſet.Deinde ne metu prædictę mortis frangeretur,oſtẽdit ſapienti
& bono ciui in immortalitatem morte migrandum. Cũq; eum vltro ſpes iſta traxiſſet
ad moriendi deſiderium,ſuccedit Pauli patris opportuna diſſuaſio,accenſam filii feſti
nationem ab appetitu ſpontaneæ mortis excludens. Plene igitur in animo ſomniantis
trinq; plantata ſperandi expectandiq; temperie,altius iam circa diuina erigendũ nepo
tis animũ Africanus ingreditur.Nec prius eum terram patitur intueri,ꝗ cęli ac ſide-
rum naturã motũ ac modulamẽ agnoſcat: & hæc omnia ſciat præmio ceſſura virtutũ.
Ac poſtꝗ mens firmata Scipionis alacritate tantæ promiſſionis erigitur : tum demum
gloria,quæ apud indoctos magnũ virtutis pręmiũ creditur,contemni iubetur,dũ oſtẽ-
ditur ex terrarum breuitate vel caſibus,arcta locis,anguſta temporibus. Africanus igi
tur pene exutus hominem,& defęcata mente iam naturę ſuæ capax,hic apertius admo
netur,vt eſſe ſe deum nouerit.Et hęc ſit præſentis operis cõſummatio, vt animam non
ſolum immortalem,ſed deum eſſe clareſcat. Ille ergo qui fuerat iam poſt corpus in di-
uinitatem receptus,dicturus viro adhuc in hac vita poſito,deum te ſcito eſſe:nõ prius
tantã prærogatiuã cõmittit homini,ꝗ quid ſit ipſe diſcernat:ne exiſtimetur hoc quoq;
diuinũ dici qđ mortale in nobis & caducũ eſt. Et quia Tullio mos eſt profundã rerum
ſcientiã ſub breuitate tegere verborũ : nũc quoq; miro cõpendio tãtũ includit arcanũ:
qđ Plotinus magis ꝗ quiſꝗ verboꝝ parcus libro integro diſſeruit,cuius deſcriptio eſt,
Quid eſt animal? quid homo? In hoc ergo libro Plotinus ꝗrit,cuius ſint in nobis volu
ptates,mœrores,metuſq;,ac deſideria,& animoſitas, vel dolores,poſtremo cogitationes Paſſiões
& intellectus:vtrũ merę animę,an vero animę vtẽtis corpore.Et poſt multa quæ ſub co an ſint i
pioſa rerũ denſitate diſſeruit,quę nũc nobis ob hoc ſolum prætereũda ſunt, ne vſq; ad anima.
faſtidii neceſſitatẽ volumen extendant:hoc poſtremo pronũciat,animal eſſe corpus ani Animal
matum.Sed nec hoc neglectũ,vt non quæſitũ relinquit,quo animæ beneficio,quave via quid eſt.
ſocietatis animetur.Has ergo omnes quas prędixim⁹ paſſiones aſſignat animali. Verũ Homo
autẽ hominẽ ipſam animã eſſe teſtatur:ergo qđ videtur nõ ipſe verus homo eſt: ſed ve quid.
rus ille eſt,a quo regitur qđ videtur. Sic cũ morte animalis diſceſſerit animatio, cadit
corpus regẽte viduatũ:Et hoc eſt qđ videtur in homine mortale. Anima vero,q verus
homo eſt,ab omni cõditione mortalitatis aliena eſt, adeo vt ad imitationẽ dei mũdum
regentis,regat & ipſa corpus,dũ a ſe animaẗ.Ideo Phyſici mũdũ magnũ hominẽ, & ho Homo
minẽ breuẽ mũdũ eſſe dixerũt. Per ſimilitudines igiẗ cæterarũ ꝓgatiuarũ, ꝗbus deũ micro-
anima videẗ imitari,animũ deũ & priſci philoſophoꝝ,& Tullius dixit.Qꝫ autẽ ait mũ coſmos.
dũ quadã parte mortalẽ,ad cõmunẽ opinionẽ reſpicit,qua mori aliqua intra mũdũ vi-
dẽtur,vt animal exanimatũ,vel ignis extinctus,vel ſiccatus humor. Hæc enim omnino
interiiſſe credũtur.Sed cõſtat ſecũdũ verę rationis aſſertionẽ,quã & ipſe nõ neſcit,nec
Virgilius ignorat dicẽdo,nec morti eſſe locũ.Cõſtat inquã nihil ĩtra viuũ mũdũ ꝑire : Nihil
ſed eorũ quę ĩterire videnẗ,ſolã mutari ſpeciẽ:& illud in originẽ ſuã,atq; in ipſa elemẽ moritur
ta remeare,qđ tale quale fuit eſſe deſierit.Deniq; & Plotinus alio in loco,cũ de corpoꝝ
aſſumptione diſſereret,& hoc diſſolui poſſe pronũciaret,quicquid effluit: obiecit ſibi,
Cur ergo elementa,quorũ fluxus in aperto eſt,nõ ſimiliter aliquãdo ſoluũtur? Et breui
ter tantæ obiectioni,valideq; reſpõdet.Ideo elementa licet fluant nũꝗ tamen ſolui,quia
non foras effluũt. A cæteris enim corporibus qđ effluit recedit:elementorũ fluxus nũꝗ
ab ipſis recedit elementis.Ergo in hoc mundo pars nulla mortalis eſt, ſecundũ verę ra
tionis aſſerta.Sed ꝙ ait eum quadam parte mortalem,ad cõmunẽ (vt diximus) opinio Animæ
nem paululum inclinare ſe voluit.In fine autem validiſſimũ immortalitatis animę ar- immor-
gumentum ponit:quia ipſa corpori pręſtat agitatum.Qđ quale ſit,ex ipſis verbis Cice talitas.
ronis quę ſequũtur inuenies.

ASCEN.Quod ſemꝑ mouetur,æternũ eſt:nõ tñ cõtra,oẽ qđ æternũ eſt ſemꝑ mouetur:quia deus ætern⁹
eſt,immotuſq; manens dat cũcta moueri:ergo anima ſicut a deo accepit cõſiſtẽdi initium,ita & mouẽdi:nec a
ſe habet perpetuãq; vitę potentiã,ſed a deo,qui talẽ & creare & conſeruare voluit vt perpetuo cõſiſtere valeat:
quocirca nõ recipio argumẽtũ illud:Anima principiũ motus eſt:qđ autẽ principiũ motus eſt,natũ nõ eſt &c.
Non eñ aĩa ſic eſt principiũ motus vt nõ depẽdeat a vero principio ſiue initio: a quo & creata,& ideo quodã-
modo nata eſt:Nam idem fertur de creatis qđ de natis:ꝙ videlicet omne creatũ,ſi nõ cõſeruareẗ a creatore tẽ-
deret in nihilum.Proximo autẽ capite nos cũ Ariſtotele ſentire videbimur.

De tribus ratiocinãdi modis, quibus animę immortalitatẽ aſſeruere Platonici. Cap. XIII.

NAm quod ſemper mouetur, æternũ eſt: qđ autẽ motũ affert alicui, qđq; ipſum agitatur aliunde, quãdo finẽ habet motus, viuendi finẽ habeat neceſſe eſt. Solum igitur qđ ſeipſum mouet, quia deſeritur a ſe nũq̃, ne moueri quidẽ deſinit: quinetiã cęteris quæ mouẽtur hic fons, hoc principiũ eſt mouendi. Principii autem nulla eſt origo: nã e principio oriũtur omnia. Ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt: nec enim id eſſet principium qđ gigneretur aliunde. qđ ſi non oritur, nec occidit quidem vnq̃. nã principiũ extinctũ, nec ipſum ab alio naſcitur, nec ex ſe aliud creabit: ſiquidem neceſſe eſt a principio oriri omnia. Ita fit vt motus principiũ ex eo ſit, quod ipſum a ſe mouetur. id aũt nec naſci poteſt, nec mori: vel concidat omne cælũ omniſq; natura, conſiſtat neceſſe eſt: nec vim vllam nanciſcatur, qua a primo impulſu moueaẽ. Cũ pateat igitur æternũ id eſſe qđ ipſum ſe moueat: quis eſt qui hãc naturã animis eſſe tributã neget? Inanimũ eſt eñ omne qđ pulſu agitaẽ externo: qđ aũt eſt animal, id motu cietur interiore & ſuo: nã hoc eſt ꝓprie natura animę atq; vis: quę ſi eſt vna ex oĩbus quę ſeipſam moueat, neq; nata certe eſt, & æterna eſt. ¶Omnis hic locus de Phœdone Platonis ad verbũ a Cicero ne tranſlatus eſt: in quo validiſſimis argumẽtis animę immortalitas aſſeriẽ. Et hæc eſt argumẽtorũ ſumma: eſſe animã mortis immunẽ, quoniã ex ſe moueẽ. Sciẽdũ eſt autẽ ꝙ duobus modis immortalitas intelligiẽ: aut eñ ideo eſt immortale qđ, quia per ſe nõ eſt capax mortis: aut qa procuratione alterius a morte defendiẽ. Ex his prior modus ad animę, ſecũdus ad mũdi immortalitatẽ referẽ. Illa eñ ſuapte natura a cõditione mortis aliena eſt: Mundus vero animę beneficio in hac vitę perpetuitate retinetur. Rurſus ſemp moueri dupliciter accipiẽ: hoc eñ diciẽ & de eo, qđ ex quo eſt, ſemp moueẽ: & de eo qđ ſemper & eſt & moueẽ. & ſecũdus modus eſt, quo animã dicimus ſemper moueri. ¶His pmiſſis, iam qbus ſyllogiſmis de immortalitate animę diuerſi ſectatores Platonis ratiocinaẽ, oportet aperiri. Sũt eñ q per gradus ſyllogiſmorũ ad vnũ finẽ probationis euadant, certã ſibi propoſitionẽ ſequẽtis ex antecedẽtis cõcluſione faciẽtes. apud quos hic prior eſt. Anima ex ſe moueẽ: quicquid autẽ ex ſe moueẽ, ſemp moueẽ: Igitur anima ſemp moueẽ. Secũdus ita: qui naſcitur ex prioris fine. Anima ſemp moueẽ: quicqd aũt ſemp moueẽ immortale eſt: igiẽ anima immortalis eſt. Et ita in duobus ſyllogiſmis duę res ꝓbanẽ: id eſt & ſemp moueri animã, vt in priore: & eſſe immortalẽ, vt colligitur de ſecũdo. Alii vero vſq; ad tertiũ gradũ, ita argumentando procedũt. Anima ex ſe mouetur: quod autẽ ex ſe mouetur, principium motus eſt: igitur anima principiũ motus eſt. Rurſus ex hac concluſione naſcitur propoſitio: Anima principiũ motus eſt: quod autẽ principiũ motus eſt, natũ nõ eſt: igiẽ anima nata nõ eſt. Tertio loco. Anima nata nõ eſt: qđ natũ nõ eſt, immortale eſt: igiẽ anima immortalis eſt. Alii vero omnẽ ratiocinationẽ ſuã, in vnius ſyllogiſmi cõpendiũ redegere. Anima ex ſe moueẽ: qđ ex ſe mouetur principiũ motus eſt: quod autẽ principiũ motus eſt, natũ nõ eſt: quod natum nõ eſt, immortale eſt: igitur anima immortalis eſt.

Immortalitas quõ intelligiẽ.

Motus duplex.

Platon. rõcinatiões de aię ĩmortalitate.

ASCEN. Doceo principium motus nõ poſſe moueri: hoc eſt qđ modo Boetius ad deum dixit, Immotuſq; manens das cũcta moueri. Mire autẽ Ariſtoteles docet, motus naturales, vt grauiũ deorſum, leuiũ ſurſum, ab alio q̃ ab ipſis motis fieri: qa ſi ſe cũ vellẽt mouerẽt, quieſcerent itidem cũ vellent: ſed mota naturaliter nũq̃ quieſcerent, ſi motus nõ impediretur. Ergo omnis motus non ſolum localis ſed alius quicũq; ab vno eſt principio immobili deo. per eum enim & motus tam in cęlis q̃ in terra, & generationes & corruptiones atq; alterationes omnes fiunt, aut pſenti miraculo aut primęua inſtitutione.

Quibus rationibus Ariſtoteles cõtra Platonẽ monſtrare voluerit, animam a ſe ipſa moueri non poſſe. Cap. XIIII.

SEd harũ omniũ ratiocinationũ apud eũ poteſt poſtrema cõcluſio de animæ ĩmortalitate cõſtare: q primã ꝓpoſitionẽ, id eſt ex ſe moueri animã, non refellit. Hac eñ in fide nõ recepta, debilia fiunt oĩa q̃ ſequuntur. Sed huic ſtoicorũ quidẽ accedit aſſenſio. Ariſtoteles vero adeo nõ acquieſcit: vt aĩam nõ ſolũ ex ſe nõ moueri, ſed ne moueri quidẽ penitꝰ coneẽ aſſerere. Ita eñ callidis argumẽtationibꝰ aſtruit nihil ex ſe moueri: vt etiãſi qd hoc facere cõcedat, animã tamẽ hoc nõ eſſe cõfirmet.

Ariſt. aduerſus Plat. argumẽtationes.

Si em̄ aĩa,inquit,principiũ motus eſt:doceo nõ poſſe principiũ motus moueri. Et ita
diuiſionẽ ſuæ artis ingredit᷑:vt primũ doceat in rerũ natura eſſe aliq̃d ĩmobile:deĩde
hoc eſſe aĩam tentet oſtẽdere.Neceſſe eſt inquit,aut oĩa q̃ ſunt, ĩmobilia eſſe,aut oĩa
moueri:aut aliqua ex his moueri,aliqua nõ moueri.Itẽ ſi damus ait,& motũ & q̃etẽ:
neceſſe eſt,aut alia ſemp̃ moueri, & alia nũq̃ moueri: aut oĩa ſimul nũc quieſcere,nũc
moueri . De his,inquit,quid magis verũ ſit requiramus. Non eſſe oĩa ĩmobilia aſpe-
ctus ipſe teſtimonio eſt,quia ſunt quorũ motũ videmꝰ: Rurſus nõ moueri oĩa viſus
docet,quo ĩmota cognoſcimus.Sed nec oĩa dicere poſſumus,modo motũ pati,modo
eſſe ſine motu:quia ſunt quorũ perpetuũ motũ videmus:vt de cæleſtibꝰ nulla dubi-
tatio eſt.Reſtat igitur,ait,vt ſicut aliqua ſemp̃ mouent᷑: ita ſit aliquid ſemp̃ ĩmobile.
Ex his vt collectum ſit eſſe aliquid ĩmobile,nullus obuiat vel refellit:Nam & vera di
uiſio eſt,& ſectæ platonicæ non repugnat: Neq; enim ſi quid eſt ĩmobile,ſequitur vt
hoc ſit anima:Nec qui dicit animã ex ſe moueri,iam moueri vniuerſa cõfirmat: ſed
modum aſtruit quo anima mouet᷑.Siquid vero eſt aliud ĩmobile, nihil ad hoc qđ de
anima aſtruitur,pertinebit. Quod & ipſe Ariſtoteles videns, poſtq̃ docuit eſſe aliq̃d
immobile,hoc eſſe animam vult dicere: & incipit aſſerere nihil eſſe quod ex ſe moue-
ri poſſit, ſed oĩa q̃ mouent᷑,ab alio moueri:qđ ſi vere probaſſet,nihil ad patrocinium
platonicæ ſectæ relinqueret᷑.queãdmodũ em̄ credi poſſet ex ſe moueri animã,ſi cõſta
ret nihil eſſe qđ ex ſe poſſit moueri? In hac autẽ Ariſtotelica argumẽtatione huiuſ-
modi diuiſionis ordo cõtexitur.Ex oĩbus q̃ mouent᷑,ĩquit,alia per ſe mouent᷑,alia ex
accidenti:& ex accidenti,inquit,mouent᷑,q̃ cũ ipſa nõ moueantur,in eo tamẽ ſunt qđ
mouet᷑: vt in naui ſarcina ſeu vector quieſcens:aut etiã cum pars mouet᷑ quieſcente
integritate:vt ſi quis ſtans pedẽ manumve vel caput agitet.Per ſe autẽ mouetur,qđ
neq; ex accidenti,neq; ex parte,ſed & totũ ſimul mouetur : vt cũ ad ſuperiora ignis
aſcendit.Et de his quidẽ q̃ ex accidenti mouent᷑,nulla dubitatio eſt,quin ab alio mo
ueantur.Probabo autẽ,inquit,etiã ea,quæ ex ſe mouent᷑,ab alio moueri. Ex oĩbꝰ em̄,
ait,quæ per ſe mouentur,alia cauſam motus intra ſe poſſident:vt animalia,vt arbo-
res:quæ ſine dubio ab alio intelliguntur moueri,a cauſa ſcilicet q̃ in ipſis latet: nam
cauſam motus ab eo qđ mouet᷑ ratio ſequeſtrat: Alia vero aperte ab alio mouentur,
id eſt aut vi,aut natura.Et vi dicimus moueri omne iaculum:qđ cum de manu iacu
lantis receſſit,ſuo quidẽ motu ferri videtur:ſed origo motus ad vim refertur.Sic em̄
nõnunq̃ & terrã ſurſum,& ignem deorſum ferri videmꝰ:qđ alienus ſine dubio cogit
impulſus. Natura vero mouent᷑ vel grauia,cum per ſe deorſum:vel leuia,cũ ſurſum
feruntur.Sed & hoc dicẽdum eſt ab alio moueri:licet a quo,habeatur incertũ.Ratio
enim,ait,deprehendit eſſe neſcio quid, quod hæc moueat: nam ſi ſponte moueren-
tur,ſponte etiam ſtarent:ſed nec vnam viam ſemper agerent: immo per diuerſa mo-
uerentur, ſi ſpontaneo ferrentur agitatu. cum vero hoc facere non poſſint : ſed le-
uibus ſemper aſcenſus, & deſcenſus grauibus deputatus ſit : apparet eorum mo-
tum ad certam & conſtitutam naturæ neceſſitatem referri . Hæc ſunt & his ſimilia
quibus Ariſtoteles omne quod mouetur ab alio moueri probaſſe ſe credidit.Sed Pla
tonici, vt paulopoſt demonſtrabitur, argumenta hæc arguta magis q̃ vera eſſe do-
cuere. Nunc ſequens eiuſdem iungenda diuiſio eſt,qua non poſſe animam ex ſe mo-
ueri,etiãſi hoc alia res facere poſſet,laborat oſtendere:& huius rei primam propoſi-
tionem ab illis mutuatur,quæ ſibi exiſtimat conſtitiſſe.Sic enĩ ait:Cum igitur omne
quod mouetur,conſtet ab alio moueri:ſine dubio id quod primum mouet,quia non
ab alio mouetur(neq; enim haberetur iam primum ſi ab alio moueretur)neceſſe eſt,
ĩquit,vt aut ſtare dicatur,aut ſeipſum mouere. Nam ſi moueri ab alio dicatur:illud
quoq; qđ ipſum mouet , dicetur ab alio moueri , & illud rurſus ab alio.in infinitum
inquiſitio iſta caſura eſt:nunq̃ exordia prima reperies : ſi ſemper aliud ea quæ puta-
ueris prima præcedit.Reſtat igitur,inquit, vt ſi qđ primum mouet,non dicatur ſta-
re,ipſum ſe mouere dicatur:& ſic erit in vno eodẽq; aliud quod mouet , aliud quod,
mouetur.Siquidem in omni ait motu tria hæc ſint neceſſe eſt:id quod mouet,& quo
mouet,& quod mouetur.Ex his quod mouetur,tantum mouetur, nõ etiam mouet:
cum illud quo fit motus,& moueatur & moueat. illud vero quod mouet,non etiam

mouetur:vt ex tribus cōmune ſit qđ mediū,duo vero ſibi cōtraria intelligātur. Nā ſi cut eſt qđ mouet,& nō mouetur:ita eſt,inq̄t,qđ mouet,& nō mouet. propter qđ diximꝰ, quia cū oē qđ mouetur,ab alio moueatur:ſi hoc qđ mouet,& ipſum mouetur, q̄reremꝰ ſemper motus huius,nec vnq̄ inueniemus,exordiū. Deinde ſi quid ſe mouere dicatur: neceſſe eſt,inquit,vt aut totū a toto,aut partem a parte, aut partem a toto, aut totum a parte exiſtimemus moueri:& tamē motus ille,ſeu a toto,ſeu a parte procedat, alterū ſui poſtulabit authorem.Ex his omnibus in vnū Ariſtotelica ratiocinatio tota colligi tur,hoc modo.Omne qđ mouetur,ab alio mouetur:qđ igitur primum mouet,aut ſtat, aut ab alio & ipſum mouetur:ſed ſi ab alio,iam non poteſt hoc primū vocari,& ſemper quod primū moueat, requiremus.reſtat vt ſtare dicatur. Stat igitur qđ primū mouet.

Arg.Ariſtotel' cōtra Plat. Contra Platonē ergo,qui dicit animā motus eſſe principiū, in hūc modū componitur ſyllogiſmus.Anima principiū motus eſt:principiū autē motus nō mouetur:igitur ani ma nō mouetur.& hoc eſt qđ primo loco violenter obiecit.Nec eo vſqꝫ perſuadere cō

Primū. tentus,animā nō moueri,aliis quoqꝫ rationibus nō minus violentis perurget.Nullum

Secūdū. inquit,initium idem poteſt eſſe ei cuius eſt initiū. Nam apud geometras principiū li neę punctū dicit eſſe,nō linea: apud Arithmeticos principiū numeri nō eſt numerus. Item,cauſa naſcēdi ipſa nō naſcit:& ipſa ergo motus cauſa vel initiū non mouet.Ergo

Tertiū. anima quę initiū motus eſt,nō mouetur.Additur hoc quoqꝫ.Nūq̄,inq̄t,fieri poteſt,vt circa vnā eandēqꝫ rem vno eodēqꝫ tēpore contrarietates ad vnū idēqꝫ ptinētes eueniāt. Scimus autē quia mouere facere eſt, & moueri pati eſt. Ei igit qđ ſe mouet ſimul eue niēt duo ſibi cōtraria,& facere & pati,qđ impoſſibile eſt.Anima igit nō pōt ſe mouere.

Quartū. ¶Item dicit.Si animę eſſentia motus eſſet,nūq̄ quieſceret a motu:nihil enim eſt qđ re cipiat eſſentiæ ſuæ contrarietatē.Nam ignis nunq̄ frigidus erit,nec nix vnq̄ ſponte ca leſcet:anima autē nōnūq̄ a motu ceſſat:nō enim ſemper corpus videmus agitari : Non igitur animæ eſſentia motus eſt,cuius contrarietatē receptat.Ait etiam.Anima ſi aliis

Quintū. cauſa motus eſt,ipſa ſibi cauſa motus eſſe nō poterit.Nihil eſt enim,inquit,qđ eiuſdem rei ſibi cauſa ſit,cuius eſt alii:vt medicus, vt exercitator corporū ſanitatē vel valētiā, quā ille ægris,hic luctatoribus p̄ſtat,nō vtiqꝫ ex hoc etiā ſibi pręſtant.¶Item dicit.Oīs

Sextū. motus ad exercitiū ſui inſtrumēto eget,vt ſingularū artiū vſus docet:ergo videndum ne & animæ ad ſe mouendū inſtrumento opus ſit.Qđ ſi impoſſibile iudicatur: & illud

Septimū impoſſibile erit,vt anima ipſa ſe moueat.¶Item dicit.Si mouetur anima,ſine dubio cū reliquis motibus,& de loco in locum mouetur.Qđ ſi eſt,modo corpus ingreditur, mo do rurſus egreditur,& hoc frequēter exercet.Sed hoc videmus fieri nō poſſe: Nō igi

Octauū. Motus genera. tur anima mouetur.His quoqꝫ addit.Si anima ſe mouet,neceſſe eſt vt aliquo motus ge nere ſe moueat.Ergo aut in loco ſe mouet,aut ſeipſam pariendo ſe mouet,aut ſeipſam conſumēdo, aut ſe augendo, aut ſe minuendo. hæc ſunt enim,inquit,motus genera. Horū autē ſingula,quēadmodū poſſunt fieri requiramus.Si in loco ſe mouet:aut in re ctā lineā ſe mouet,aut ſphęrico motu in orbē rotatur.Sed recta linea infinita nulla eſt: Nam quęcūqꝫ in natura intelligatur linea,quocūqꝫ fine ſine dubio terminatur.Si ergo per lineā terminatā anima ſe mouet,nō ſemper mouet: nā cū ad finem venerit, & inde rurſus in exordiū redit, neceſſe eſt interſtitiū motus fieri in ipſa pmutatione redeūdi. Sed nec in orbē rotari poteſt:qa omnis ſphæra circa aliquid immobile,qđ centron vo camus,mouetur. Si ergo & anima ſic mouetur: aut intra ſe habeat qđ immobile eſt:& ita fit vt nō tota moueat:aut ſi nō intra ſe habet,ſequit aliud nō minus abſurdū,vt cē tron foris ſit:qđ eſſe nō poterit. Conſtat ergo ex his ait,ꝙ in loco ſe nō moueat.Sed ſi ipſa ſe parit:ſequit vt eandē & eſſe & nō eſſe dicamus. Si vero ſeipſa cōſumit,nō erit immortalis.Qꝫ ſi ſe aut auget aut minuit:eadē ſimul & maior ſe & minor reperiet. Ex his talē colligit ſyllogiſmū.Si aīa ſe mouet,aliquo motus genere ſe mouet: nullū autē motus genus quo ſe moueat inuenitur:non igitur ſe mouet.

ASCEN.Inſtruemus:pro edocebimus & ediſſeremus. difficile tñ erit docere animā nullam habere cauſam ſui motus,niſi eo demētiæ accedamus,quo illi qui dicūt animā hoc eſt hominē gratia animę plane eſſe deum. Facile tñ cōcedā ita animā a ſe moueri,vt ignē a ſe calere: cū ignē quidē ſine deo authore calere nō putē:nā qui naturā dedit & cauſas effectuū,effectus quoqꝫ dediſſe cōuincit. Neqꝫ tñ deus ſic dedit , vt ad oēm opationē non cōcurrat:in eo eñ & mouemur & ſumus:ſine quo nihil poſſumus facere:ſicut nec alia quęcūqꝫ:quia ſine ipſo factū eſt nihil qđ factū eſt.Omne qcq̄d:redūdat oēe,ſed eſt receptū a doctiſſimis ſic loqui:& poteſt ſic diſſolui: quicq̄d mouet:ſup.id,omne &c.Ergo nec ex duabus,ſubaudi rebus: aut lege ex duobus immobilibus motus

erit:qđ verũ, niſi a tertio fiat: vt in molendino rota exterior mota a vento aut ab aqua,mouet rotã interiorẽ & ita molarẽ ſuperiorẽ qui grana frangit:ſed aliter anima & a deo mouetur, & corpus mouet, q̃ ventus rotã: quia deus vt cauſa prima ad animę motũ cõcurrit:anima vt corpus animans ipſum mouet vt vnũ cum ea indiuiduũ:& per ipſum alia.

Quibus argumentis Platonici magiſtrum ſuũ aduerſus Ariſtotelem tueantur,oſtẽdentes vtiꝗ eſſe aliquid quod a ſeipſo moueatur: idꝗ neceſſario eſſe animam : quibus probatis,eneruata eſt prima obiectio Ariſtotelis. Cap.XV.

Argumẽta Platonic. cõtra Ariſtotelẽ de motu aĩę.

Contra has tam ſubtiles & argutas & veriſimiles argumentationes accingẽdum eſt,ſecũdũ ſectatores Platonis, qui inceptũ quo Ariſtoteles tam verã,tãꝗ validã deffinitionẽ magiſtri ſauciare tentauerat,ſubruerũt.Neꝗ vero tã immemor mei aut ita male animatus ſum, vt ex ingenio meo,vel Ariſtoteli reſiſtam,vel adſim Platoni: ſed vt quiſꝗ magnorũ virorũ,qui ſe Platonicos dici gloriabãtur,aut ſingula,aut bina defenſa ad oſtentationẽ ſuorũ operũ reliquerũt, collecta hæc in vnũ cõtinuę defenſionis corpus coaceruaui, adiecto ſiquid poſt illos aut ſentire fas erat,aut audere in intellectũ licebat.Et quia duo ſunt quæ aſſerere conatus eſt:Vnũ ꝙ dicit nihil eſſe qđ ex ſe moueatur:alterũ quo animã hoc eſſe nõ poſſe cõfirmat:vtriꝗ reſiſtẽdũ eſt, vt & cõſtet poſſe aliquid ex ſe moueri,& animã hoc eſſe clareſcat.In primis igitur illius diuiſionis oportet nos cauere pręſtigias,in qua enumerãs aliqua q̃ ex ſe mouẽtur,& oſtendẽs illa quoꝗ ab alio moueri,id eſt a cauſa interius latẽte:videtur ſibi probaſſe omnia quę mouentur,etiã ſi ex ſe moueri dicantur,ab alio tamen moueri. Huius enim rei pars vera eſt,ſed eſt falſa cõcluſio.Nã eſſe aliqua,quę cũ ex ſe moueri videãtur,ab alio tamẽ conſtet moueri,nec nos diffitemur:nõ tamẽ omnia,quę ex ſe mouẽtur hoc ſuſtinent, vt ab alio ea moueri neceſſe ſit.Plato enim cum dicit animã ex ſe moueri,id eſt cũ αὐτοκίνητον vocat:nõ vult eã inter illa numerari,quæ ex ſe qdẽ videtur moueri,ſed a cauſa quę intra ſe latet mouẽtur:vt mouent animalia auctore qdẽ alio,ſed occulto,nã ab anima mouẽtur:aut vt mouent arbores,quarũ etſi nõ videt agitator , a natura tamẽ eas interius latente conſtat agitari. Sed Plato ita dicit animã ex ſe moueri, vt nõ aliam cauſam vel extrinſecus accidẽtẽ,vel interius latentẽ huius motus dicat auctorẽ. Hoc queadmodũ accipiendũ ſit,inſtruemus. Ignẽ calidũ vocamus,ſed & ferrũ calidũ dicimus:& niuem frigidã,& ſaxum frigidũ nũcupamus:mel dulce, ſed & mulſum dulce vocitamus.Horũ tamẽ ſingula de diuerſis diuerſe ſignificãt.Aliter enim de igne,aliter de ferro calidi nomen accipiemus,quia ignis per ſe calet,non ab alio fit calidus:Contra,ferrũ non niſi ex alio caleſcit.Vt nix frigida,vt mel dulce ſit,nõ aliũde contingit:Saxo tamen frigus vel mulſo dulcedo a niue vel melle proueniũt.Sic & ſtare & moueri tã de his dicitur,quæ ab ſe vel ſtant,vel mouentur,q̃ de illis quæ vel ſiſtũtur vel agitãtur ex alio. Sed quib9 moueri ab alio,vel ſtare cõtingit,hęc & ſtare deſiſtũt,& moueri. Quib9 autẽ idem eſt,& eſſe,& moueri:nũq̃ a motu ceſſant,quia ſine eſſentia ſua eſſe nõ poſſunt. Sicut ferrum amittit calorem,ignis vero calere non deſinit. Ab ſe ergo mouetur anima,licet & animalia vel arbores per ſe moueri videantur. Sed illis, q̃uis interius latens, alia tamen cauſa,id eſt anima vel natura,motum miniſtrat:ideo & amittunt hoc qđ aliunde ſumpſere. Anima vero ita per ſe mouetur,vt ignis per ſe calet,nulla aduentitia cauſa vel illum calefaciente,vel hanc mouẽte.Nam cũ ignem calidum dicimus:non duo diuerſa cõcipimus, vnũ qđ calefacit,alterũ qđ caleſit:ſed totum calidum ſecũdũ ſuam naturã vocamus:cum niuem frigidam,cum mel dulce appellamus:non aliud qđ hãc qualitatẽ præſtat,aliud cui pręſtatur,accipimus.Ita & cum animam per ſe moueri dicimus,non gemina conſideratio ſequitur mouentis & moti:ſed in ipſo motu eſſentiam eius agnoſcimus.quia qđ eſt in igne nomẽ calidi,in niue vocabulum frigidi, appellatio dulcis in melle,hoc neceſſe eſt de anima αὐτοκίνητον nomen intelligi:qđ latina cõuerſio ſignificat per ſe moueri.Nec te confundat ꝙ moueri paſſiuũ verbum eſt.Nec ſicut ſecari cum dicitur duo pariter conſiderãtur, quod ſecat, & quod ſecatur:item cum teneri dicitur, duo intelligũtur,quod tenet,& qđ tenetur:ita hic in moueri duarum rerum ſignificationem putes,quæ mouet,& quæ mouetur.Nam ſecari quidem & teneri paſſio eſt:ideo conſiderationem & facientis & patiẽtis amplectitur.Moueri autẽ cũ de his qdẽ dicit q̃ ab alio mouẽtur,vtrãꝗ conſiderationẽ ſimiliter repræſentat:de eo autem quod ita ꝑ ſe

Inſtruo.

Cauilli amotio.

mouetur,vt ſit αὐτοκίνητος: cū moueri dicit̃:quia ex ſe non ex alio mouet̃, nulla poteſt ſuſpicio paſſionis intelligi.Nā & ſtare licet paſſiuum verbū nō eſſe videatur,cū de eo tamen dicitur,qđ ſtat alio ſiſtente,vt ſtant terræ defixæ haſtæ,ſignificat paſſionē. Sic & moueri licet paſſiuū ſonet,quādo tamē nihil ineſt faciens,patiēs ineſſe nō poterit. Et vt abſolutius liqueat nō verborū,ſed rerū ītellectu paſſionē ſignificari:ecce ignis cū fertur ad ſuperna,nihil patitur:cū deorſum fertur,ſine dubio patit̃,qa hoc nō alio impellente nō ſuſtinet:& cū vnū idēq̃ verbū proferatur, paſſionē tamē modo ineſſe, modo abeſſe dicimꝰ.Ergo & moueri idē in ſignificatione eſt qđ calere.& cū calere ferrum dicimus vel ſtilū moueri:quia vtriq̃ aliunde ꝓuenit,paſſionē eſſe fatemur.Cum

Eſſentia Alteriꝰ cauilli excluſio

vero aut ignis calere,aut moueri aīa dicitur: quia illius in calore , & in motu huius eſſentia eſt,nullus hic locus relinquit̃ paſſioni:ſed ille ſic calere,ſicut moueri iſta dicetur. Hoc loco Ariſtoteles argutā de verbis calumniā ſarciens ,Platonē quoq̃ ipſū duo,id eſt qđ mouet & qđ mouet̃ ſignificaſſe contendit dicendo,Solum igitur qđ ſeipſum mouet,quia nunq̄ deſeritur a ſe,nunq̄ ne moueri quidē deſinit:& aperte illum duo expreſſiſſe ꝓclamat his verbis,qđ mouet & mouet̃.Sed videtur mihi vir tantus nihil ignorare potuiſſe:ſed in exercitio argutiarum taliū cōniuentē ſibi operā ſponte luſiſſe.Cæterū quis non aduertat cū quid dicitur ſeipſum mouere,nō duo intelligenda:ſicut & cū dicit̃ ἑαυτὸν τιμωρούμενος,id eſt ſeipſum puniens,nō alter qui punit,alter qui punit̃?Et cū ſe perdere,ſe inuoluere,ſe liberare,quis dicit̃,nō neceſſe eſt vnū facientē,alterū ſubeſſe patientē.Sed hoc ſolū intellectu huius elocutionis exprimitur:vt q̄ ſe punit,aut qui ſe liberat,nō ab alio hoc accepiſſe: ſed ipſe ſibi aut intuliſſe aut p̄ſtitiſſe dicatur.Sic & de αὐτοκινήτου:cū dicitur,ſeipſum mouet,ad hoc dicit̃ vt extimationem alterius mouētis excludat:quā volens Plato de cogitatione legētis eximere ,his quæ p̄miſit expreſſit.Nā qđ ſemp̄ ait,mouetur,æternū eſt:qđ autē motū affert alicui, quodq̃ ipſum mouetur aliūde,quādo finē habet motus, viuendi finē habeat neceſſe eſt.Quid his verbis inuenit̃ expreſſius,clara ſignificatione teſtantibꝰ nō aliunde moueri qđ ſeipſum mouet:cum animā ob hoc dicat æternā,quia ſeipſam mouet & non

Moueri ſine alio

mouet̃ aliunde?Ergo ſe mouere hoc ſolum ſignificat,nō ab alio moueri.Nec putes ꝙ idē moueat, idēq̃ moueat̃:ſed moueri ſine alio mouente,ſe mouere eſt. Aperte ergo cōſtitit:quia nō omne qđ mouet̃,ab alio mouet̃. Ergo αὐτοκίνητον poteſt nō ab alio moueri. Sed ne a ſe quidē ſic mouet̃,vt ī ipſo aliud ſit qđ mouet,aliud qđ mouetur:nec ex toto,nec ex parte, vt ille ꝓponit :ſed ob hoc ſolū ſeipſum mouere dicit̃, ne ab alio moueri exiſtimet̃.Sed & illa de motibꝰ Ariſtotelica diuiſio,quā ſupra retulimus:ſurripienti magis apta eſt q̄ probanti:in qua ait:Sicut eſt qđ mouet̃ & nō mouet:ita eſt

Omne quicqd.

qđ mouet & nō mouet̃. Cōſtat enī ꝙ omne quicq̄d mouet̃ mouet alia:vti dicitur aut gubernaculū nauē,aut nauis circūfuſum ſibi aerem,vel vndas mouere. Quid aūt eſt qđ nō poſſit aliud dū ipſum mouetur impellere?Ergo ſi verū nō eſt,ea quæ mouētur alia nō mouere:nō conſtat illud,vt aliquid qđ moueat,nec tamē moueatur, īuenias. Illa igitur magis ꝓbanda eſt in decimo de legibꝰ a Platone motuum prolata diuiſio. Omnis motus inquit,aut ſe mouet & alia:aut ab alio mouet̃, & alia mouet. Et prior ad animā,ad oīa vero corpora ſecūdus refert̃.Hi ergo duo motus differentia ſeparātur,& ſocietate iungunt̃.Cōmune hoc habent,ꝙ & prior & ſecūdus mouēt alia:Hoc autē differūt,ꝙ ille a ſe,hic ab alio mouet̃.Ex his oībꝰ q̄ eruta de platonicorū ſenſuū fœcunditate collegimus cōſtitit nō eſſe verū,oīa q̄ mouent̃,ab alio moueri:Ergo nec principiū motꝰ ad deprecandā alteriꝰ mouētis neceſſitatē ſtare dicet̃:quia poteſt ſeipſum(vt diximꝰ)mouere alio nō mouēte.Eneruatꝰ eſt igit̃ ſyllogiſmus, quē p̄miſſa varia & multiplici diuiſione collegerat.Id eſt: Anima principiū motus eſt,principiū

Colligit aīam id eſſe qđ p ſe moueatur.

autē motus nō mouet̃:igit̃ aīa nō mouet̃. Reſtat: vt quia cōſtitit poſſe aliquid per ſe moueri,alio nō mouente,aīam hoc eſſe doceat̃. Qđ facile docebit̃, ſi de manifeſtis & indubitabilibꝰ argumēta ſumamꝰ.Homini motū aut anima p̄ſtat,aut corpus,aut de vtroq̃ p̄mixtio.Et qa tria ſunt de qbꝰ inquiſitio iſta ꝓcedit:cū neq̃ a corpore,neq̃ a permixtiōe p̄ſtari hoc poſſe cōſtiterit:reſtat vt ab aīa moueri hoīem nulla dubitatio ſit.Nūc de ſingulis ac primū de corpe loquamur. Nullū ianimū corpꝰ ſuo motu moueri manifeſtiꝰ eſt q̄ vt aſſerēdū ſit:nihil eſt autē qđ dum īmobile ſit,aliud poſſit mo-

uere:igitur corpus hominẽ nõ mouet. Videndũ ne forte animę & corporis ipſa per-
mixtio hunc ſibi motũ miniſtret. Sed quia cõſtat motũ corpori non eſſe: ſi nec animæ
ineſt, ex duabꝰ rebus motu carentibꝰ nullus motus efficiť: ſicut nec ex duabꝰ dulci-
bus, amaritudo, nec ex duabꝰ amaris dulcedo proueniet: nec ex gemino frigore calor,
aut frigus ex gemino calore, naſceť. Om̃is enĩ qualitas geminata creſcit, nunq̃ ex du
plicatis ſimilibꝰ cõtrarietas emergit: ergo nec ex duabꝰ ĩmobilibꝰ motus erit: Homi-
nẽ igitur permixtio nõ mouebit. Hinc inexpugnabilis ſyllogiſmus ex cõfeſſarũ rerũ
indubitabili luce colligitur. Animal mouetur: motũ autem animali aut anima prę-
ſtat, aut corpus, aut ex vtroqꝫ permixtio: ſed neqꝫ corpus, neqꝫ permixtio motum prę-
ſtat: igitur anima motum pręſtat. Ex his apparet animã initium motus eſſe: initium
autem motus, tractatus ſuperior docuit per ſe moueri. Animam ergo αυτοκίνητον eſſe,
id eſt per ſe moueri, nulla dubitatio eſt.

ASCEN. Animã quoqꝫ intelligamꝰ nõ moueri: legẽdũ putẽ nõ mouere: intulit em̃ ſupra aĩam ĩterdũ a motu
ceſſare, qa nõ ſemꝑ videmꝰ corpus agitari: vnde de motu actiuo loqť: quẽ ideo negat aĩę eſſentiam: vt ipſe puto
calorẽ nõ eſſe ignis eſſentiã, licet naturaliter nõ ſit ab eo ſeparabilis: ſeparatus em̃ eſt in camino triũ puerorũ tẽ
pore Danielis. Et licet nobis dormientibus aĩa nõ quieſcat, qa corpus viuificat, & aĩat, alimẽtiqꝫ concoctionẽ fa
cit: ab om̃i tñ motu tẽpore modico ſuſpẽdi etiã in corpore poſſet, vt in ſtupido: extra aũt corpus qđ moueat quę
ras: ſi ſeipſam, idẽ erit mouens & motũ &c. Macrobius autẽ in fine huius capitis aĩę pathe ſeu paſſiones motus
quoſdã eſſe, ait. De ſeparatis aũt facilius eſſet multa q̃rere q̃ quęſita diſſoluere: vt quõ ab igne afficiantur: quomo
do agnoſcantur, vt hic Scipio ex imaginibus, & pater ex propria figura? Sed ſuperſedeo.

Quẽ in modũ reliquæ Ariſtotelis obiectiones a Platonicis refellanť. Cap. XVI.

HIc ille rurſus obloquiť, & alia de initiis diſputatione confligit. Eadẽ Secũda
enim hic ſoluendo repetimus, quę ſupra in ordinẽ obiecta digeſſimꝰ. obiectio
Non poſſunt inquit, eadẽ initiis ſuis eſſe quæ inde naſcuntur: & ideo & repul
anima quæ initiũ motus eſt, nõ moueri: ne idem ſit initiũ & quod de ſio.
initio naſcitur, id eſt ne motus ex motu proceſſiſſe videatur. Ad hęc
facilis, & abſoluta reſponſio eſt: quia vt principia & hæc quæ de prin
cipiis prodeunt in aliquo nõnunq̃ inter ſe differre fateamur: nũq̃ tamen ita ſibi poſ-
ſunt eſſe contraria, vt aduerſa ſunt ſibi, ſtare, & moueri. nam ſi albi initium nigrum
vocaretur, & ſiccũ eſſet humoris exordiũ: bonũ de malo, ex amaro initio dulce proce
deret. Sed nõ ita eſt: quia vſqꝫ ad contrarietatẽ initia, & ſequentia diſſidere natura nõ
patitur. Inuenitur tamẽ inter ipſa nõnunq̃ talis differẽtia, qualis inter ſe origini ꝓ-
greſſioniqꝫ cõueniat: vt eſt hic quoqꝫ inter motũ quo mouetur anima, & quo mouet
cætera. Non enĩ animã Plato ſimpliciter motũ dixit: ſed motum ſe mouentem. Inter
motũ ergo ſe mouentẽ, & motũ quo mouet cætera, quid interſit ĩ aperto eſt. Siquidẽ
ille ſine auctore eſt, hic aliis motus auctor eſt. Cõſtitit ergo neqꝫ adeo poſſe initia, ac
de initiis ꝓcreata differre, vt contraria ſibi ſint: nec tamen hic moderatã differentiã
defuiſſe. Nõ igitur ſtabit principium motus: qđ ille artifici concluſione collegit. His Tertia.
tertia (vt meminimus) ſucceſſit obiectio. Vni rei contraria ſimul accidere nõ poſſe:
& quia cõtraria ſibi ſunt mouere, & moueri: nõ poſſe animã ſe mouere, ne eadem &
moueať, & moueat. Sed hoc ſuperiꝰ aſſerta diſſoluunt. Siquidem cõſtitit in aĩę motu
duo nõ intelligẽda, ꝙ moueat, & ꝙ moueatur: qa nihil aliud eſt ab ſe moueri, q̃ moue
ri alio nõ mouẽte. Nulla eſt cõtrarietas, vbi qđ fit vnum eſt: quia fit nõ ab alio circa
aliũ, quippe cũ ipſe motus animæ ſit eſſentia. Ex hoc ei (vt ſupra retulimus) nata eſt Quarta
occaſio quarta certaminis. Si animæ eſſentia motus eſt inquit, cur ĩterdum quieſcit: et eius
cũ nulla alia res contrarietatẽ propriæ admittat eſſentiæ? Ignis cuius eſſentiæ calor ſolutũ.
ineſt, calere nõ deſinit. Et qa frigidũ niuis in eſſentia eius eſt: nõniſi ſemꝑ eſt frigida.
Et aĩa igiť eadẽ rõne nũq̃ a motu ceſſare deberet. Sed dicat velim, quãdo a motu ceſ
ſare animã ſuſpicať. Si mouẽdo ſe, inqt, moueat & corpus: neceſſe eſt vtiqꝫ, quãdo non
moueri corpus videamꝰ, animã quoqꝫ intelligamꝰ nõ moueri. Cõtra hoc in prõptu
eſt gemina defenſio. Primũ qa nõ in hoc deprehẽditur motꝰ animæ, ſi corpus agiteť.
Nã & cũ nulla pars corporis moueri videť in hoĩe: tamẽ ipſa cogitatio, aut in quo-
cũqꝫ animali auditus, viſus, odoratꝰ, & ſimilia: ſed & in quiete ipſa ſpirare, ſomniare,
oĩa hæc motus animæ ſunt. Deinde quis ipſum corpus dicat ĩmobile, etiã dum non
videtur agitari: cũ incrementa mẽbrorũ, aut ſi iam creſcendi ætas & tẽpus exceſſit,
cũ ſaltus cordis ceſſationis impatiens, cũ cibi ordinata digeries naturali diſpẽſatiõe

inter venas & viſcera ſuccũ miniſtrãs,cũ ipſa collectio fluentorũ perpetuũ corporis teſte tur agitatũ?Et anima igit̃ æterno & ſuo motu, ſed & corpus q̃diu ab initio & cauſa mo

Quinta. tus animatur,ſemper mouet̃.Hinc eidem fomes quintę ortus eſt quęſtionis.Si anima in quit,aliis cauſa eſt motus,ipſa ſibi cauſa motus eſſe non poterit:qa nihil eſt q̃d eiuſdem rei & ſibi & aliis cauſa ſit.Ego vero licet facile poſſim probare plurima eſſe, quæ eiuſdẽ rei & ſibi & aliis cauſa ſint:ne tamen ſtudio videar oĩbus quę aſſerit obuiare,hoc verum eſſe concedã,q̃d & ꝑ vero habitũ ad aſſerendũ motũ animæ non nocebit. Etem̃ aĩam ini tiũ motus & cauſam vocamus.de cauſa poſt videbimus.Interim conſtat omne initiũ ineſ ſe rei,cuius eſt initium:& ideo quicquid in quãcũq; rem ab initio ſuo proficiſcitur, hoc in ipſo initio reperitur.Sic initium caloris nõ poteſt nõ calere. Ignem ipſum de quo ca lor in alia tranſit,quis neget calidũ?Sed ignis inquit nõ ſe ipſe calefacit, quia natura to tus eſt calidus.Teneo q̃d volebã:nam nec anima ita ſe mouet,vt ſit inter motũ mouẽteq; diſcretio:ſed tota ita ſuo motu mouet̃,vt nihil poſſis ſeparare quod moueat. Hęc de ini tio dicta ſufficient.De cauſa vero, quoniã ſpontanea conniuentia conceſſimus,ne quid eiuſdẽ rei & ſibi & aliis cauſa ſit,libẽter acquieſcimus:ne aĩa quę aliis cauſa motus eſt, ac ſibi cauſa motus eſſe videat̃. His em̃ cauſa motus eſt,q̃ non mouerent̃, niſi ipſa p̃ſtaret.

Sexta. Illa vero vt moueat̃ nõ ſibi ipſa largit̃:ſed eſſentię ſuę eſt,ꝙ mouet̃.Ex hoc quęſtio quę ſe quit̃ abſoluta eſt.tũc em̃ forte concedam̃,vt ad motus exercitiũ inſtrumẽta q̃rant̃,quãdo aliud eſt q̃d mouet,aliud quod mouet̃.In anima vero hoc nec ſcurrilis iocus ſine damno verecundię audebit expetere,cuius motus eſt in eſſentia : cũ ignis licet ex cauſa intra ſe latente moueatur,nullis tamẽ inſtrumẽtis ad ſuperna cõſcendat. Multoq; minus hæc in

Septima anima quęrenda ſunt,cuius motus eſſentia ſua eſt.In his etiã quæ ſequunt̃, vir tãtus & alias vltra cæteros ſerius,ſimilis cauillanti eſt. Si mouetur inquit anima, inter cæteros motus etiã de loco in locũ mouet̃:ergo modo,ı̃it,corpus egredit̃,modo rurſus ingredi tur,& in hoc exercitio ſæpe verſat̃:q̃d fieri non videmus:non igit̃ anima mouet̃. Contra hoc,nullus eſt qui non ſine hęſitatione reſpondeat,nõ oĩa quę mouent̃,etiã de loco in lo cum moueri.Aptius deniq; in eũ ſilis interrogatio requirẽda eſt. Moueri arbores dicis? quod cum (vt opinor) annuerit,pari dicacitate ferietur. Si mouent̃ arbores,ſine dubio (vt tu dicere ſoles)inter alios motus etiã de loco in locum mouentur: hoc autẽ videm⁹ per ſeipſas facere non poſſe:igitur arbores non mouentur.Sed vt hunc ſyllogiſmũ addi tamento ſerium facere poſſimus:poſtq̃ dixerimus,ergo arbores nõ mouentur:adiiciem⁹ ſed mouent̃ arbores,non igit̃ omnia quę mouentur etiã de loco in locum mouent̃:& ita finis in exitum ſanę concluſionis euadet.Si ergo arbores fatebimur moueri quidem: ſed apto ſibi motu:cur hoc animę negemus,vt motu eſſentię ſuæ conueniente moueat̃?Hęc & alia valide dicerent̃ etiã ſi hoc motus gn̄e moueri aĩa nõ poſſet.cũ vero & corpus ani met acceſſu,& a corpore certa cõſtituti tẽporis lege diſcedat,quis eam neget etiã in lo cum(vt ita dicam)moueri?Qꝫ aũt non ſępe ſub vno tẽpore acceſſum variat & receſſum facit hoc diſpoſitio arcana & conſulta naturę:quę ad animalis vitã certis vinculis cõti nendã tantũ aĩę iniecit corporis amorẽ vt amet vltro ꝙ iuncta eſt : raroq; contingat, ne

Octaua. finita quoq; lege tẽporis ſui mœrẽs& inuita diſcedat.Hac quoq; obiectiõe(vt arbitror) diſſoluta,ad eas interrogationes quibus nos videt̃ vrgere veniam⁹.Si mouet inq̄t ſe aĩa: aliquo motus genere ſe mouet.dicendũ ne eſt igit̃ aĩam ſe in locũ mouere? ergo ille loc⁹ aut orbis aut linea eſt.An ſe pariendo ſeu conſumẽdo mouetur?ſe ne auget aut minuit? aut proferatur in medium,ait,aliud motus genus,quo eam dicamus moueri.Sed omnis hæc interrogationum moleſta congeries,ex vna eademq; defluit male cõceptæ definitio nis aſtutia.Nam quia ſemel ſibi propoſuit omne q̃d mouet̃, ab alio moueri:omnia hæc motuũ gn̄a in anima quærit, in q̄bus aliud q̃d mouet,aliud eſt q̃d mouet̃:cũ nihil horũ cadere in aĩam poſſit,in qua nulla diſcretio eſt mouẽtis & moti.Quis eſt igit̃,dicet aliq̄s, aut vnde intelligit̃ aĩę motus,ſi horũ nullus eſt?ſciet hoc quiſq̄s noſſe deſiderat,vel Pla tone dicẽte vel Tullio,Quinetiã cęteris quę mouent̃,hic fons,hoc principium eſt moue

Fõs mo tus. di.Quanta ſit autem vocabuli huius expreſſio,quo aĩa fons motus vocat̃,facile reperies ſi rei inuiſibilis motũ ſine auctore,atq; ideo ſine initio, ac ſine ſine prodeuntẽ, & cætera mouentem mente concipias : cui nihil ſimilius de viſibilibus, q̃ fons potuerit reperiri: qui ita principium eſt aquæ,vt cum de ſe fluuios & lacus ꝓcreet,a nullo naſci ipẽ dicat̃.

Nã ſi ab alio naſceref,nõ eſſet ipſe principiũ.Et ſicut fons nõ facile ſemp deprehẽdif: ab ipſo tñ q fundunf,aut Nilus eſt,aut Eridanus,aut Iſter,aut Tanais:& vt illorũ rapidita tem videndo admirãs,& intra te tantarũ aquarũ originẽ reqrẽs,cogitatione recurris ad fontẽ:& hũc oẽm motũ intelligis de primo ſcaturiginis manare principio:ita cũ corporũ motũ ſeu diuina,ſeu terrena ſint,cõſiderãdo q̃rere forte authorẽ velis, mẽs tua ad aĩam quaſi ad fontẽ recurrat:cuius motũ etiã ſine corporis miniſterio teſtantur cogitationes, gaudia,ſpes,timores.Nã motꝰ eius eſt boni maliq; diſcretio,virtutũ amor,cupido vitio rũ:ex qbus effluũt oẽs inde naſcentiũ rerũ meatus.Motꝰ.n.eius eſt qcqd iraſcimur, & in feruorẽ mutuę colliſionis armamur:vnde paulatim ꝓcedẽs rabies fluctuat ꝑliorũ. Motꝰ eius eſt,ꝙ in deſideria rapimur,ꝙ cupiditatibus alligamur.Sed hi motus ſi ratione gubernẽtur,proueniũt ſalutares:ſi deſtituanf,in ꝑceps & rapiunf & rapiunt.Didiciſti motus aĩę,quos modo ſine miniſterio corporis,modo ꝑ corpus exercet.Si vero ipſius mundanę aĩæ motus reqres:cæleſtem volubilitatẽ & ſphęrarũ ſubiacẽtiũ rapidos impetꝰ intuere,ortũ occaſumve ſolis,curſus ſiderũ vel recurſus:quæ oĩa aĩa mouẽte ꝓueniũt.Immobilẽ vero eã dicere,quę mouet oĩa,Ariſtoteli nõ cõuenit:q quãtus in aliis ſit,probatũ eſt:ſed illi tantũ quẽ vis naturæ,quem ratio manifeſta non moueat. Motus animæ.

ASCEN.Edocto aĩæ motu.Ergo & motus aĩę docef hominẽ:& homo docef motũ aĩę:q̃ poſterior locutio vſitatior eſt.Virtutes aũt hic fere diſtinguũtur,vt quę apud nos vitas actiuã & contẽplatiuã cõſtituunt.Exercitiũ, frequẽtiꝰ exercitatio dicif.Deuius caducorũ.i.nõ ſectator,ſed extra viã poſitꝰ: Reſpexit eñ ad id qđ dixerat,ſectator cęleſtiũ quaſi ſit viã ſecans cæleſtiũ ꝑ quã itur ad aſtra:cuius cõtrariũ eſt deuiꝰ.i.de via declinans & eã nõ ſectans. Vtroq; exercitio & actiuo & cõtẽplatiuo:ſic enim nunc loqmur.Hermagorę dictũ de aĩarũ fontiũ purgatione:qa videf de damnatis in mortẽ loqui, dicit eñ ſero reuerti,&c.impiũ eſt:ſicut etiam vecors,eorum q nullam poſt hanc vitam recipiunt purgationem.Sed hęc hactenus.

Scipionem ab auo ſuo Africano tam ad ocioſas q̃ ad negocioſas virtutes incitatum fuiſſe.Tum de tribus philoſophię partibus,quarũ nullam Cicero intactam prætererit.

CAP.XVII.

EDocto igif atq; aſſerto aĩę motu, Africanus qualiter exercitio eiꝰ vtendũ ſit,in hæc verba mãdat & ꝑcipit.Hãc tu exerce optimis in rebꝰ. Sũt aũt optimę curę de ſalute patrię:qbus agitatꝰ & exercitatꝰ animꝰ velocius i hãc ſedẽ & domũ ſuã ꝑuolabit.Idq; ocyus faciet,ſi iã tũ quũ erit incluſus in corpore eminebit foras,& ea q̃ extra erũt contẽplãs q̃ maxime ſe a corpore abſtrahet.Nãq; eorũ animi q ſe corporis voluptatibꝰ dederunt,earumq; ſe quaſi miniſtros ꝑbuere,impulſuq; libidinũ voluptatibus obedientiũ, deorũ & hoĩm iura violauere:corporibus elapſi circũ terrã ipſam volutanf: nec hũc in locũ niſi multis agitati ſeculis reuertunf. ¶In ſuperiore huius operis parte diximꝰ alias ocioſas,alias negocioſas eſſe virtutes:illas philoſophis, has rerũpublicarũ rectoribꝰ con uenire:vtraſq; tamẽ exercentẽ facere beatũ.Hę virtutes interdũ diuidunf,nõnunq̃ vero miſcenf:quũ vtrarũq; capax & natura & inſtitutione animꝰ inuenif.Nã ſi qs ab omni q̃dẽ doctrina habeaf alienus,in repu.tamẽ & prudẽs,& tẽperatꝰ,& fortis,& iuſtus ſit:hic a feriatis remotus,eminet tñ actualiũ vigore virtutũ:qbus nihilominꝰ cælũ cedit in pręmiũ.Si qs vero inſita quiete naturę non ſit aptus ad agendũ,ſed ſolũ optima conſciẽtiæ dote ereptus ad ſupera,doctrinę ſupellectilẽ ad exercitium diuinę diſputationis expẽdat ſectator cęleſtiũ,deuius caducorũ:his quoq; ad cęli verticẽ ocioſis virtutibus ſubuehef. Sępe tñ euenit,vt idẽ pectus & agẽdi & diſputandi ꝑfectione ſublime ſit,& cęlum vtroq; adipiſcaf exercitio virtutũ.Romulus nobis in primo gñe ponaf:cuius vita virtutes nũ q̃ deſeruit,ſemp exercuit.In ſecũdo Pythagoras:q agẽdi neſcius,fuit artifex diſſerẽdi, & ſolas doctrinę & conſciẽtiæ virtutes ſecutꝰ eſt. Sint in tertio ac mixto gñe apud græcos Lycurgus & Solon:inter Romanos Numa,Catones ambo,multiq; alii,qui & philoſophiã hauſerũt altius,& firmamẽtũ reip.ꝓſtiterũt.Soli eñ ſapiẽtię ocio deditos,vt abũ de græcia tulit:ita Roma nõ neſciuit.Quoniã igif Africanus noſter,quẽ mõ auus ꝑceptor inſtituit,ex illo gñe eſt,qđ & de doctrina viuẽdi regulã mutuaf,& ſtatũ publicum virtutibus fulcit:ideo ei ꝑfectionis geminę ꝑcepta mãdanf: ſed vt in caſtris locato & ſudanti ſub armis primũ virtutes politicę ſuggerunf,his verbis.Sunt aũt optimæ curę de ſalute patriæ:qbꝰ agitatus & exercitatus animus velocius in hãc ſedẽ & domũ ſuã ꝑuolabit.Deinde quaſi nõ minꝰ docto q̃ forti viro ꝑhis apta ſubdunf,cũ dicit:Idq; ocyus

Virtutes duplices.

Exercitium.

» faciet,ſi iã tũc cũ erit incluſus in corpore,eminebit foras: & ea quę extra erũt cõtẽplans
ꝗ maxime ſe a corpore abſtrahet.Hęc em̃ illius ſunt pcepta doctrinę,quę illã dicit mor-
tẽ philoſophãtibus appetẽdã.Ex qua fit,vt adhuc in corpore poſiti,corpus,vt alienã ſar
cinã(inquãtũ patiť natura)deſpiciãt.Et facile nũc atq; opportune virtutes ſuadet:poſtꝗ
quãta,& ꝗ diuina pmia virtutib⁹ debeanť,edixit.Sed qa inter leges quoq; illa imperfecta
diciť,in qua nulla deuiantibus pœna ſanciť: ideo in cõcluſione operis pœnã ſancit extra
Herma- hæc pcepta viuẽtibus.Quẽ locũ Hermagoras ille Platonicus copioſius executus eſt,ſecu
goras. la infinita dinumerãs,qbus nocentũ aïę in eaſdem pœnas ſępe reuolutę, ſero de tartaris
emergere permittunť,& ad naturæ ſuę principia,qđ eſt cęlũ,tãdẽ impetrata purgatione
remeare.Neceſſe eſt em̃ oẽm aïam ad originis ſuę ſedẽ reuerti: ſed quę corpus tanꝗ pere
grinę incolũt,cito poſt corpus velut ad patriã reuertunť: Quæ vero corporũ illecebris
vt ſuis ſedib⁹ inhęrẽt:quãto ab illis violentius ſeparanť,tanto ad ſupera ſerius reuertun
tur.Sed iã finẽ ſomnio cohibita diſputatiõe faciam⁹:hoc adiecto, qđ cõcluſionẽ decebit:
Moralis Qꝛ cũ ſint totius philoſophiæ tres partes,moralis,naturalis,& rationalis:& ſit moralis,
Natura quę docet morũ elimatã pfectionẽ:naturalis,quę de diuinis corporibus diſputat:rationa
lis & ra- lis,cũ de incorporeis ſermo eſt,ꝗ mẽs ſola cõplectiť:nullam de tribus Tullius in hoc ſo-
tionalis mnio prętermiſit.Nã illa ad virtutes amoreq; patrię,& ad contemptũ glorię adhortatio
phia. quid aliud continet niſi ethicę philoſophię inſtituta moralia? Cũ vero vel de ſphęrarũ
modo,vel de nouitate,ſiue magnitudine ſiderũ,deq; principatu ſolis, & circis cęleſtib⁹,
cingulisq; terreſtribus,& oceani ſitu loquitur,& harmonię ſuperũ pandit arcanũ:phyſi
cæ ſecreta commemorat.At cum de motu & immortalitate animę diſputat,cui nihil cõ
ſtat ineſſe corporeum,cuiuſq; eſſentiam nullius ſenſus,ſed ſola ratio deprehẽdit:illic ad
altitudinẽ philoſophię rationalis aſcendit.Vere igiť pronunciandũ eſt, nihil hoc opere
perfectius,quo vniuerſa philoſophiæ continetur integritas.

Finis expoſitionis in Somnium Scipionis.

ASCEN.Nihil antiquius:nihil chari⁹ & obſeruabilius:qa res bonę quo antiqores,eo ſolẽt eẽ meliores:& ideo chariores & obſeruabiliores,vt vina,amicitia,hoſpitalitas,nobilitas.Ideo Flacc⁹. Mecœnas atauis edite regib⁹ &c·Inſtitutiõe tua,Valla diceret tui .Ad cuius.ſ.inſtitutionis tui:compẽdia,methodũ & breuẽ viã:lõgis anfra-ctibus ,circuitibus & extrauagationib⁹:ducẽs, exiſtimãs.Nec mihi vitio vertas.Id ſi ad filium ſolũ, pter pſonæ decorũ videreť:qa nõ decet patrẽ id a filio deprecari:ſed ad oẽs lectores reſpicit.purgat etiã quodãmodo ꝙ Gellij ſubinde integra fere capita ad opus ſuũ tranſcripſit.Boni cõſulas.i.in bonũ accipias & ducas. Apes imitari quo-dãmodo debemus.Atqui iam dixit ſe id non facturum,ſed ſua cuiq; authori verba ſeruaturũ:ſed id interdũ,ideo nũc addit quodãmodo.Alioqn ,ſcribã alioqui,licet interdũ quin quaſi qui non,recte ſcribas.Vna redditur.i.effici tur, ſup. vox & ſymphonia.Conſpirata,congeſta aut conuenientia,vt conſpirati in vnã ſententiã.Voluptati le-gere,dicam legenti.&c.Sub alio cælo,qa gręcus erat natione:qđ & nomen indicat:eſt em̃ Macrobius lõgęuus:& latinos gręcis collaturus manifeſte indicabit cuias ſit.Sed nę.i.certe ego incautus ſum·opportune ſeipm arguit, eo argumẽto qđ cuiq; A.Gelliũ legere ſolito paratũ erat.Recitat em̃ A.Gelli⁹ lib.xj.cap.viij.pene eiſdẽ verbis.

MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS IN CONVIVIORVM Primi Diei Saturnaliorum Librum Primum, Ad Euſtathium Filium

PROLOGVS.

MVLTAS Variaſq; res ĩ hac vita nobis Euſtathi fili natura cõciliauit, Sed nulla nos magis, ꝗ eorũ q̃ nobis eſſent pcreati charitate deuinxit: eaq; noſtrã ĩ his educãdis atq; erudiendis curam eſſe voluit, vt parentes: neq; ſi id quod cuperent ex ſententia cederet, tantum vlla alia ex re voluptatis: neq; ſi contra eueniret, tantum mœroris, capere poſſint.

Hinc eſt ꝙ mihi quoq; inſtitutione tua nihil antiquius æſtimat̃. Ad cuius ꝑfectionē Antiquã
cōpēdia longis anfractib⁹ anteponēda ducens, moræq; omnis īpatiens: nō opperior,
vt ꝑ hæc ſola te ꝓmoueas, qb⁹ ediſcēdis gnauiter ipſe īuigilas: ſed ago, vt ego quoq;
tibi legerim: & quicq̃d mihi vel te iā in lucē edito, vel anteq̃ naſcereris, ī diuerſis ſeu
græcæ ſeu Romanæ linguæ voluminib⁹ elaboratū eſt, id totū ſit tibi ſciētię ſupellex:
& quaſi de quodā literarū penu ſiquādo vſus venerit, aut hiſtoriæ q̃ in librorū ſtrue
latens clā vulgo eſt, aut dicti factive memorabilis reminiſcēdi: facile id tibi īuētu atq;
depromptu ſit. Nec indigeſte tāq̃ in aceruū cōgeſſim⁹ digna memoratu: ſed variarū
rerū diſparilitas, authorib⁹ diuerſa, cōfuſa tēporib⁹ ita in quoddā digeſta corp⁹ eſt:
vt q̃ indiſtincte atq; ꝓmiſcue ad memoriæ ſubſidium annotaueram⁹, in ordinē inſtar
mēbrorū coh̨ętia cōuenirent. Nec mihi vitio vertas, ſi res quas ex lectiōe varia mu
tuabor, ipſe ſæpe verbis quib⁹ ab ipſis authorib⁹ enarratę ſunt, explicabo: quia ꝑ̄ſens
opus nō eloquētiæ oſtētationē, ſed noſcendorū congeriē pollicetur. Et boni conſulas
oportet, ſi notitiā vetuſtatis modo noſtris nō obſcure, modo ipſis antiquorū fideliter
verbis recognoſcas: prout quęq; ſe vel enarranda, vel trāſferenda ſuggeſſerint. Apes
enī quodāmodo debemus imitari, q̃ vagantur, & flores carpunt: deinde q̃cq̃d attule-
re, diſponunt, ac ꝑ fauos diuidunt, & ſuccum variū in vnum ſaporem miſtura quadā
& ꝓprietate ſpirit⁹ ſui mutant. Nos quoq; quicq̃d diuerſa lectione quęſiuim⁹, cōmit
temus ſtilo, vt in ordinē eodē digerente coaleſcat. Nā & in animo meli⁹ diſtincta ſer-
uantur, & ipſa diſtinctio nō ſine quodam fermento, quo cōditur vniuerſitas, in vnius
ſaporis vſum varia libamēta cōfundit: vt etiā ſi quid apparuerit vnde ſumptum ſit,
aliud tamen eſſe q̃ vnde ſumptū noſcetur, appareat. Q̃d in corpore noſtro videmus
ſine vlla opera nr̃a facere naturā. Alimēta q̃ accipim⁹, q̃diu in ſua qualitate ꝑſeuerāt,
& ſolida innatant, male ſtomacho oneri ſunt: at quū ex eo q̃d erant mutata ſunt, tū
demū in vires & ſanguinem tranſeunt. Idem in his quib⁹ aluntur ingenia ꝑ̄ſtemus:
vt quęcunq; hauſimus non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint: ſed in quandā dige- Dige-
riem concoquantur. Alioquin in memoriā ire poſſunt, nō in ingenium. Ex omnibus ries.
colligamus, vnde vnū fiat ex oībus: ſicut vnus numerus fit ex ſingulis. Hoc faciat no
ſter animus: omnia quibus eſt adiutus abſcondat, ipſum tamē oſtendat q̃d effecit. Vt
qui odora pigmenta cōficiunt, ante oīa curant, vt nullius ſint odoris ꝓpria q̃ cōdiū-
tur, confuſuri videlicet omniū ſuccos odoraminū in ſpiramentū vnū. Vides q̃ mul- Chorus
torū vocib⁹ chorus cōſtet: vna tamen ex oībus redditur. Aliqua eſt illic acuta, aliqua
grauis, aliqua media: accedunt viris fœminæ, interponitur fiſtula. Ita ſingulorū illic
latent voces, omniū apparēt, & fit concent⁹ ex diſſonis. Tale hoc præſens opus volo.
Multæ in illo arte, multa ꝑ̄cepta ſunt, multarum ætatum exempla: ſed in vnum con-
ſpirata. In quib⁹ ſi neq; ea quæ iam tibi cognita ſunt aſperneris, nec quæ ignota ſunt
vites: inuenies plurima quæ ſint aut voluptati legere, aut cultui legiſſe, aut vſui me
miniſſe. Nihil enim huic operi inſertum puto, aut cognitu inutile, aut difficile per-
ceptu: ſed omnia, quibus ſit ingenium tuum vegetius, memoria adminiculatior, ora- Admini
tio ſolertior, ſermo īcorruptior: niſi ſicubi nos ſub alio ortos cælo latinæ linguæ ve- culatior
na nō adiuuet. Q̃d ab hiſce (ſi tamen quibuſdam forte nonnunq̃ tempus voluntaſq;
erit iſta cognoſcere) petitum impetratumq; volumus: vt æqui boniq; conſulant, ſi in
noſtro ſermone natiua Romani oris elegantia deſideretur. Sed nę ego īcautus ſum, A. Albi-
qui venuſtatem reprehenſionis incurram a M. quondam Catone profectæ in Aulum nus.
Albinū, qui cū Lucio Lucullo cōſul fuit. Is Albinus res Romanas oratione gręca ſcri Gel. li. xi
ptitauit. In eius hiſtoriæ primo ſcriptū eſt ad hanc ſententiā: Neminē ſuccenſere ſibi cap. viii.
conuenire, ſiquid in illis libris parū cōpoſite, aut minus eleganter ſcriptū foret. Nā
ſum, inquit, homo Romanus, natus in Latio: vnde & eloquiū gręcum a nobis alieniſſi
mū eſt. Ideoq; veniā gratiaq; malę exiſtimationis, ſiquid eſſet erratū, poſtulauit. Ea cū
legiſſet M. Cato, Nę tu, inquit, Aule nimiū nugator es: quū maluiſti culpam depreca Deꝑcari
ri, q̃ culpa vacare. Nam petere veniā ſolemus, aut quū imprudentes errauimus, aut
quum noxam imperio cōpellentis admiſimus: Te, inquit, oro, quis perpulit, vt id cō- Noxa.
mitteres: q̃d priuſq̃ faceres, peteres vti ignoſceretur? Nunc argumentum quod huic
operi dedimus, velut ſub quodam prologi habitu dicemus.

ASCEN. Solẽniter feriatũ.i. ſolẽni & feſtiuo ocio celebratũ. Neq; em̃ Cottę &c. huius hypotheticę neutrã partẽ
negandã cenſet, ſed priorem ſine poſteriore admittendã negat.q.d. Si illis licuit, & his licebit ſummis de rebus col
loqui. Nec mihi ſit fraudi.i. diminutioni noĩs aut glorię: ſi vni aut alteri.i. pauci ex his quos in his cœnis matu
ra ętas coegit cœtu.i. in cœtũ & ſocietatẽ quaſi ęquali ſenio confectos congregauit: ſint poſteriori ſeculo Prętexta
ti.i.q̃ ſit ſeculũ prętextati.i. nati poſt prętextatũ. Quã tñ rem niſi purgaret exẽplo Platonis nõ oẽs approbarẽt:
videt̃ em̃ inepta anticipatio: quę tũc reprehẽſione vacat, cũ ea loqui inducant̃ quę locutos eſſe conſtat: vt ſi Mo=
ſem, Dauid, cęteroſq; prophetas de Chriſto ad nos mittendo ad deũ patrẽ colloquentes induxerit ijs verbis quæ
in eorũ reperiuntur libris: tunc enim per viros eorum ſcripta collata intelligeremus. Mitti in digitos.i. diligen
ti calculo numerari. tractum ex more ruſticano, qui res ad digitos numerant.

ARGVMENTVM TOTIVS OPERIS. CAP.I.

SAturnalibus apud Vectiũ Prętextatũ nobilitatis Romanę proceres do
ctiq; alii congregantur, & tẽpus ſolẽniter feriatũ deputant colloquio li
berali: cõuiuia quoq; ſibi mutua comitate p̃bẽtes, nec diſcedẽtes a ſe ni
ſi ad nocturnã quietẽ. Nam per omne ſpatiũ feriarũ, meliorem diei par
tem feriis diſputationibus occupantes, cœnæ tempore conuiuiales ſer
Cõuiuia lisſermo
mones agitant: ita vt nullũ diei tempus, docte aliquid vel lepide profe=
rendi vacuum relinquatur. Sed erit in menſa ſermo iucũdior, vt habeat voluptatis am
plius, ſeueritatis minus. Nã cũ apud alios q̃bus ſunt deſcripta conuiuia, tũ in illo Plato
nis ſympoſio non auſteriore aliqua de re conuiuarũ ſermo, ſed cupidinis varia & lepida
deſcriptio eſt: in quo quidẽ Socrates non arctioribus, vt aſſolet, nodis vrget atq; impli=
cat aduerſarium, ſed eludendi magis q̃ decertandi modo, apprehenſis dat elabendi pro=
pe, atq; effugiendi locum. Oportet em̃ verſari in cõuiuio ſermones, vt caſtitate integros
ita appetibiles venuſtate. Matutina erit robuſtior diſputatio, quæ viros & doctos, & præ
clariſſimos deceat. Neq; em̃ Cottę, Lęlii, & Scipiones ampliſſimis de rebus, quoad Roma
næ literæ erunt, in veterũ libris diſputabũt: Prætextatos vero, Flauianos, Albinos, Sym=
machos, & Euſtathios, quorũ ſplẽdor ſiliis, & nõ inferior virtus eſt, eodẽ modo loqui ali=
q̃d licitũ non erit. Nec mihi fraudi ſit, ſi vni aut alteri ex his quos cœtu coegit matura
ætas, poſteriori ſeculo Prætextati ſint: quod licito fieri Platonis dialogi teſtimonio ſũt.
Quippe Socrate ita Parmenides antiquior, vt huius pueritia vix illius apprehenderit ſe
nectutem, & tamen inter illos de rebus arduis diſputat̃. Inclytum dialogum Socrates ha
bita cum Timæo diſputatione conſumit, quos conſtat eodem ſeculo non fuiſſe. Paralus
vero & Xantippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonẽ differunt,
ſecundo aduentu Athenis morante: quos multo ante infamis illa peſtilentia Athenis ab
ſumpſerat. Annos ergo coeuntium mitti in digitos (exemplo Platonis nobis ſuffragan
te) non conuenit. Quo autem facilius quæ ab omibus dicta ſunt, apparere ac ſecerni poſ
ſent: Deciũ de Poſthumiano quinã ille ſermo, aut inter quos fuiſſet, ſciſcitantem fecim9.
Et ne diutius lectoris deſideria moremur, iam Decii & Poſthumiani ſermo palam faciet,
quæ huius colloquii vel origo fuerit, vel ordo proceſſerit.

ASCEN. Tentãti aditus &c. ex quarto æneí. Sola viri molles adit9 & tẽpora noras. Et paulo ante, Tentaturũ
aditus & q̃ molliſſima fandi Tẽpora. Quas.ſ. ferias ĩdulget.i. indulgẽter nobis ꝯcedit, magna pars menſis dicati
Iano: atqui ſaturnalia in decembri pręcipue agitabant̃, vnde Horatius: age libertate decembri. Sed & in Ianua=
rio illa quoq; aut ſiĺia celebrata ex eo conijcere licet ꝙ q̃ nũc in Ianuario miſſitant̃ munera, Sueto. in Aug. dicit
in ſaturnalibus ab eo miſſa. Neq; tamẽ nunc de ſaturnalibus loquit̃ ſed de alijs ferijs poſt ſaturnalia, vt mox vi
debitur. Alijs vero nuper interfui admirantibus &c. Obſcure dictum videtur: nam neſciam an alijs ſermonib9
tuis, an alijs conuiuijs. neq;.n. congruit vt dicamus alijs viris, q̃a nõ dicimus interfui viris ſed adfui aut p̃ſens
fui. ſed ſi ſermonib9 aut conuiuijs: quomodo additur admirantibus? Suſpicari aũt libet mendũ eſſe, vt ſit admi
rantibus pro admirãs. Hoc vnũ Deci: vocãdi eſt caſus, a noĩatiuo Decius. Voluiſſem. verba ſunt Poſthumia=
ni Decio reſpondentis. Agetur em̃ res per dialogũ. Vbertim caſteq;.i. licet vbertim citra tamẽ luxuriem.

Quę conuiualis huius ſermonis origo, & quis ordo fuerit. Cap.II. DECIVS.

TEntanti mihi Poſthumiane aditus tuos, & molliſſima cõſultandi tẽpo=
ra, quũ modo adſunt ferię, quas indulget magna pars menſis Iano dica
ti. Cęteris em̃ ferme diebus, q̃ cauſis opportuni perorãdis ſunt, hora oĩ=
no reperiri nulla p̃ot, quin tuorũ clientiũ negocia vel defendas in foro,
vel domi diſcas. Nũc aũt (ſcio te em̃ non ludo ſed ſerio feriari) ſi eſt cõ=
modũ reſpõdere id q̃d rogatum venio, tibi ipſi quantũ arbitror nõ iniu
cundũ, mihi vero gratiſſimũ feceris. Requiro aũt abs te id primũ, interfueris ne cõuiuio
per pluſculos dies cõtinua comitate renouato: eiq; ſermoni quẽ p̃dicare in primis, queq;
† admi= rans.
apud oẽs maximis ornare laudib9 diceris: quẽ q̃dẽ ego ex patre audiſſẽ: niſi poſt illa cõui
uia Roma p̃fectus Neapoli moraret̃. Aliis vero nup interfui † admirãtibus memorię tuę

vires vniuerſa q̄ tūc dicta ſunt per ordinē ſępe referētis.POST.Hoc vnū Deci nobis(vt & ipſe,quantū tua ſinit adoleſcentia,videre,& ex patre Albino audire potuiſti) in omni vitę curſu optimū viſum eſt:vt quantū ceſſare a cauſarū defenſione licuiſſet,tātū ad eruditorū hoīm tuiq; ſimiliū,cōgreſſum aliquē ſermonēq; conferrē.Neq; enim recte inſtitutus animus requieſcere aut vtilius, aut honeſtius vſq̄ poteſt, q̄ in aliqua opportunitate docte ac liberaliter colloquendi,interrogādiq; & reſpōdendi comitate.Sed quodnā iſtud conuiuiū? An vero dubitādū eſt,qn id dicas, qđ doctiſſimis procerū cæteriſq; nup apud Vectiū Pręteχtatū fuit,& diſcurrēs poſt inter reliquos grata viciſſitudo variauit? DEC. De hoc ipſo q̄ſitū venio:& explices velim,quale illud cōuiuiū fuerit,a quo te abfuiſſe ꝓpter ſingularē oīm in te amicitiā nō opinor. POST.Voluiſſem eqdē,neq; id illis vt exiſtimo ingratū fuiſſet: ſed quū eſſent amicorū cōplures mihi cauſę illis diebus pernoſcendę,ad cœnā tū rogat⁹,meditādi nō edēdi illud mihi tēpus eſſe reſpōdi:hortatuſq; ſum, vt aliū potius nullo inuolutū negocio,atq; cura liberū quęrerent.Itaq; factū eſt.Nā facūdū & eruditū virū Euſebiū rhetorē inter græcos ꝑſtantē oībus.i.noſtra ætate ꝓfeſſis,doctrinę latialis haud inſciū,Pręteχtatus meū in locum inuitari imperauit.DEC. Vn̄ igiť illa tibi nota ſunt,quę tā iucunde & comiter ad inſtituendā vitā exēplis (vt audio) rerū copioſiſſimis,& varię doctrinę vbertate ꝑlata digeſta ſūt? POST.Quū ſolſtitialis dies,q Saturnaliorū feſta,q̄bus illa conuiuia celebrata ſunt,conſecut⁹ eſt:forenſi cura vacu⁹ lætiore aīo eſſem domi:eo Euſebius cū paucis e ſectatoribus ſuis venit.Statimq; vultu renidens,Permagna me inqt,abs te Poſthumiane quū ex aliis,tū hoc maxime gratia fateor obſtrictū,q̄ a Pręteχtato veniā poſtulādo mihi in cœna vacuefeciſti locū.Itaq; intelligo, nō ſtudiū tātū tuū,ſed ipſam quoq;,vt aliquid abs te mihi fiat commodi, cōſentire atq; aſpirare fortunā.POST. Vis ne inquā,reſtituere id nobis,qđ debitū tā benigne ac tā liberter fateris:noſtrūq; hoc ociū,quo perfrui raro admodū licet,eo ducere,vt his q̄bus interfueris tunc tu,nos intereſſe videamur? Faciā inqt vt vis. Narrabo aūt tibi,non cibū aut potum,tametſi ea quoq; vbertim caſteq; affuerunt:ſed & quæ vel in conuiuiis,vel maxime extra menſam ab iiſdem per tot dies dicta ſunt, in quantum potero animo repetam. Quæ quidem ego quum audirem,ad eorum mihi vitam qui beati a ſapientibus dicerentur,accedere videbar.Nam & quę pridie q̄ adeſſem inter eos dicta ſunt,Auieno mihi inſinuante,comperta ſunt:& omnia ſcripto mandaui, nequid ſubtraheret obliuio.Quæ ſi ex me audire geſtis,caue exiſtimes diem vnam referendis,quę per tot dies ſunt dicta, ſufficere. DEC.Quemnam igitur,& inter quos, aut vnde ortum ſermonem Poſthumiane fuiſſe dicebat? Ita præſto ſum indefeſſus auditor. Tum ille, Declinante, inquit, in veſperum die,quem Saturnale feſtum erat inſecuturum: quum Vectius Prætextatus domi conuenire ſe geſtientibus copiam faceret,eo venerunt Aurelius Symmachus,& Cecinna Albinus,cum ætate,tum etiam moribus ac ſtudiis inter ſe coniūctiſſimi.Hos Seruius inter grammaticos doctorem recens profeſſus, iuxta doctrinam mirabilis & amabilis,verecunde terram intuens,& velut latenti ſimilis ſequebatur.Quos quū proſpexiſſet, obuiamq; proceſſiſſet,ac perblande ſalutauiſſet,conuerſus ad Furium Albinum qui tum forte cum Auieno aderat, Vis ne ait,mi Albine cum his quos aduenıſſe peropportune vides,quoſq; iure ciuitatis noſtrę lumina dixerimus:eam rem de qua inter nos naſci cœperat ſermo,communicemus? Quid ni maxime velim Albinus inquit? Nec enim vlla alia de re,q̄ de doctis quęſtionibus colloqui,aut nobis,aut his poteſt eſſe iucūdius. Quumq; conſediſſent,tum Cecinna.Quidnam id ſit mi Prætextate,tametſi adhuc neſcio,dubitare tamen non debeo,eſſe ſcitu optimum: quum & vobis ad colloquendum cauſam attulerit,& nos eius expertes eſſe non ſinatis.Atqui ſcias inquit oportet, eum inter nos ſermonem fuiſſe,vt quum dies craſtinus feſtis Saturno dicatis initium dabit, quando Saturnalia incipere dicamus,id eſt quando craſtinum diem initium ſumere exiſtimemus? Et inter nos quidem parua quędam de hac diſputatione libauimus:verum quia te quicquid in libris latet,inueſtigare notius eſt,q̄ vt per verecundiam negare poſſis,pergas volo in medium proferre quicquid de hoc quod quærimus edoctum tibi comprehenſumq; eſt. Cōuiue.

ASCEN.Marcus Varro.Vide Gelliū & quę in eū adduxim⁹ lib.iij.cap.ij. Callide aūt ſupra dixit Poſthumianus,ſe oīa ſcriptis cōmiſiſſe:difficile eīn creditu eſſet integra capita recitare,niſi quaſi de ſcripto recitaret ea.& recitat ea quæ Cecinna pronunciarat in conuiuio.

De principio ac diuiſione ciuilis diei. CAP. III.

CVm Cecinna, Quũ vobis q̄ me in hunc ſermonẽ adducitis, nihil ex omibus quę veteribꝰ elaborata ſũt, aut ignoratio neget, aut obliuio ſubtrahat, ſuperfluum video inter ſciẽtes nota proferre. Sed neq; me exiſtimet dignatione conſultationis grauari, quicquid de hoc mihi tenuis memoria ſuggeſſerit, paucis reuoluã. Poſt hęc quũ oẽs paratos ad audiendum erectoſq; vidiſſet, ita exorſus eſt.

Diei pricipii variæ opiniones. ex Gell. lib. iii. cap. ii.

M. Varro in rerũ hũanarũ libro, quẽ de diebꝰ ſcripſit: Hoĩes inqt, q̄ ex media nocte ad ꝓximã mediã noctẽ his horis vigintiquatuor nati ſunt, vno die nati dicunt̃. Quibus verbis ita videt̃ dierũ obſeruationẽ diuiſiſſe, vt q̄ poſt ſolis occaſum ante mediã noctẽ natus ſit, illo quẽ nox conſecuta eſt: contra vero qui in ſex noctis horis poſterioribus naſcit̃, eo die videat̃ natus, qui poſt eam noctẽ diluxerit. Athenienſes autem aliter obſeruare idem Varro in eodem libro ſcripſit: eoſq; a ſolis occaſu ad ſolem iterum occidentem, omne id mediũ tempus vnum diem eſſe dicere. Babylonios porro aliter: A ſole enim exorto ad exortum eiuſdem incipientẽ id ſpatium vnius diei nomine vocare. Vmbros vero vnum & eundem diem eſſe dicere, a meridie ad inſequentem meridiem. Qđ qdem inquit Varro, nimis abſurdum eſt. Nam q̄ Calendis hora ſexta apud Vmbros natus eſt, dies eius natalis videri debebit, & Kalendarũ dimidiatus, & qui poſt Kalendas erit vſq; ad horam eius diei ſextam. Populum aũt Romanum ita, vti Varro dixit, dies ſingulos annumerare a media nocte ad mediam proximã, multis argumẽtis oſtẽdit̃. Sacra ſunt eñ Romana partim diurna, partim nocturna. Et eis quę diurna ſũt, ab hora ſexta noctis ꝓcedẽtis: ſequẽtis vero nocturnis ſacris tẽpus impendit̃. Adhoc ritus quoq; & mos auſpicandi eandem eſſe obſeruationem docet. Nã magiſtratus, quando vno die eis & auſpicandum eſt, & id agendum ſuper quo proceſſit auſpicium: poſt mediam noctem auſpicantur, & poſt exortum ſolem agunt: auſpicatiq; & egiſſe eadem die dicũtur. Præterea tribuniplebis, quos nullum diem integrum abeſſe Roma licet, quum poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primã facẽ ante mediã noctem ſequentem reuertuntur, nõ videntur abfuiſſe diẽ, quoniã ante horam noctis ſextã regreſſi, partem aliquam illius in vrbe conſumunt.

Vſurpãdi lex.

Quintũ quoq; Mutium iuriſconſultũ dicere ſolitum, lege non eſſe vſurpatam mulierem, quæ cum Kalendis Ianuariis apud virum matrimonii cauſa eſſe cœpiſſet: ad diem quartũ Kalendas Ianuarias ſequentes vſurpata eſſet. Non enim poſſet impleri trinoctium, quo abeſſe a viro vſurpãdi cauſa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertię noctis poſteriores ſex horę alterius anni eſſent, q̄ inciperet ex Kalendis. Virgilius quoq; id ipſum oſtendit, vt hominẽ decuit poeticas res agentem, recondita atq; operta veteris ritus ſignificatione.

AEne. v.

Torquet (inquit) medios nox humida curſus,
Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.

His enim verbis diem quem Romani ciuilem appellauere, a ſexta noctis hora oriri admonet. Idem poeta quando nox quoq; incipiat expreſſit in ſexto. Quum enim dixiſſet,

Hac vice ſermonum roſeis aurora quadrigis
In medium æthereo curſu traiecerat axem: Mox ſuggeſſit vates,
Nox ruit AEnea, nos flendo ducimus horas.

Diei ciuilis diuiſio. Mane.

Sed ita obſeruantiſſimus ciuiliũ definitionum diei & noctis initia deſcripſit. Qui dies ita diuiditur. Primum tempus diei dicitur medię noctis inclinatio. Deinde Gallicinium. Inde conticinium, quum & Galli conticeſcunt, & homines etiam tum quieſcunt. Deinde diluculum. i. quum incipit dignoſci dies. Inde mane: dũ dies clarus. Mane autem dictũ: aut ꝙ ab inferioribus locis. i. a manibus exordium lucis emergat: aut (quod verius mihi videtur) ab omine boni nominis. Nam & Lanuuini mane pro bono dicunt: ſicut apud nos quoq; contrarium eſt immane: vt immanis belua, vel immane facinus, & hoc genus cętera, non pro bono. Deinde a mane ad meridiem: hoc eſt ad medium diem. Inde iam ſupra vocatur tempus occiduum: & mox ſuprema tempeſtas, hoc eſt diei nouiſſimum tempus: ſicut expreſſum eſt in duodecim tabulis: Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto.

Heſpera

Deinde veſpera: qđ a grecis tractũ eſt. illi eñ ἑσπέραν a ſtella heſpero dicunt: vnde & heſperia Italia (ꝙ occaſui ſubiecta ſit) noiat̃. Ab hoc tẽpore prima fax dicit̃: deinde cõcubia: & inde intẽpeſta, q̃ nõ habet idoneum tempus rebus gerendis. Hęc eſt diei ciuilis a Romanis

obſeruata diuiſio.Ergo noctu futura,quū media eſſe cœperit,auſpiciū Saturnaliorū erit, quibus die craſtini mos inchoandi eſt.

ASCEN.Promptuariū:ſunt qui dicant promptariū.eſtq; receptaculū rerū conditarū: quas qui condit,condus dicitur:qui promit.i.effert,promus.Bene autē inuenta eſt futurę narrationis cōtinuatio:nā ea verba quaſi fortuito inſerta ſunt,de quibus futura narratio. Sane res iterū eo recidit vt noctu & diu aduerbia,nocte & die nomina cenſeantur:olim tamen qui dicebant noctu futura,vt nomen accipiebant.Die autē craſtini ſic accipi poteſt vt die ſit dictū pro tempore,craſtini videlicet diei.De quo Gel.lib.x.cap.xxiiij.Sic die quinti.i.tempore quinti diei futuri,vt in ſimilibus.Nec ignoro.i.ſcio. Non appellatio.i.nomen.Poſitiuū quod dicit, nos ſubſtantiuū. ἀντὶ ἐπιθέτȣ.i.pro adiectiuo.Quod vectigal:lego cū vectigal.i.licet vectigal,qđ nō poteſt eſſe ſecundę,nō minus dicatur.vnde addit Sed & cum &c.Si im.i.eum:ſic Germani.Flandri aūt aſpirant,& more gallico i in e vertentes hem dicunt.

Latine dici Saturnaliorū,noctu futura,& die craſtini. CAP.IIII.

HIc quū omnes quaſi vetuſtatis promptuariū,Albini memoriā laudauiſſent:Prætexatus Auienum videns Furio inſuſurrantē: quidnā hoc mi Auiene inquit,quod vni Albino indicatū clam cæteris eſſe velis? Tum ille.Moueor quidem authoritate Cecinnę:nec ignoro errorē in tantam nō cadere doctrinā:aures tamē meas iſta verborū nouitas perculit,quū noctu futura,& die craſtini magis,q̃ futura nocte,& die craſtino dicere (vt regulis placet) maluit.Nā noctu nō appellatio,ſed aduerbiū eſt.Porro futura,qđ nomen eſt,nō poteſt cū aduerbio conuenire. Nec dubiū eſt,hoc inter ſe eſſe noctu & nocte, qđ diu & die.Et rurſus,die & craſtini nō eodē caſu ſūt,& niſi caſus idē noīa in eiuſmodi elocutiōe nō iūgit.Saturnaliorū deīde cur malim⁹ q̃ Saturnaliū dicere opto dignoſcere. *Prōptuarium.* *Noctu.* *Nocte.*

Ad hęc cū Cecinna renidens taceret,& Seruius a Symmacho rogatus eſſet,quidnam de his exiſtimaret:Licet inquit,in hoc cœtu nō minus doctrina q̃ nobilitate reuerendo, magis mihi diſcēdū ſit q̃ docēdū:fabulabor tū arbitrio iubētis,& inſinuabo primum de Saturnalibus,poſt de cæteris,vnde ſit ſic eloquendi nō nouitas ſed vetuſtas.Qui Saturnaliū dicit regula innititur.Nomina eñ quæ datiuū pluralem in bus mittūt,nunq̃ genitiuū eiuſdem numeri ſyllaba creuiſſe patiūtur:ſed aut totidē habet, vt monilibus,moniliū,ſedilibus ſediliū:aut vna ſyllaba minus eſt,vt carminibus carminū,luminibus luminū.Sic ergo Saturnalib⁹ rectius Saturnaliū q̃ Saturnaliorū.Sed qui Saturnalioꝝ dicūt, authoritate magnorū muniunt virorū. Nā & Salluſt.in.iii.Bacchanaliorū ait.Et Maſurius faſtorū ſecundo,Vinaliorū inquit dies Ioui ſacer eſt,nō vt quidā putāt Veneri. Et vt ipſos quoq; grāmaticos in teſtimoniū citem,Verrius Flaccus in eo libello,qui Saturnus inſcribitur:Saturnaliorū inquit dies apud græcos quoq; feſti habetur.& in eodē libro,Dilucide me inquit de cōſtitutione Saturnaliorū ſcripſiſſe arbitror.Item Iulius Modeſtus de feriis:Saturnaliorū inquit ferię.& in eodē libro, Antias inquit,Agonaliorū repertorem Numā Pōpiliū refert.Hæc tū (inquies) authoritas quæro an poſſit aliqua ratione defendi.Plane,quatenus alienū nō eſt cōmitti grāmaticū cum ſua analogia,tentabo ſuſpitionib⁹ eruere,quid ſit quod eos ſolita enunciatione detorſerit,vt mallet Saturnaliorū q̃ Saturnaliū dicere. Ac primū exiſtimo,q; hæc nomina quæ ſunt feſtorū dierū neutralia,carentq; numero ſingulari:diuerſæ cōditionis eſſe voluerūt ab his nominib⁹, quæ vtroq; numero figurantur.Compitalia eñ & Bacchanalia,& Agonalia,& Vinalia, & reliqua his ſimilia,feſtorū dierū noīa ſunt,nec ſingulariter nomināntur:aut ſi ſingulari numero dixeris,nō idem ſignificabis,niſi adieceris feſtū,vt Bacchanale feſtū, & Agonale feſtū,& reliqua:vt iam nō poſitiuū ſit,ſed adiectiuū,quod gręci ἐπίθετον vocāt.Animati ſunt ergo ad faciendam diſcretionem in genitiuo caſu, vt ex hac declinatione exprimerent nomen ſolennis diei,ſcientes in nōnullis ſæpe nominibus datiuo in bus exeūte,nihilominus genitiuū in rum finiri,vt domibus domorū,duobus duorū,ambob⁹ amborū.Ita & viridia quū ἀντὶ ἐπιθέτου accipiūtur,genitiuū in ium,faciūt:vt viridia prata, viridium pratorū. Quū vero ipſam loci viriditatē ſignificare volumus, viridiorū dicimus:vt quū dicitur formoſa facies viridiorū. Tunc eñ viridia quaſi poſitiuū ponitur, nō accidens.Tanta autē apud veteres fuit licentia huius genitiui:vt Aſinius Pollio Vectigaliorū frequenter vſurpet,quū vectigal nō minus dicatur q̃ vectigalia.Sed & quum legamus,Lęuaq; ancile gerebat:tamen & anciliorū relatum eſt. Videndū ergo, ne magis varietas delectauerit,q̃ vt adamuſſim verum ſit,feſtorū dierum nomina ſic vocata.Ecce eñ & præter ſolenniū vocabula,alia quoq; ſic declinata reperimus,vt præcedens ſermo patefecit,viridioꝝ,& vectigalioꝝ,& anciliorū.Sed & ipa feſtorū noīa ſcđm regulā decli *Inſinuare.* *Saturnaliū & Saturnaliorum.* *Feſtorū nomina.* *Poſitiuū*

Ferialiū dies. Liberalia. Lucaria. Exanim⁹ & exanimis. Hilarus. Hilaris.

nata apud veteres reperio. Siquidē Varro Ferialiū diem ait a ferendis in ſepulcra epulis dici.nō dixit ferialiorū.Et alibi,Floraliū nō floraliorū ait:quū idem nō ludos florales illic,ſed ipſum feſtū floralia ſignificaret. Maſurius etiā ſecūdo faſtorū,Liberaliū dies inquit a pontificibus agoniū martiale appellatur.Et in eodē libro. Eā noctē deinceps,quæ in ſequētem diem qui eſt Lucariū.nō dixit lucariorū. Itemq́ liberaliū multi dixerūt,nō liberaliorū. Vnde pronūciandū eſt veteres indulſiſſe copię per varietatē,vt dicebant exanimos & exanimes,inermes & inermos,tum hilaros atq́ hilares.Et ideo certū eſt,licito & ſaturnaliū & ſaturnaliorū dici,quū alterū regula cum authoritate,alterū etſi ſola,ſed multorū defendit authoritas.Reliqua autē verba quæ Auieno noſtro noua viſa ſunt,veterū nobis ſunt teſtimoniis aſſerenda.Ennius eñ,niſi cui videtur inter noſtræ ætatis politiores munditia reſpuendus,noctu concubia dixit his verbis.

Noctu nomen.

Qua Galli furtim noctu ſumma arcis adorti
Mœnia concubia,vigileſq́ repente cruentant.

Quo in loco animaduertēdū eſt,nō ſolū ꝙ noctu cōcubia,ſed etiā ꝙ qua noctu dixerit. Et hoc poſuit in Annaliū ſeptimo:in quorum.iii.clarius quidem idem dixit,

Hac noctu filo pendebit Hetruria tota.

Gel.lib.viii.ca.i. Nox pro noctu. Occiſit. Diecraſtini. Ex Gellio lib.x.ca.xxiiii.

Claudius etiā Quadrigarius annali.iii.Senat⁹ aūt noctu cōuenire,noctu multa domū dimitti.Nō eſſe ab re puto hoc loco id quoq́ admonere,ꝙ decēuiri in.xii.tabulis inuſitatiſſime nox ꝓ noctu dixerūt.Verba hęc ſunt. Si nox furtū factū ſit:ſi im aliq́s occiſit,iure cęſus eſto. In qb⁹ verbis id etiā notādū eſt,ꝙ ab eo qđ eſt is nō eū caſu accuſatiuo,ſed im dixerūt.Sed nec diecraſtini a doctiſſimo viro ſine veterū authoritate prolatū eſt:quibus mos erat modo diequinti,modo diequinte ꝓ aduerbio copulate dicere. cui⁹ indiciū eſt,ꝙ ſyllaba ſecunda corripit̄ quę natura ꝓducitur,quū ſolū dicitur die.Qđ autē diximus,extremā iſtius vocis ſyllabā tū ꝑ e,tū ꝑ i,ſcribi:cōſuetū id veteribus fuit,vt his literis plerūq́ in fine indifferēter vterent̄:ſicut priſtine & priſtini,procliue procliui.Venit ecce illius verſus Pōponiani in mentē,qui eſt ex Atellana quę Męuia inſcribitur.

Dies hic ſextus quum nihil egi:die Quarte moriar fame.

Diepriſtine. Diepriſtino. Diequarte. Die qrto. Dieqnti.

Diepriſtine eodem modo dicebat̄:quod ſignificabat die priſtino.i.priore:qđ nūc pridie dicit̄,cōuerſo cōpoſitionis ordine,quaſi priſtino die.Nec inficias eo,lectū apud veteres die quarto:ſed inuenit̄ hoc de trāſacto,nō de futuro poſitū. Nā Cnęus Mati⁹ homo impēſe doct⁹ in mimiābis ꝓ eo dicit,qđ nudiuſquart⁹ nos dicim⁹,in his verſibus:Nuꝑ die quarto vt recordor:& certe Aquariū vrceū vnicū domi fregit.Hoc igitur intererit, vt die quarto qdē de pręterito dicamus,die autē quarte de futuro. Verū ne de diecraſtini nihil retuliſſe videamur,ſuppetit Cœlianū illud ex libro hiſtoriarū ſecūdo.Si vis mihi equitatū dare,& ipſe cū cætero exercitu me ſequi,diequinti Romę in capitolio curabo tibi cœnā coctā.Hic Symmachus,Cœlius tuus inqt, & hiſtoriā & verbū ex originib⁹ M.Catonis accepit:apud quē ita ſcriptū eſt.Igit̄ dictatorē Carthaginēſiū magiſter equitū monuit:Mitte Romam mecū equitatū:diequinti in capitolio tibi cœna cocta erit.Et Prætexatus:Exiſtimo nōnihil ad demōſtrandā cōſuetudinē veterū, etiā & prętoris verba cōferre,qui more maiorū ferias concipere ſolet,quæ appellantur Cōpitalia. Ea verba hæc ſunt:Dienoni poſt Calendas Iañ.quiritibus compitalia erunt.

Compitalia.

ASCEN. Tunc euangelus. Caput hoc multę eruditionis bonę plenū, dignū eſt qd̄ vel a Chriſtiano legatur & miretur frequētiſſime: pręſertim vbi de dn̄orū erga ſeruos homines benignitate: & de dn̄is deteſtādis aīorū differit. Quę vero ad ſupſtitionē & cultū dæmonū ſpectāt, vana quidē ſunt & nō imitāda erga dęmonas, ſed q̄ pudorē nobis merito incutiant, q tā negligentes ſumus in deo vero colēdo ſyncere, cū illi tā vigilātes fuerint in falſis. Hiſtoriā aūt quā in principio ponit, aliis verbis recitat Liuius lib. ij. ab vrbe condita, docens ludos magnos inſtauratos eo q; pręſultor. i. ſeruus a dn̄o cęſus Ioui diſplicuiſſet.

Sigillaria.

Sigillaria, inquit Calepinus, ſunt parua ſigna, fictileſq; imagines ore, quaſi ſigillis impreſſę: quę quia ſuſpēdebātur in honorē Saturni, & mouebant pro veris capitibꝰ oſcilla dicūtur. mihi qdē vidētur ea ſigna ad ſimilitudinē oris humani ficta ſigilla & oſcilla vere dici: feſta qbus ea ſuſpēdebātur, & loca vbi fiebāt & vēdebātur ſigillaria. Vnde Gel. lib. v. Apud ſigillaria forte in libraria &c. Vnde ad finē huius capitis vbi cui deorū, & quot diebus ſigillaria fieri ſolebāt, oſtēdetur: & ſigilla inquiet, arte fictili fingerētur. de oſcillis videre eſt Virg. in Gęorgicis.

Renidet.

Idē Calep. dicit renidere eſſe reſplēdere, quaſi renitere: aut redolere: Statius Theba. x. Sparſa orichalca renident. Hora. in carm. Nec mea renidet in domo lacunar. In qbus ſecūda producit: quocirca nō eſt ſcribendū renitens a verbo reniteo. Inueni aūt apud Gelliū, & hunc authorē vt hic & alibi ſępicule: renidens, quaſi renitens a verbo renitor: ſed eſt renidere quaſi vultu renuere & reniti, & indicare nos nō aſſentiri: reniti aūt nixu corporis aut aī. An forte ſeruos in hoīm numero. Tam amētes eīn, ne dicā ſuperbos, inuēti ſunt, vt ſeruos non homines, ſed pecudes eſſe cenſerēt: Iuxta illud Iuuen. Sat. vj. O demens, ita ſeruus homo eſt? Quocirca apud Comicū, ne homo non eſſe cenſeatur ſeruꝰ de ſe dicit. Seruus homo, aut Seruo homini, Seruūve hominē &c. Serui ſunt, immo ꝯſerui: id veriſſimū, quia

omnes vnius domini,dei videlicet,ſerui ſumus.Vnde ad familiares,domeſticos,& amicos ſuos Chriſtus: Cū hæc oīa feceritis,dicite ꝙ ſerui inutiles ſumus &c.Hecuba ob ſeruitutis impatientiā in canem mutata, capta Troia,cū eſſet Priami vxor & Hectoris mater, vt Euripides ſcribit,ſerua facta eſt regina in ſupremā ætate. Sic Andromache Hectoris vxor,& Helenus frater a Pyrrho in ſeruitutē redacti ſunt. Crœſus Lydorum rex ditiſſimus,vſqueadeo vt mortaliū ſe beatiſſimū putaret,ab Solone q̄ſiuit,Nū beatiorē viderit. qui fragilitatis humanę memor:ante ſupremū diē neminē beatū cēſendū reſpōdit.Quod reſpōſum nimis verū comperit:nā a Cyro rege tandē captus eſt, parūqꝫ abfuit, quin inter capiēdū occideret,niſi filius eius in eam vſqꝫ diē mutus vocalis factus exclamaſſet,homo ne occidas Crœſum regē:poſtea in rogū coniectus cōmunē mortalibus calamitatem memorans morti qdē ereptus,ſed in ſeruitutē retruſus eſt.Darij Perſarū regis potentiſſimi mater & vxor in ſeruitutē ab Alexandro magno redactę occiſo Dario, cū ne ocio torperēt ad pēſum redactę eſſent,miſerum emiſerūt eiulatū,Alexander tñ eas humane & caſte tractauit, neqꝫ ꝯtēptus gratia colū & penſum obtuliſſe docuit.Diogenes Cynicus philoſophus egregius, cuius penus erat in pera,& palatiū vel domiciliū totuꝫ in dolio,doni Alexandrini,immo fortunę Alexandrinę cōtemptor:cū in Aeginam nauigaret a piratis captus in Cretā vt vēderetur ductus:& interrogatus quid ſciret,reſpondit viris imperare:pręconiqꝫ iuſſit percunctari an quiſq̄ ſibi dominū emere vellet: viſoqꝫ Xenide,aut vt hic legitur Xeniade, viro Corinthio opulento & ingenuo:huic,inquit,me vende:quod & fecit feſtiuitate ſermonis capto. qui filijs præceptorem eum aduexit tam feliciter vt bonū ſe dæmonē emiſſe & aduexiſſe dictitaret. vide Tortellium & Laertium. Plato cum Dionyſio tyranno Siculo quę minus placerent loqueretur,niſi Dion interceſſiſſet,ab eo interemptus fuiſſet:datus nihilo minus Polydi Lacedæmonio qui tum legatus eo venerat,vęnundandus,ab eo in Aegina vęnundatus eſt, vbi fere occiſus eſt,ꝙ Athenienſi capitale erat in ea inſula cōperiri,ſed cum eſſet philoſophus agnitus morti rurſus eſt ereptus, eūqꝫ Anyceris Cirenaicus viginti minis emit, & remiſit Athenas ad amicos, q ſtatim pecuniā illi repoſuerunt.Hoc.ſ.libero animo ſeruum eſſe,nocebit illi,ſi oſtenderis qui non ſit.ſ.ſic ſeruus : ita lego potius q̄ quis. Probat autem neminem eſſe qui non ſit ſeruus, quia alius libidini ſeruit &c. Verum hanc propoſitionem & eius probationē ſane intelligere debemus:Seruire enim deo, aut virtuti libero animo nulli nocet:immo ſic ſeruire regnare eſt. Vnde Paulinus & quidam alij ſancti ſe ſponte vęndiderunt in alimoniam & liberationem pauperum Chriſti:neqꝫ qui vitijs ſeruit proprie libero aīo ſeruit,ſed volūtario:pro quo vt opinor hic ponitur,quia additur.Nulla ſeruitus turpior q̄ voluntaria:quod ſic intelligo vt loquatur de ſeruitute turpi,qualis eſt vitiis ſeruientium:nam de honeſta ſeruitute contra dicam,quo ſit magis volūtaria,eo magis honeſta.Ad pileum, ad libertatem:quia libertate donati raſo capite accipiebant pileum.Nam ſerui ſine pileo,ſed pilis tecto capite ſeruiebant, Libertini pileato,ſed vt ab ingenuis differrēt, raſo.Qđ dijs ſatis eſt:Deus enim coli & amari vult,non timeri timore ſeruili,ſed dūtaxat filiali,qui obſeruantia & cultus eſt animi. Domini animos induimus tyrannorum : immo latine domini qui græce dicūtur tyranni:quocirca principes nō dominos qui rerū potiebantur vocari ſe volebant: & q ſeruorū priuatorū,heros.Vnus autē verus eſt dominus in quem non cadit Tyrannis,deus: quē vere & honorifice dominū appellamus,quia omnes illius ſumus ſerui,& dominio non abutitur. De ſeruorum fide vide Valeriū Maximū.Serui Reſtionis facinus in dominū quidē eſt mirificę fidei,ſed in ſenem illum nō minoris crudelitatis.Non enim licet pro vnius ſalute alteri ꝑſertim nil tale merenti ſupremū inferre ſupplicium. Diſtichon de Epicteto apud Gellium lib.ij. verſum eſt,vt e regione poſuimus. Cū & Iouē tetigerit cura de ſeruo:Apud Liuiū tñ lib.ij.Decad.j.non tā ob ſeruū cæſum videtur iratus Iuppiter,q̄ ꝙ cęſus erat ante pompā ludorū,quos per eū inhonoratos ſignificabat dicens ſibi pręſultorē diſplicere.Accurate autē dæmones ludos agēdos curabāt:ſciētes per eorum ſpectacula multoꝝ animos capi.Miraculum autē de perempto filio nō magnū eſt,quādo deus verus id ob peccatū idololatrię permiſit:de inſtaurata patri incolumitate, multo minus:quia nihil ſoſpitatis contulit nequā ſpiritus, ſed vt animos caperet multorū,corpus vnius vexare deſijt.Pons ſublicius erat ex licijs.i.lignis in tranſuerſo ſuper trabes poſtibus incumbentes poſitis conſtructus, quales ſunt quos ligneos vocamus. Pro dite.i.loco ditis,Saturno, quia Ditis erat pater, vt ſupra in oraculo exponēdo diximus. Tm̄ feriatos non feſtos : celebriores ergo erant feſti:ſicut nūc feriatos dicere poſſumus in quibus tm̄ ab opere manuali ceſſantes,iumentis operā nauamus & arationi,& rerum aduectioni.

Hecubā. Crœſus. Darij mater. Diogenes. Plato.

Non eſſe contemnendam ſortem ſeruorum, cum & dii eorum curam gerant, & multos ex illis fideles, prouidos,fortes,& philoſophos quoqꝫ fuiſſe conſtet. Tum ſigillariorum origo quę fuerit. Cap.XI.

NVnc Euangelus,Hoc quidem,inquit,iam ferre nō poſſum,ꝙ Prætextatus noſter in ingenii ſui pompam,& oſtentationem loquēdi,vel paulo ante honori alicuius dei aſſignari voluit,ꝙ ſerui cum dominis veſcerentur:quaſi vero curent diuina de ſeruis,aut ſapiens quiſq̄ domi ſuę contumeliam tam fœdæ ſocietatis admittat : vel nunc ſigillaria, quæ luſum reptanti adhuc infantiæ Oſcillis fictilibus præbent, tentat officio religionis aſcribere.Et quia princeps religioſorum putatur,nonnulla & ſuperſtitionis admiſcet : quaſi vero nobis fas non ſit Prætextato aliquando non credere. Hic quum omnes exhorruiſſent : Prætextatus renidens, Superſtitioſum me, inquit,Euangele,nec dignum cui credatur exiſtimes volo : niſi vtriuſqꝫ tibi rei fidem afferta ratio monſtrauerit. Et vt primum de ſeruis loquamur:ioco ne an ſerio putas eſſe hominum genus,quod dii immortales nec cura ſua,nec prouidentia dignentur? an forte ſeruos in hominum numero eſſe non pateris? Audi igitur quanta indignatio de ſerui ſupplicio cælum penetrauerit.

Oſcilla. Renidēs. Seruos diis curę eſſe. Atronii hiſtoria de ſeruo punito.

¶Anno enim poſt Romam conditā quadringenteſimo ſeptuageſimoquarto,Atronius quidam Maximus, ſeruum ſuum verberatum, patibuloqꝫ conſtrictum ante ſpectaculi

cõmiſſionem per circum egit. Ob hanc cauſam indignatus Iuppiter, Annio cuidam per quietẽ imperauit,vt ſenatui nũciaret,nõ ſibi placuiſſe plenũ crudelitatis admiſſum.Quo diſſimulante,filiũ ipſius mors repentina cõſumpſit:ac poſt ſecũdam denũciationem,ob eandem negligentiã, ipſe quoq; in ſubitam corporis debilitatẽ ſolutus eſt.Sic demũ ex conſilio amicorũ lectica delat⁹ ſenatui retulit:& vix cõſummato ſermone,ſine mora recuperata bona valetudine curia pedib⁹ egreſſus eſt.Ex ſenat⁹ itaq; cõſulto,& Męuia lege,ad propitiandũ Iouem additus eſt illis circenſib⁹ dies: iſq; in-

Inſtauratiti⁹ dies

ſtauratitius dictus eſt,nõ a patibulo,vt quidam putant,græco nomine ἀπὸ τοῦ σαυροῦ: ſed a redintegratione,vt Varroni placet,qui inſtaurare ait eſſe inſtar nouare.

Inſtaurare.

Vides quanta de ſeruo ad deorũ ſummũ cura peruenerit? Tibi aũt vnde in ſeruos tantum & tam imane faſtidiũ?quaſi nõ ex iiſdem tibi,& conſtent,& alantur elementis,eũdẽq; ſpiritũ ab eodẽ principio carpant.

Serui facti ex ſũmis.

Vis tu cogitare eos,quos ius tuum vocas, iiſdem ſeminib⁹ ortos,eodem frui cælo,æque viuere,æque mori?Serui ſunt,immo homines. Serui ſunt,immo conſerui.Si cogitaueris tantũdem in vtroſq; licere fortunæ:tam tu illum videre liberũ potes,q̃ ille te ſeruũ.

Seruorũ cõditio quãti facienda.

Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit,qua Crœſus,qua Darii mater,qua Diogenes,qua Plato ipſe? Poſtremo quid ita nomẽ ſeruitutis horremus? Seruus eſt quidẽ:ſed neceſſitate. Sed fortaſſe libero animo ſeruus eſt.Hoc illi nocebit,ſi oſtenderis qui nõ ſit. Alius libidini ſeruit,alius auaritiæ,alius ambitioni:oẽs ſpei,oẽs timori.

Seruit⁹ turpis.

Et certe nulla ſeruitus turpior, q̃ voluntaria. At nos iugo a fortuna impoſito ſubiacentẽ tanq̃ miſerum vilemq; calcamus:qđ vero nos noſtris ceruicib⁹ inſerimus,nõ patimur reprehendi.Inuenies inter ſeruos aliquẽ pecunia fortiorẽ: inuenies dominũ ſpe lucri oſcula alienorũ ſeruorũ manibus infigẽtem. Non ergo fortuna homines æſtimabo:ſed morib⁹. Sibi quiſq; dat mores,cõditionem caſus aſſignat.

Hõ ex quo eſtimãdus.

Quẽadmodum ſtultus eſt,qui empturus equum nõ ipſum inſpicit,ſed ſtratũ ei⁹ ac frenos:ſic ſtultiſſimus eſt,qui hominẽ aut ex veſte,aut ex cõditione,quæ modo veſtis nobis circũdata eſt,æſtimandũ putat.Non eſt mi Euangele,q; amicũ tantum in foro & in curia quęras: Si diligenter attenderis, inuenies & domi.

Seruorũ nõ ſpernendum cõſiliũ.

Tu modo viue cũ ſeruo clementer,comiter quoq;,& in ſermonẽ illũ,& nõnunq̃ in neceſſarium admitte cõſilium.Nam & noſtri maiores omnẽ dominis inuidiam,omnẽ ſeruis cõtumeliam detrahentes,dominũ patrẽfamilias, ſeruos familiares appellauerunt.

Familiares ſerui

Colant ergo te potius ſerui tui(mihi crede)q̃ timeant.Dicet aliquis nũc me dominos de faſtigio ſuo deiicere,& quodãmodo ad pileũ ſeruos vocare,quos debere dixi magis colere q̃ timere.Hæc qui ſenſerit,obliuiſcetur id dominis parũ nõ eſſe,qđ diis ſatis eſt. Deinde qui colitur etiã amatur:nõ poteſt amor cum timore miſceri.Vnde putas arrogantiſſimum illud manaſſe prouerbiũ,qđ iactatur:Totidem nobis hoſtes eſſe quot ſeruos?

Hoſtes totidem quot ſerui.

Non habemus illos hoſtes,ſed facimus:quũ in illos ſuperbiſſimi,contumelioſiſſimi,crudeliſſimi ſumus,& ad rabiẽ nos cogunt puenire deliciæ:vt quicquid nõ ex volũtate reſpõdit,iram furorẽq; euocet.Domini enim nobis animos induimus tyrãnorũ,& nõ quãtum decet,ſed quãtũ libet,exercere volumus in ſeruos.Nam(vt cætera crudelitatis genera prętereã)ſunt qui dũ ſe menſæ copiis & auiditate diſtendũt: circunſtantib⁹ ſeruis mouere labra, ne in hoc quidẽ vt loquãtur licere permittunt. Virga murmur omne compeſcitur,& ne fortuita quidẽ ſine verberib⁹ excepta ſunt. Tuſſis,ſternutamẽtũ,ſingultus magno malo luitur.Sic fit,vt iſti de domino loquantur,quib⁹ coram dño loqui nõ licet.At illi quib⁹ nõ tantũ pręſentib⁹ dominis,ſed cũ ipſis ſermo erat,quorũ os nõ cõſuebatur,parati erant ꝓ dño porrigere ceruicẽ,& piculũ iminens in caput ſuũ vertere.In cõuiuiis loquebãtur:ſed in tormẽtis tacebant. Vis exercitas in ſeruili pectore virtutes receſeamus?Primus tibi Vrbinus occurrat:

Seruorũ fidelitas Vrbin⁹.

qui quũ iuſſus occidi in Reatino lateret,latebris ꝓditis,vnus ex ſeruis annulo ei⁹ & veſte inſignit⁹,in cubiculo ad qđ irruebant q perſequebant̃,pro domino iacuit,militibuſq; ingrediẽtib⁹ ceruicẽ prębuit,& ictũ tãq̃ Vrbin⁹ excepit. Vrbin⁹ poſtea reſtitutus monumentũ ei fecit,titulo ſcriptionis,q tantũ meritũ loqueret̃,addito.

Æſopus

Æſop⁹ libertus Demoſthenis conſcius adulterii, quod cum Iulia patronus admiſerat, tortus diutiſſime perſeuerauit non prodere patronum,donec aliis coarguentibus conſciis,Demoſthenes ipſe fateretur.Et ne exiſtimes ab vno facile celari poſſe ſecretum?

Labienũ ope libertorũ latẽtem,vt indicarẽt liberti, nullo tormentorum genere cõpulſi
ſunt. Ac nequis libertos dicat hanc fidẽ beneficio potius libertatis acceptę,ꝙ ingenio
debuiſſe:accipe ſerui in dominũ benignitatẽ,quũ ipſe a domino puniretur. Antiũ eñ
Reſtionem proſcriptũ ſolũq; nocte fugientẽ,diripiẽtibus bona eius aliis,ſeruus cõpedi- Reſtio.
tus inſcripta fronte,quũ poſt damnationẽ domini aliena eſſet ſolutus cuſtodia,fugiẽtẽ
ꝑſecutus eſt:hortatuſq; ne ſe timeret,ſcientẽ contumeliã ſuã fortunæ imputãdã eſſe,
nõ domino:abditũq; miniſterio ſuo aluit.Quũ deinde ꝑſequẽtes adeſſe ſenſiſſet,ſenem
quẽ caſus obtulit iugulauit:& in conſtructã pyram coniecit: qua accenſa occurrit eis,
qui Reſtionem quęrebãt,dicens damnatũ ſibi pœnas luiſſe,multo acrius a ſe vexatum
ꝗ ipſe vexarat:& fide habita,Reſtio liberatus eſt.Cepionem quoq; qui in Auguſti necẽ Cepio.
fuerat animatus,poſtꝗ detecto ſcelere damnatus eſt,ſeruus ad Tyberim ĩ ciſta detulit,
ꝑuectũq; Hoſtiam in agrũ Laurentẽ ad villam patris nocturno itinere perduxit. Cu-
mis deinde nauigationis naufragio vna expulſum dominũ Neapoli diſſimulanter oc-
culuit:exceptuſq; a Centurione,nec precio,nec minis vt dominũ proderet, potuit ad-
duci.Aſinio etiã Pollione acerbe cogente Patauinos,vt pecuniã & arma conferrent:do Aſinius
miniſq; ob hoc latentibus,prȩmio ſeruis cũ libertate propoſito,qui dominos ſuos pro- Pollio.
derent:conſtat ſeruorũ nullum victũ præmio dominũ prodidiſſe.Audi in ſeruis nõ fi-
dem tñ,ſed & fœcũdũ bonæ inuẽtionis ingeniũ. Quũ premeret obſidio Grumentum: Grumẽ-
ſerui relicta domina ad hoſtes tranſfugerũt.Capto deinde oppido,impetũ in domũ ha tum.
bita conſpiratione fecerũt,& extraxerũt dominã,vultu pœnã minante, ac voce obuiis
aſſerente,ꝙ tandem ſibi data eſſet copia crudelem dominã puniendi: raptãq; quaſi ad
ſuppliciũ obſequiis plenis pietate tutati ſunt.Vide in hac fortuna etiã magnanimita-
tem exitũ mortis ludibrio ꝓferentẽ.Cluentiũ Pelignũ Italicẽſem cõprehẽſum a cohor- Cluẽtiꝰ
tibus ſuis,ne Pompeio traderetur, ſeruus eius occidit: ac ſe ne domino ſuꝑſtes fieret Pelignꝰ.
interemit.C.Gracchũ ex Auentino fugientẽ Euporus ſeruus, vel (vt quidam tradũt) C.Grac-
Philocrates,dum aliqua ſpes ſalutis erat,indiuulſus comes,qua potuit ratione tutatus chus.
eſt.Super occiſum deinde animã ſciſſis proprio vulnere viſceribus effudit.Ipſum Pu- Scipio li
blium Scipionem Africani patrẽ,poſtꝗ cũ Annibale conflixerat,ſauciũ in equũ ſeruus beratꝰ ꝑ
impoſuit,& cæteris deſerẽtibus ſolus in caſtra ꝑduxit.Parũ fuerit dominis prȩſtitiſſe ſeruũ.
viuẽtibus:Quid ꝙ in his quoq; exigendę vindictę reperitur animoſitas!Nã Seleuci re-
gis ſeruus,quũ ſeruiret amico eius,a quo dominus fuerat interemptus:cœnantẽ in vl-
tionem domini confodit. Quid ꝙ duas virtutes quæ inter nobiles quoq; vnice claræ
ſunt,in vno video fuiſſe mancipio,imꝑiũ regendi peritiã,& imꝑiũ cõtemnendi ma-
gnanimitatẽ! Anaxilaus enim Meſſenius,qui Meſſanam in Sicilia cõdidit, fuit Rhegi- Anaxi-
norũ tyrãnus.Is cũ paruos relinqueret liberos,Mycitho ſeruo ſuo cõmẽdaſſe contẽtus laus.
eſt.Is tutelam ſancte geſſit,imꝑiũq; tã clemẽter obtinuit, vt Rhegini a ſeruo regi nõ Mycithꝰ
dedignarẽtur.Perductis deinde in ætatem pueris,& bona & imꝑiũ tradidit:ipſe par-
uo viatico ſumpto profectus eſt:& Olympię cũ ſumma tranquillitate conſenuit. Quid
etiã in cõmune ſeruilis fortuna ꝓfuerit,nõ paucis docetur.Bello Punico quũ deeſſent
qui ſcriberentur:ſerui pro dominis pugnaturos ſe polliciti,in ciuitatẽ recepti ſunt:&
volones (quia ſponte hoc voluerũt) appellati.Ad Cannas quoq; victis Romanis, octo Volo-
milia ſeruorũ empta militauerũt.Quũq; minoris captiui redimi poſſent,maluit ſe reſ- nes.
pub.ſeruis in tanta tempeſtate cõmittere. Sed & poſt calamitatẽ apud Thraſumenum
notę cladis acceptã,Libertini quoq; in ſacramentũ vocati ſunt. Bello ſociali,cohortiũ Serui qñ
duodecim ex libertinis conſcriptarũ opera memorabilis virtutis apparuit. Cæſarẽ quũ & ꝗbus
milites in amiſſorũ locũ ſubſtitueret,ſeruos quoq; ab amicis accepiſſe,& eoꝝ forti opa bellis re
vſum eſſe cõꝑimus. Cæſar Auguſtus in Germania & Illyrico cohortes Libertinorũ cepti ſũt
cõplures legit:quas volũtarias appellauit.Ac ne putes hęc in noſtra tñ cõtigiſſe repu. in mili-
Boryſthenidę oppugnante Zopyrione,ſeruis liberatis,dataq; ciuitate ꝑegrinis,& fa- tiam.
ctis tabulis nouis,hoſtẽ ſuſtinere potuerũt. Cleomenes Lacedæmonius quũ mille & qn
gẽti ſoli Lacedæmonii,q arma ferre poſſent,ſupfuiſſent: ex ſeruis manumiſſis bellatorũ
nouẽ milia cõſcripſit.Athenieſes quoq; cõſumptis publicis opibꝰ,ſeruis libertatẽ dede
rũt. ¶Ac ne in ſolo virili ſexu extimes inter ſeruos extitiſſe virtutes,accipe ancillarũ
factum non minus memorabile,ac ne quo vtilius reipublicę in vlla nobilitate reperias.

Ancillarũ dies feſtus. Nonis Iuliis diem feſtum eſſe ancillarum,tam vulgo notum eſt:vt nec origo,nec cauſa
celebritatis ignota ſit.Iunoni enim caprotinę die illo liberę pariter ancillæq; ſacrificãt
ſub arbore caprifico,in memoriam benignę virtutis,quæ ancillarum animis pro cõſer
uatione publicę dignitatis apparuit.Nam poſt vrbem captam, quũ ſedatus eſſet galli-
cus motus, res vero publica eſſet ad tenue deducta: finitimi opportunitatem inuadẽdi
Romani nominis aucupati,præfecerunt ſibi Poſthumiũ Liuiũ Fidenatium dictatorem.
Qui mandatis ad ſenatũ miſſis poſtulauit, vt ſi vellent reliquias ſuæ ciuitatis manere:
matreſſamilię ſibi,& virgines dederẽtur. Quũq; patres eſſent in ancipiti deliberatione
Tutela ſeu Philotis ancilla. ſuſpenſi,ancilla nomine Tutela,ſeu Philotis,pollicita eſt,ſe cũ cæteris ancillis,ſub nomi
ne dominarũ,ad hoſtes iturã:habituq; matrũfamilias,& virginũ ſumpto,hoſtibus cum
proſequentiũ lachrymis ad fidem doloris ingeſtę ſunt.Quę cũ a Liuio in caſtris diſtri-
butę fuiſſent,viros plurimo vino prouocauerũt,diem feſtũ apud ſe eſſe ſimulantes:qb⁹
Pulchrũ facin⁹ ancillarũ ꝓ Pop.Ro. ſoporatis,ex arbore caprifico quę caſtris erat proxima,ſignũ Romanis dederũt:qui quũ
repentina incurſione ſuperaſſent,memor beneficii ſenatus, omnes ancillas manu iuſſit
emitti,doteq; eis ex publico fecit, & ornatũ quo tũc erãt vſę geſtare cõceſſit,dieq; ipm̃
nonas caprotinas nũcupauit,ab illa caprifico ex qua ſignũ victoriæ ceperũt:ſacrificiũq;
Nonę caprotinę. ſtatuit annua ſolẽnitate celebrandũ,cui lac qd̄ ex caprifico manat, propter memoriam
facti præcedẽtis adhibetur. ¶Sed nec ad philoſophandũ ineptũ,vel impar ſeruile inge
Serui phi. niũ fuit.Phędon ex cohorte Socratica,Socratiq; & Platoni ꝑfamiliaris,adeo vt Plato
eius nomini librũ illum diuinũ de immortalitate animæ dicaret:ſeruus fuit forma,atq;
Phædon ingenio liberali.Hunc Cebes Socraticus,hortante Socrate emiſſe dicitur,habuiſſeq; in
Gel.li.ii ca.xviii. philoſophiæ diſciplinis:atq; is poſtea philoſophus illuſtris emerſit:ſermoneſq; eius de
Socrate admodũ elegantes leguntur. Alii quoq; nõ pauci ſerui fuerũt, qui poſt philo-
Menippus. ſophi clari extiterũt. Ex quibus ille Menippus fuit : cuius libros M. Varro in Satyris
æmulatus eſt,quas alii cynicas,ipſe appellauit Menippęas. Sed & Philoſtrati peripate-
Polus. tici ſeruus Polus , & Zenonis Stoici ſeruus , qui Perſeus vocatus eſt , & Epicuri , cui
Perſeus. Mys nomẽ fuit,philoſophi nõ incelebres illa ætate vixerunt. Diogenes etiam Cynicus,
Mys. licet ex libertate in ſeruitutẽ vęnũ ierat.quẽ quũ emere vellet Xeniades Corinthius,&
Gel.M⁹. quid artificii nouiſſet ꝑcontatus eſſet:noui, inquit Diogenes,hominibus liberis impe
Diogeñ. rare.Tũc Xeniades reſponſum eius miratus,emiſit manu:filioſq; ſuos ei tradens,accipe
Epictet⁹ inquit,liberos meos quibus imperes.De Epicteto autẽ philoſopho nobili,ꝙ is quoq; ſer
uus fuit,recẽtior eſt memoria,q̃ vt poſſit inter obliterata neſciri. cui⁹ etiã de ſe ſcripti
duo verſus feruntur:ex quibus illud latenter intelligas: non omnino diis exoſos eſſe, q
in hac vita cum erumnarũ varietate luctantur:ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas pauco-
rum potuit ꝑuenire curioſitas.

Δοῦλος Επίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,.i.Seruus Epictetus fuerã,qui corpore mancus,
καὶ πενίην ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις. Pauꝑrie preſſus,charus eram ſuperis.

Habes (vt opinor) aſſertũ, nõ eſſe faſtidio deſpiciendum ſeruile nomen:quũ & Iouem
tetigerit cura de ſeruo:& multos ex his fideles,prouidos,fortes,& philoſophos etiã ex
titiſſe cõſtiterit.Nũc de ſigillaribus,ne ridenda me potius extimes,q̃ ſancta dixiſſe,pau
Sigillaria. cis recẽſendũ eſt.Epicadus refert,Herculẽ occiſo Geryone,quũ victor ꝑ Italiã armẽta
duxiſſet,ponte qui nũc ſublicius dicitur ad tẽpus inſtructo,hominũ ſimulacra pro nu-
Sublici⁹ pons. mero ſociorũ,quos caſu ꝑegrinationis amiſerat,in fluuiũ demiſiſſe,vt aqua ſecũda in
mare deuecta,ꝓ corporibus defunctorũ veluti patriis ſedibus redderenť : & inde vſum
talia ſimulacra fingẽdi inter ſacra mãſiſſe.Sed mihi huius rei illa origo verior extimať,
quã pauloante memini retuliſſe: Pelaſgos poſtq̃ felicior interp̃tatio,capita nõ viuẽtiũ,
ſed fictilia,& φωτὸς æſtimationẽ nõ ſolũ hominẽ, ſed etiam lumẽ ſignificare docuiſſet:
cœpiſſe Saturno cęreos potius accẽdere,& in ſacellũ Ditis aræ Saturni cohęrẽs,oſcilla
Cęrei. quędã pro ſuis capitibus ferre.Ex illo traditũ,vt cęrei Saturnalibus miſſitarẽtur, & ſi-
Sigilla. gilla arte fictili fingerẽtur,ac vęnalia pararẽtur,quę homines ꝓ ſe atq; ſuis piaculũ pro
Dite Saturno facerẽt.Ideo Saturnalibus taliũ cõmerciorũ celebritas cœpta ſeptẽ occu
pat dies:quos tãtũ feriatos facit eſſe,nõ feſtos omnes. Nã medio,id eſt.xiii.Kalen. feſtũ
probauimus:& aliis hoc aſſertionibus ab his probatũ eſt , qui rationẽ anni menſiũ dier
rũq;,& ordinationem a Cæſare digeſtam plenius retulerunt.

ASCEN.Apud ſolos Aegyptios.Diuus tñ Auguſtinus aliiq̃ viri & ſancti & magni ceſent apud Hebręos & in ſanctis libris eandẽ ſeruatã anni rationem,contra eos qui putauerunt annos eorũ qui ante diluuium magnum vixerunt,trimeſtres fuiſſe.Quia in eodem contextu Moſes dicit dominum dixiſſe de hominibus iã deprauatis ꝙ eorum dies vitæ eſſent centum viginti annorum:qui anni ſi eſſent.xij.mẽſium,& ſuperiorum tñ trium,non pauciorum dierum eſſent q̃ quorũdam ſuperiorum,contra id quod dominus prætendit:eſſent eñi quadringẽtorũ octogita annorum,cum Enoch.CCCLXV.dũtaxat annos vixerit.Neq̃ ſi mutata eſſet ratio annorum dixiſſet Iacob Geneſ.xlvij.Dies peregrinationis vitæ meæ centumtriginta annorum ſunt, parui & mali,& non peruenerunt vſq̃ ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt.Hodieq̃,pro hodie quoq̃.i.etiã hodie. Si annus Romuli erat.ccciiij.dierum,erat decem menſium tot dierum quot nunc ſunt:ſed ſi annũ ſemper inchoauit a Martio: qd de Ianuario & Februario fecit:an intercalares fuerit explicare debuit.Innuit autẽ in fine huius cap.finito decembri ianuarium martium dictum & ita contigiſſe vt menſes tempeſtati non conuenirent.Pręterea in quatuor menſibus nunc quoq̃ ſex ſunt nonę,in reliquis quatuor:quocirca nõ video quomodo ſeptimanas.i.ſeptem dierum,& quĩtanas.i.quĩq̃ dierum dicat,niſi oẽs ad idus vſq̃ dies Nonas dixerit. Indigitari.i.vocitari quaſi in digitis poſitis nominibus & ita manifeſtarijs:aut indigitari.i.indigetum numero & catalogo ſub tali nomenclatura aſcribi.χθόνιαν ἑκάτην.i.terreſtrem hecaten.θεὸς γυναικεῖα.i.dea muliebris ꝙ γυναικωνῖτιν.i.gynęceũ.i.mulierũ conclaue & arcanum diuerſorium,nunq̃ ſit egreſſa.Et tamen ĩ ei⁹ ſacris Clodius in forma pſaltrię,vt matrona quam dilexit potiretur,deprehenſus eſt,vnde Iuuena.ſaty.vj.Nouerunt mauri atq̃ indi,quæ pſaltria penẽ Maiorem q̃ ſint duo Cæſaris anticatones.Illuc teſticuli ſibi conſcius vnde fugit mus Intulerit.Sexto Pacubio.Opinor latine pacuuio ſcribi:ſicut cõtra Gauiniũ pro Gabinio paſſim legimus.quia quæ ſcribuntur gręcis per β,nos nunc per b,nunc per v proferimus.

Quomodo annum ordinauerit Romulus. CAP.XII.

QVumq̃ hic finem loquendi facere vellet, ſubiecit Aureli⁹ Symmach⁹: Perge mi Prætextate eloquio tam dulci,de anno quoq̃ ediſſertare:ante q̃ experiaris moleſtiam conſulentis,ſiquis forte de præſentib⁹ ignorat, quo ordine vel apud priſcos fuerit,vel certioribus poſtea regulis innouatus ſit:ad quod diſcendum,ipſe mihi videris audientium animos incitaſſe,de diebus menſi additis diſſerendo.Tum ille eodem ductu orandi reliqua contexit.Anni certus modus apud ſolos ſemper Ægyptios fuit: Aliarum gẽtium diſpari numero,pari errore nutabat.Et vt cõtentus ſim referendo paucarum morem regionum: Arcades annum ſuum tribus mẽſibus explicabant,Acarnanes ſex:Gręci reliqui trecentis.liiii.diebus annum proprium computabant. Nõ igitur mirum in hac varietate Romanos quoq̃ olim authore Romulo, annum ſuum decem habuiſſe menſibus ordinatum:quia annus a Martio incipiebat, & conficiebatur diebus.ccc.iiii.vt ſex quidem menſes.i.Aprilis,Iunius,Sextilis,September,Nouember,December,tricenũ eſſent dierũ:quatuor vero Martius,Maius,Quintilis,October,tricenis & ſingulis expedirentur:qui hodieq̃ ſeptimanas habent nonas,cæteri quintanas.Septimanas autem habentibus ab Idibus reuertebantur Kalendæ ad diem ſeptimumdecimũ. Verum habentibus quintanas,ad.xviii.remeabat initium Kalend. Hęc fuit Romuli ordinatio,q primum anni menſem genitori ſuo Marti dicauit:quem mẽſem anni primum fuiſſe,vel ex hoc maxime probatur,ꝙ ab ipſo quintilis quintus eſt,& deinceps pro numero nominabantur.Huius etiam die prima,ignem nouum Veſtæ aris accendebant:vt incipiẽte anno,cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet.Eodem quoq̃ ingrediente menſe,tam ĩ regia curiiſq̃,atq̃ flaminũ domibus,laureę veteres nouis laureis mutabant.Eodẽ quoq̃ menſe & publice & priuatim ad Annã perennam ſacrificatum itur:vt annare perannareq̃ commode liceat.Hoc menſe mercedes exoluebant magiſtris,quas completus ann⁹ deberi fecit.Comitia auſpicabantur:vectigalia locabant.Et ſeruis cœnas apponebãt matronæ,vt domini Saturnalibus.Illæ vt principio anni ad promptum obſequium honore ſeruos inuitarent:hi quia gratiam perfecti operis exoluerent.

Anni diuerſitas.

Anni ordo p Romulum.

Tricenũ dierum.

Septimanę nonę.

Quintanæ.

Martius primus menſis & quid ĩ eo fiebat

Annare & perannare.

¶Secundũ menſem noĩauit Aprilẽ,vt quidã putant,cum aſpiratione,quaſi Aphrilem,a ſpuma quã gręci vocant ἀφρὸν,vnde orta Venus credit.Et hanc Romuli aſſerunt fuiſſe rationem:vt primum quidem mẽſem a patre ſuo Marte,ſecũdũ ab Aeneę matre Venere noĩaret:Et hi potiſſimũ anni principia ſeruarẽt,a quib⁹ eſſet Romani nominis origo: quum hodie quoq̃ in ſacris Martem patrem,Venerẽ genitricẽ vocemus.Alii putãt Romulum vel altiore prudẽtia,vel certi numinis prouidẽtia, ita primos ordinaſſe mẽſes, vt quum pręcedens Marti eſſet dicat⁹ deo plerũq̃ hominum necatori, vt Homerus ait naturę conſcius,ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα:ſecundus Veneri dicaretur, quæ vim eius,quaſi benefica leniret. Nam & in.xii.Zodiaci ſignis,quorum certa certorum numinum domicilia creduntur,quum primum ſignum aries Marti aſſignatus ſit, ſequens mox Venerem.i.taurus accepit.& rurſus e regione ſcorpius ita diuiſus eſt, vt deo eſſet vtriq̃ communis.Nec exiſtimatur cæleſti ratione carere ipſa diuiſio. Siquidẽ

Aprilis mẽſis ſecundus.

aculeo velut potētiſſimo telo pars armata poſterior domiciliū Martis eſt: priorē vero partē, cui ζυγὸς apud grecos nomē eſt, nos librā vocamꝰ, Venus accepit: quæ velut iugo concordi iungit matrimonia, amicitiaſq; cōponit. Sed Cingius in eo libro quē de Faſtis reliquit, ait imperite quoſdā opinari Aprilē menſem antiquos a Venere dixiſſe: quū nullus dies feſtus, nullūq; ſacrificiū inſigne Veneri per hunc menſem a maioribus inſtitutū ſit. Sed ne in carminibꝰ quidē Saliorū, Veneris ulla, vt cęterorū cęleſtium, laus celebratur.

Veneris nomen ignotū Rōanis.

Cingio etiā Varro cōſentit, affirmans nomen Veneris ne ſub regibus quidē apud Romanos, vel latinū, vel græcū fuiſſe: & ideo nō potuiſſe mēſem a Venere nominari. ſed quū fere ante æquinoctiū vernū triſte ſit cęlum & nubibꝰ obductū: ſed & mare nauigantibus clauſum: terræ etiam ipſæ aut aqua, aut pruina, aut niuibus cōtegantur: eaq; oīa verno, id eſt hoc menſe aperiant: arbores quoq;, nec minus cætera quę continet terra aperire ſe in germen incipiant: ab his omnibꝰ menſem Aprilem dici merito credendum, quaſi Aperilem: ſicut apud Athenienſes ἀνθεστηριὼν idem menſis vocatur, ab eo ꝙ hoc tempore cuncta floreſcant. Non tamen negat Verrius Flaccus hoc die poſtea conſtitutum, vt matronæ Veneri ſacrum facerent: cuius rei cauſam, quia huic loco non conuenit, prætereundum eſt.

Maius menſis Tertiꝰ.

¶ Maium Romulus tertiū poſuit: de cuius nomine inter authores lata diſſenſio eſt. Nam Fuluius Nobilior in faſtis, quos in ęde Herculis muſarū poſuit, Romulū dicit poſtq̄ populū in maiores iunioreſq; diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis rēp. tueret: in honorē vtriuſq; partis hunc Maium, ſequentē Iuniū menſem vocaſſe. Sunt qui hunc menſem ad noſtros faſtos a Tuſculanis tranſiſſe cōmemorent: apud quos nunc quoq; vocat deus Maius, qui eſt Iuppiter: a magnitudine. ſ. ac maieſtate dictus.

Maia vel Maieſta Vulcani vxor.

Cingius mēſem nominatum putat a Maia, quā Vulcani dixit vxorem: argumentoq; vtitur, ꝙ flamē vulcanalis Kalen. Maiis huic deæ rem diuinā facit. Sed Piſo vxorem Vulcani Maieſtā, nō Maiam dicit vocari. Cōtendūt alii Maiam Mercurii matrē mēſi nomē dediſſe: hinc maxime probātes, ꝙ hoc mēſe mercatores oēs Maiæ pariter Mercurioq; ſacrificāt. Affirmāt quidā, q̄bus Cornelius Labeo conſentit, hanc Maiā cui menſe Maio res diuina celebrat, terrā eſſe: hoc adeptā nomen a magnitudine, ſicut & mater magna in ſacris vocatur.

Sus mactatur Maiæ.

aſſertionēq; extimationis ſuę etiam hinc colligūt, ꝙ ſus p̄gnās ei mactatur: q̄ hoſtia eſt propria terræ. & Mercurium ideo illi in ſacris adiungi dicunt: quia vox naſcēti homini terrę cōtactu dat. Scimus aūt Mercuriū vocis & ſermonis potentē. Author eſt Cornelius Labeo, huic Maię id eſt terræ, ædem Kalen. Maiis dedicatā, ſub nomine Bonę deę: & eandem eſſe Bonā deā & terrā, ex ipſo ritu occultiore ſacrorū doceri poſſe confirmat.

Indigito Bona, Fauna, Ops & Fatua.

Hāc eādē etiā Bonā, Faunamq;, Opemq;, & Fatuā pōtificū libris indigitari. Bonā, ꝙ omniū nobis ad victum bonorū cauſa eſt: Faunam, ꝙ omni vſui aīantium fauet: Opem, ꝙ ipſius auxilio vita conſtet: Fatuā a fando, ꝙ (vt ſupra diximus) infantes partu editi non prius vocem edūt, q̄ attigerint terrā. Sūt qui dicāt hanc deā potētiam habere Iunonis: ideoq; regale ſceptrum in ſiniſtra manu ei additū.

Hecate. Semela.

Eādē alii Proſerpinā credūt: porcaq; ei rē diuinā fieri, quia ſegetē quā Ceres mortalibꝰ tribuit, porca depaſta eſt. Alii χθόνιαν ἑκάτην: Bœotii Semelā credūt, necnon eandē Fauni filiā dicūt: obſtitiſſeq; volūtati patris in amorem ſuum lapſi: vt & virga myrtea ab eo verberaretur, quū deſiderio patris nec vino ab eodem preſſa ceſſiſſet. Transfiguraſſe ſe tū in ſerpentē pater creditur, & coiſſe cum filia. Horum omniū hoc ꝓferunt indicii: ꝙ virgam myrteā in tēplo haberi nefas ſit, ꝙ ſuper caput eius extendatur vitis, qua maxime eam pater decipere tentauit: ꝙ vinū in tēplū eius nō ſuo noīe ſoleat inferri, ſed vas in quo vinū inditum ſit mellariū nominetur, & vinū lac nuncupetur: ſerpenteſq; in tēplo eius nec terrētes nec timentes indifferēter appareāt.

Medeæ tēplū viris inacceſſum.

Quidam Medęam putant: ꝙ in ęde eius oīe genus herbarum ſit, ex quibus antiſtites dant plerūq; medicinas: & ꝙ templū eius virū introire nō liceat, propter iniuriam, quā ab ingrato viro Iaſone perpeſſa eſt. Hęc apud grecos θεὸς γυναικεῖα dicit: quā Varro filiā Fauni tradidit, adeo pudicā vt extra γυναικωνῖτιν nunq̄ ſit egreſſa, nec nomen eius in publico fuerit auditū, nec virū vnq̄ viderit, vel a viro viſa ſit: propter quod nec vir templū eius īgredit.

Sacris Herculis nō interſunt mulieres.

Vnde & mulieribꝰ ī Italia ſacro Herculis nō licet intereſſe: qa Herculi (quū boues Geryonis ꝑ Italię agros duceret) ſitienti reſpōdit mulier, aquam ſe non poſſe præſtare, ꝙ fœminarū deę celebraretur dies:

nec ex eo apparatu viris guſtare fas eſſet.Propter quod Hercules facturus ſacrū dete-
ſtatus eſt pręſentiam fœminarum:& Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit, ne Potiti⁹
mulierem intereſſe permitterent.Ecce occaſio nominis,quo Maiam eſſe eandem,& ter- & Pina-
ram,& Bonam deam diximus,coegit nos de Bona dea quęcunq; comperimus ꝓtuliſſe. rius.
¶Iunius Maium ſequitur:aut ex parte populi,vt ſupra diximus,nominatus:aut(vt Ci Iuni⁹ mē
gius arbitratur)ꝙ Iunonius apud latinos ante vocitatus,diuq; apud Aricinos Præne- ſis.IIII.
ſtinoſq; hac appellatione in faſtos relatus ſit:adeo vt (ſicut Niſus in commentariis faſto
rum dicit) apud maiores quoq; noſtros hęc appellatio menſis diu manſerit:ſed poſt de
tritis quibuſdam literis,ex Iunonio Iunius dictus ſit.Nam & ædes Iunoni Monetæ Ka-
lend.Iuniis dedicata eſt.Nonnulli putauerunt Iunium menſem a Iunio Bruto,qui pri Brutus.
mus Romæ conſul factus eſt,nominatum:ꝙ hoc menſe.i.Kalend.Iuniis, pulſo Tarqui- Iunonis
nio ſacrum Carnę deæ in Cęlio monte voti reus fecerit.Hanc deam vitalibus humanis monetæ
præeſſe credunt.ab ea deniq; petitur vt iecinora & corda,quæq; ſunt intrinſecus viſce ædes.
ra,ſalua conſeruet.Et quia cordis beneficio,cuius diſſimulatione Brut⁹ habebatur ido Carna
neus emendationi publici ſtatus,extitit:hanc deam quæ vitalibus præeſt,templo ſacra- dea.
uit.Cui pulte fabaria & larido ſacrificatur,ꝙ vires maxime his rebus corporis roborē- Fabariæ
tur.Nam & Kalēdę Iuniæ fabariæ vulgo vocantur,quia hoc menſe adultæ fabæ diui- Kalendę.
nis rebus adhibentur.
¶Sequitur Iulius:qui quum ſecundum Romuli ordinationē Martio anni tenente prin Iuli⁹ mē
cipium,Quintilis a numero vocaretur:nihilominus tamen etiam poſt præpoſitos a Nu ſis.V.
ma Ianuarium ac Februarium,retinuit nomē,quum non videretur iam quītus eſſe,ſed
ſeptimus. Sed poſtea in honorem Iulii Cæſaris dictatoris, legem ferente M.Antonio
Marci filio conſule,Iulius appellatus eſt,ꝙ hoc menſe ad quartum idus quintilis Iuli⁹
procreatus ſit.
¶Auguſtus deinde eſt,qui ſextilis antea vocabatur, donec honori Auguſti daretur ex Auguſt⁹
ſenatuſconſulto,cuius verba ſubieci. Quum imperator Cęſar Auguſtus menſe ſextili, mēſis.vi.
& primum conſulatum inierit,& triumphos tres in vrbem ītulerit,& ex Ianiculo legio
nes deductæ ſecutæq; ſint eius auſpicia ac fidem,& Ægyptus hoc menſe in poteſtatem
populi Romani redacta ſit,finiſq; hoc menſe bellis ciuilibus impoſit⁹ ſit,atq; ob has cau
ſas hic menſis huic imperio feliciſſimus ſit ac fuerit: placere ſenatui,vt hic menſis Au-
guſtus appelletur.Idem plebiſcitum factum ob eandem rem,Sexto Pacubio tribuno ple
bem rogante.
¶Menſis September principalem ſibi retinet appellationem ex Germanici appellatione. Septem-
¶Octobrem vero ſuo nomine Domitianus inuaſerat.Sed vbi infauſtum vocabulum ex ber men
omni ęre vel ſaxo placuit eradi,menſes quoq; vſurpatione tyrannicæ appellationis exu ſis.VII.
ti ſunt.Cautio poſtea principum cæterorum diri ominis infauſta vitantium, menſibus October
a Septembri vſq; ad Decembrem priſca nomina reſeruauit. ¶Hæc fuit a Romulo an- menſis
nua ordinata dimenſio,qui (ſicut ſupra iam diximus)annum.x.menſium,dierum vero VIII.
iiii.& trecentorum habendum eſſe conſtituit,menſeſq; ita diſpoſuit, vt quatuor ex his
tricenos & ſingulos:ſex vero tricenos haberent dies. Sed quum is numerus neq; ſolis
curſui,neq; lunę rationibus conueniret: nonnunq̄ vſu veniebat, vt frigus anni ęſtiuis
menſibus,& contra calor hyemalibus proueniret. Quod vbi contigiſſet,tātum dierum
ſine vllo menſis nomine patiebantur aſſumi,quātum ad id anni tempus adduceret,quo
cęli habitus inſtanti menſi aptus inueniretur.

ASCEN.Vndetricenū.ſ.dierū.i.xxix.tricenūq;.i.xxx.quot luna nūc habere ſcribit.Tricenos ſingulos.i.ſinguli triginta vnū,ſeu vnū & triginta.Iuſta manibus perſoluerent.i.vt nunc dicimus exequię pro defunctis fierent. ὑπερβαίνοντας.i.ſupgredientes, ſupexcreſcentes. ἐμβολιμαίους.i.intercalares. Terminalibus.i.feſtis Termino deo ſacris.Intercalarem diem biſſextum dicimus:verum tunc plures intercalabātur.Lepidano tumultu,quē Lepidus concitauit.

De ordinatione anni per Numam:& quę cauſa fuerit intercalan-
di: & quo tempore primum intercalatum ſit. CAP.XIII.

SEd ſecutus Numa, quantum ſub cælo rudi & ſeculo adhuc impolito Anni di
ſolo ingenio magiſtro comprehēdere potuit,vel quia gręcorum obſer uiſio per
uatione forſan īſtructus eſt, quinquaginta dies addidit:vt ī trecentos Numam
liiii.dies,quibus.xii.lunę curſus confici credidit,annus extenderet:atq;

his.l.a ſe additis,adiecit alios ſex retractos illis ſex mēſibus, qui triginta habebāt dies, id eſt de ſingulis ſingulos:factoſq͂.l.&.vi.dies in duos nouos menſes pari ratione diuiſit:ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit,primumq͂ anni eſſe voluit,tanq̄ bicipitis dei menſem,reſpicientem ac proſpicientem tranſacti anni finem futuriq͂ pricipia. Secundum dicauit Februo deo,qui luſtrationum potens creditur. Luſtrari autē eo mēſe ciuitatem neceſſe erat,quo ſtatuit vt iuſta diis manibus ſoluerētur. Numæ ordinationem finitimi mox ſecuti:totidem diebus,totidemq͂ mēſibus vt Pompilio placuit,annum ſuum computare cœperunt.Sed hoc ſolo diſcrepabant,q͂ menſes vndetricenū,tricenumq͂ in numero alternauerunt.Paulo poſt Numa in honorē imparis numeri,ſecretum hoc & ante Pythagoram parturiente natura,vnum adiecit diem quē Ianuario dedit,vt tam in anno,q̄ in menſibus ſingulis,præter vnum Februarium, impar numerus ſeruaretur.Nam quia.xii.menſes,ſi ſinguli aut pari aut impari numero putarentur, cōſummationem parem facerent: vnus pari numero inſtitutus vniuerſam putationem imparem fecit.Ianuarius igitur,Aprilis,Iunius,Sextilis,September, Nouember,Decēber, vndetricenis cenſebantur diebus,& quintanas nonas habebāt: Ac poſt idus in omnib⁹ xvii.ad Kalend.cōputabantur.Martius vero,Maius,Quintilis,& October dies tricenos ſingulos poſſidebant.Nonæ in his ſeptimanæ erant.Similiterq͂ poſt idus.x.&.vii.dies ī ſingulis vſq͂ ad ſequentes Kalēd.computabantur.ſed ſolus Februarius.xxviii.retinuit dies,quaſi inferis & diminutio,& par numerus conueniret.

Februus deus. vñ Februarius mēſis.

Menſes quot dies habēt.

Intercalationis cauſa.

Intercalatio.

Quū ergo Romani ex hac diſtributione Pompilii ad lunæ curſum ſicut græci annum proprium computarent,neceſſario & intercalarem menſem inſtituerunt more gręcoꝝ. Nam & gręci quum animaduerterent temere ſe.ccc.liiii.diebus ordinaſſe annum,quoniam apparet de Solis curſu qui.ccc.lxv.diebus & quadrante zodiacum conficit,deeſſe anno ſuo.xi.dies & quadrantē:intercalares ſtatuta ratione commēti ſunt,ita vt octauo quoq͂ anno.xc.dies,ex quibus tres menſes tricenum dierum compoſuerunt,intercalarent.Id græci fecerunt,quoniam erat operoſum atq͂ difficile,omnib⁹ annis.xi.dies & quadrantem intercalare.Itaq͂ maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies qui naſcuntur ſi quadrās cum diebus.xi.octies componatur,inſerere, in tres menſes vt diximus diſtribuendos.Hos dies ὑπερβαίνοντας,Menſes vero ἐμβολισμοὺς appellabant.Hūc ergo ordinem Romanis quoq͂ imitari placuit, ſed fruſtra:quippe fugit eos diem vnum (ſicut ſupra admonuimus)additum a ſe ad græcum numerum, in honorē imparis numeri.Ea re per octennium cōuenire numerus atq͂ ordo non poterat. Sed nōdum hoc errore comperto,per octo annos nonaginta quaſi ſuperfundendos græcorum exemplo computabāt dies:alterniſq͂ annis binos & vicenos, alternis ternos vicenoſq͂ īntercalares expenſabant intercalationibus.iiii.Sed octauo quoq͂ anno ītercalatores octo affluebant dies ex ſingulis,quibus vertentis anni numerum apud Romanos ſuper græcum abundaſſe iam diximus.Hoc quoq͂ errore iam cognito, hæc ſpecies emendationis inducta eſt.Tertio quoq͂ octennio ita intercalandos diſpenſabant dies, vt non nonaginta,ſed.lxvi.intercalarent,compenſatis.xxiiii.diebus pro illis,qui per totidē annos ſupra græcorum numerum creuerant.Omni autem intercalationi mēſis Februarius deputatus eſt,quoniam is vltimus anni erat.Quod etiam ipſum de gręcorum imitatione faciebant.Nam & illi vltimo anni ſui menſi,ſuperfluos interſerebant dies: vt refert Glaucippus,qui de ſacris Athenienſium ſcripſit.Verum vna re a græcis differebant,nam illi cōfecto vltimo menſe,Romani non confecto Februario,ſed poſt.xxiii.diem intercalabant, Terminalibus ſcilicet iam peractis.Deinde reliquos Februarii menſis dies,qui erant qnq͂,poſt intercalationem ſubiungebant(credo)vetere religionis ſuę more, vt Februariū omnino Martius ſequeretur.

Nūdinę.

Sed quum ſæpe eueniret,vt nundinæ modo in anni principem diem , modo in nonas caderent(vtrūq͂ autem pernicioſum reipublicæ putabatur)remedium quo hoc auerteretur excogitatum eſt.Quod aperiemus,ſi prius oſtenderimus,cur nundinæ vel primis Kalend.vel nonis omnibus cauebātur.Nam quoties incipiente anno dies cœpit q̄ adiectus eſt nundinis:omnis ille annus infauſtis caſibus luctuoſus fuit,maximeq͂ Lepidano tumultu opinio iſta firmata eſt.

Nonis autē cōuētus vniuerſę multitudinis vitād⁹ exiſtimabaſ:q̄m populus Roman⁹

exactis etiã regibꝰ,diẽ hunc nonarũ maxime celebrabat,quẽ natalẽ Seruii Tullii exi- Nonæ.
ſtimabãt.qa quũ incertũ eſſet,quo mẽſe Seruiꝰ Tulliꝰ natus eſſet,nonis tñ natũ eſſe Seruii
cõſtaret,oẽs nonas celebri notitia frequẽtabant.Veritos ergo q diebꝰ præerant,neqd Tul. in-
nũdinis collecta vniuerſitas ob regis deſideriũ nouaret:cauiſſe vt nonæ a nũdinis ſe- certus
gregarent.Vnde dies ille quo abũdare annũ diximꝰ,eorũ eſt ꝑmiſſus arbitrio,q faſtis dies na-
ꝑerant:vt quũ vellent intercalarent,dũmodo eũ in medio Terminaliorũ,vel menſis talis.
intercalaris ita locarent,vt a ſuſpecto die celebritatẽ auerterent nũdinarũ.Atq; hoc
eſt qđ quidã veterũ retulerũt:nõ ſolum mẽſem apud Romanos,verũ etiã diẽ inter-
calarẽ fuiſſe.¶Quãdo autẽ primũ intercalatũ ſit,varie refert:& Macer quidẽ Liciniꝰ Interca-
eius rei originẽ Romulo aſſignat.Antias lib.ii.Numã Pompiliũ ſacrorũ cauſa id in- latio qñ
ueniſſe cõtendit. Iunius Seruiũ Tulliũ regẽ primũ intercalaſſe cõmemorat,a quo & primum
nũdinas inſtitutas Varroni placet. Tuditanꝰ refert libro.iii.magiſtratuũ,decẽuiros facta.
qui.x.tabulis duas addiderunt,de intercalãdo populũ rogaſſe. Caſſius eoſdẽ ſcribit Nũdinæ
auctores.Flauiꝰ id egiſſe M.Conſulẽ dicit ab Vrbe cõdita anno quingenteſimo ſexa- a quo in
geſimoſecũdo,inito mox bello ætolico.Sed hoc arguit Varro,ſcribẽdo antiquiſſimã ſtitutæ.
legem fuiſſe inciſam in columna ærea a Lucio Pinatio & Furio conſulibꝰ:cui mentio
intercalaris aſcribitur.Hæc de intercalandi principio ſatis relata ſint.

ASCEN.An terminum qui dixit,nõ ſolũ accuſatiuũ præpoſitioni an dedit,ſed & ſeparabilem fecit.ex eoq; pa An.
tet ſcribendum in ſimplici an,vnde anfractus,anquiro:ſequentibus autẽ b,m,vel p,am.vt ambigo,amplector,
amputo.de m rariora ſunt exempla:quia amminiculor,ammoneo,ammiror,q̃ per d ſcribi poſſunt,ex ad fiũt.
Comperendinatio.i.dilatio in diem poſtridianum.Nefaſti.dies erant in quibus forum iudiciale clauſum erat,
nec tria iuris verba do,dico,abdico,fari licebat. Comitiales quibus comitia.i.congregationes populi ad eligen-
dos magiſtratus habebantur.

Quem in modum primũ Iulius,deinde Auguſtus Cęſares annum correxerint. CAP.XIIII.

VErum fuit tempus quum propter ſuperſtitionem intercalatio omnis
omiſſa eſt : nonnunq̃ vero per gratiam ſacerdotum , qui quum pu-
blicanis proferri vel imminui conſulto anni dies volebant : modo
auctio,modo retractio dierum proueniebat , & ſub ſpecie obſerua-
tionis emergebat maior confuſionis occaſio.

¶Sed poſtea C.Cæſar omnẽ hanc incõſtãtiã tẽporũ vagam adhuc & Anni
incertã,in ordinẽ ſtatutę definitionis coegit,adnitente ſibi M.Flauio ſcriba,qui ſcri- corre-
ptos dies ſingulos ita ad dictatorẽ retulit : vt & ordo eorũ inueniri facillime poſſet, ctio a C.
& inuento certus ſtatus ꝑſeueraret.Ergo C.Cæſar exordiũ nouæ ordinationis initu Cæſare
rus,dies omnes qui confuſionẽ adhuc poterant facere conſumpſit: eaq; re factum eſt, facta.
vt annus cõfuſionis vltimus in quadringentos quadragintatres dies protẽderetur. Annꝰ cõ
Poſt hoc imitatꝰ ægyptios ſolos diuinarũ rerũ oĩm cõſcios,ad numerũ ſolis,qui die- fuſionis.
bus.ccc.lxv.& quadrãte curſum cõficit,annũ dirigere cõtendit.Nã ſicut lunaris an- Annꝰ lu
nus mẽſis eſt,qa luna paulo minus q̃ mẽſem in zodiaci circuitione cõſumit: ita ſolis naris.
annꝰ hoc dierũ numero colligẽdus eſt,quẽ peragit, dũ ad id ſignũ ſe denuo vertit,ex Annus
quo digreſſus eſt.vnde annꝰ vertẽs vocat,& habet magnꝰ,quũ lunæ annꝰ breuis pu- vertens.
tetur. Horũ Virgiliꝰ vtrũq; cõplexus eſt.Interea magnũ ſol circumuoluitur annũ. Annus
¶Hinc Atteius Capito annũ a circuitu tẽporis putat dictũ,qa veteres an ꝓ circũ po vñ.An.
nere ſolebãt,vt Cato ĩ originibꝰ oratorũ,An terminũ.i.circũ terminũ,& ambire pro
circũire.Iulius ergo Cæſar decẽ dies obſeruationi veteri ſuꝑadiecit , vt annũ trecẽti
&.lxv.dies quibꝰ ſol luſtrat zodiacũ,efficerent.& ne quadrãs deeſſet,ſtatuit vt quar-
to quoq; anno,ſacerdotes q curabant,mẽſibꝰ ac diebꝰ vnũ intercalarẽt diẽ:eo.ſ.mẽſe
ac loco,quo etiã apud veteres mẽſis intercalabat.i.ante quinq; vltimos Februarii mẽ
ſis dies:idq; biſſextũ cenſuit nominandũ.Dies autẽ decẽ,quos ab eo additos dixim ꝰ, Biſſextꝰ
hac ordinatiõe diſtribuit. In Ianuariũ & Sextilem & Decembrẽ binos dies ĩſeruit: in
Aprilẽ aũt Iuniũ,Septẽbrẽ,Nouẽbrem,ſingulos.Sed neq; mẽſi Februario addidit diẽ,
ne deo infero religio ĩmutaret. Et Martio Maio Quintili Octobri ſeruauit priſtinũ
ſtatum,ꝙ ſatis pleno erãt numero,id eſt dierũ ſingulorũ tricenorũq;.Ideo & ſeptima
nas hñt nonas ſicut Numa cõſtituit,qa nihil ĩ his Iulius mutauit.Sed Ianuariꝰ,ſex-
tilis,decẽber,quibꝰ Cęſar binos dies addidit,licet tricenos ſingulos habere poſt Cęſa
rẽ cœperint,quintanas tñ habent nonas,& ab idibꝰ illis ſequẽtes kalẽd. in vndeuice-

Cōperē- dinatio.

ſimum reuertuntur:quia Cęſar quos addidit dies neq; ante nonas neq; ante idus inſe-rere voluit,ne nonarum aut iduum religionem,quę ſtatuto erat die,nouella comperendinatione corrumperet.Sed nec poſt idus mox voluit inſerere,ne feriarum quarūq; violaretur indictio.Sed peractis cuiuſq; menſis feriis,locum diebus aduenis fecit. Et Ianuario quidem dies quos dicimus quartum & tertium Kalendas Februarias dedit:Aprili tertiū Kalēdas Maias:Iunio tertiū Kalēdas Iulias:Auguſto quartū & tertiū Kalēdas Septembris:Septembri tertium Kalendas Octobris:Nouembri tertium Kalend.Decēbris:Decembri vero quartum & tertium Kalend.Ianuarias.Ita factum eſt,vt quum omēs hi menſes quibus dies addidit,ante hanc ordinationem habuiſſent menſis ſequentis Kalēdas ad ſeptimumdecimum reuertentes:poſtea ex augmento additorum dierum,hi qui duos acceperunt ad nonumdecimum:qui vero vnum ad octauumdecimum haberēt reditum Kalendarum.Feriarum tamen cuiuſq; menſis ordo ſeruatus eſt.Nā ſicui fere tertius ab idibus dies feſtus aut feriatus fuit,& cum ad ſextumdecimum dicebatur:etiam poſt augmētum dierum,eadem religio ſeruata eſt,vt tertio ab idibus die celebraretur:licet ab incremento non iam ad decimumſextum Kalendas,ſed ad ſeptimumdecimum ſi vnus:ad.xviii.ſi duo ſunt additi,diceretur.Nam ideo nouos dies circa finem cuiuſq; menſis inſeruit,vbi finem omnium quæ in mēſe erant repperit feriarum :adiectoſq; oēs a ſe dies faſtos notauit,vt maiorem daret actionibus libertatem.& non ſolum nullū nefaſtum,ſed nec comitialem quenq̄ de adiectis diebus inſtituit, ne ambitionem magiſtratuum augeret adiectio.Sic annum ciuilem Cæſar habitis ad lunam dimenſionibus conſtitutum,edicto palā poſito publicauit. ¶Et hucuſq; error ſtare potuiſſet,ni ſacerdotes ſibi errorem nouum ex ipſa emēdatione feciſſent.Nam quum oporteret diē,qui ex quadrantibus cōfit,quarto quoq; anno cōfecto,anteq̄ quint⁹ inciperet,intercalare: illi quarto non peracto,ſed incipiente,intercalabant.Hic error.vi.&.xxx.annis permanſit, quib⁹ annis intercalati ſunt dies.xii.quum debuerint intercalari nouem.

Anni correctio ab Augu- ſto facta.

Sed hunc quoq; errorem ſero deprehenſum correxit Auguſtus,qui annos.xii.ſine intercalari die trāſigi iuſſit,vt illi tres dies,qui per annos.xxxvi.vitio ſacerdotalis feſtinationis excreuerant,ſequentibus annis.xii.nullo die ītercalato deuorarenť.Poſt hoc vnū diem,ſecundum ordinationem Cæſaris,quīto quoq; incipiente anno, intercalari iuſſit, & omnem hunc ordinem ęreę tabulæ ad æternam cuſtodiam inciſione mādauit.

ASCEN.Nos,vt dixi,in quatuor menſibus nonas ſex,in reliquis quatuor habemus:poſt nonas aūť in ſingulis menſibus idus octo.quocirca noſtro vt ita dicam calendario cum priſco non cōuenit.Si tñ Calēdas ipſas .i.primum cuiuſq; menſis diem, nonis adnumeremus:haberemus vt priſci nonas ſeptimanas , aut quintanas:quas voces credo a Macrobio dictas pro ſeptidianas,quintidianas:ſicut triduanas & quatriduanas diceremus ſi tot dierum eſſent . Δία τὴν ἡμέραν , ideſt,Iouem diem vocant. ἀπὸ τοῦ εἴδους ſeu εἰδεος.i.a ſpecie. Quia in nomine idus prior ſemper eſt lōga,& prima in viduo ac vidua corripitur:videtur diuerſam ab illis originem habere.ἀεροτόμην.i.aeriſecam.De atris diebus dictum eſt in Gelliume& ꝙ nō ſunt dicēdi nefaſti.

De Calendis,Idibus,ac Nonis. CAP.XV.

Propōit Hor⁹ diſ putāda.

TVnc Horus:Dies quidem hic,inquit,intercalaris anteq̄ quintus annus incipiat inſerendus,cum Ægypti matris artium ratione conſentit: ſed in illorum menſibus explicandis videť operoſum,quos tricenū dierum omnes habent, eo ꝙ explicitis.xii.menſibus id eſt trecētis.lx.diebus exactis , tūc inter Auguſtum atq; Septembrem reliquos quinq; dies anno ſuo reddunt,adnectentes quarto quoq; anno exacto intercalarem,qui ex quadrātib⁹ cōfit.At hic nō a primo in vltimū mēſis diē ad incremētū cōtinuum numerus accedit,ſed poſt Kalendas dirigiť in nonas:inde ad quaſdā idus deflecti audio:Poſt rurſus,ni fallor,immo vt nūc quoq; retuliſti,in ſequētes Kalēdas.Quæ oīa q̄d ſibi velit, ſcire equidē vellē.Nā illud nec cōſequi poſſe me ſpero,vt vocabula cōphēdā,q̄ ſingulis apud vos diebus adduntť,dum alios faſtos,variiſq; alios noībus nuncupatis. Nundinas quoq; veſtras neſcire me fateor,de q̄bus obſeruatio tā diligens,tā cauta narrať.Hęc nec mihi erubeſcēdū eſt ignorare peregrino:a te vero Prętextate diſcere nec ciuē pudeet.Tūc Prętextat⁹:Nō ſolū tibi inq̄t,Hore quū ſis Ægypto oriūdus,ſed ne nobis quidē quib⁹ origo Romana eſt,erubeſcēdū puto q̄rere,quod quęſitu dignum oēs veteres putauerūt.Nā de Kalēdis,nonis,& idibus,deq; feriarū variis obſeruationibus innumeros authores cura q̄ſtionis exercuit.Et ideo nos q̄ de his ab oībus dicta ſunt in vnū breuiter colligemus.

Mēſis ini- tiū factū a Romu lo.

Romulus quū ingenio acri quidē,ſed agreſti ſtatum proprii ordinaret

perii,initiũ cuiuſq; mẽſis ex illo ſumebat die,quo nouã lunã cõtigiſſet videri,quia vero
non continuo euenit,vt eodem die ſemper appareat,ſed modo tardius modo celeri⁹ ex
certis cauſis videri ſolet:contigit,vt dũ tardius apparuit, præcedẽti menſi plures dies,
aut quum celerius,pauciores darentur: & ſingulis quibuſq; menſibus perpetuã numeri
legem primus caſus addixit.Sic factũ eſt,vt alii triginta & vnum, alii vndetriginta ſor
tirentur dies.omnibus tamen mẽſibus ex die nonarũ idus nono die repſentari placuit: Nonæ.
& inter idus ac ſequentes Kalend.conſtitutũ eſt.xvi.dies eſſe numerandos:ideo menſis
vberior duos illos quibus augebatur dies inter Kalendas ſuas & nonas habebat. Hinc
aliis quintus a Kalẽdis dies,aliis ſeptimus Nonas facit.Cæſar tamen(vt ſupra dixim⁹)
ſtata ſacra cuſtodiens,nec in illis menſibus quibus binos adiecit dies,ordinẽ voluit mu
tare nonarum:quia peractis totius menſis feriis,dies ſuos rei diuinę caut⁹ inſeruit. Pri
ſcis ergo tẽporibus anteq̃ faſti a Cn.Flauio ſcriba inuitis patrib⁹, in omnium notitiam
ꝓderentur,pontifici minori hæc ꝓuincia delegabatur,vt nouæ lunæ primũ obſeruaret
aſpectum,viſamq; regi ſacrificulo nũciaret:itaq; ſacrificio a rege & minore põtifice ce
lebrato,idẽ põtifex calata,id eſt vocata in capitolium plebe,iuxta curiã Calabram, quæ Curia ca
caſę Romuli ꝓxima eſt,quot numero dies a Kalendis ad nonas ſupeſſent,pronũciabat: labra.
& quintanas qdẽ dicto quinquies verbo καλῶ,ſeptimanas repetito ſepties ꝑdicabat.Ver Kalendę
bum aũt καλῶ grecũ eſt.i.voco.Et hũc diẽ qui ex his diebus q calarent primus eſſet,pla vnde.
cuit Kalendas vocari.Hinc & ipſi curię,ad quã vocabant,Calabrę nomẽ datũ eſt,& claſ Calabra
ſi,ꝙ omis in eam populus vocaret. Ideo aũt minor põtifex numerũ dierũ qui ad nonas curia &
ſupereſſent calando ꝓdebat,ꝙ poſt nouam lunam oportebat nonarũ die populares qui claſſis vñ
in agris eſſent,cõfluere ĩ Vrbem accepturos cauſas feriarũ a rege ſacrorũ,ſciturosq;,qd
eſſet eo mẽſe faciẽdũ.Vnde quidam hinc nonas extimãt dictas:quaſi nouę initiũ obſer Nonæ
uationis,vel ꝙ ab eo die ſemp ad idus nouem dies putent:ſicut apud Tuſcos nonę plu vnde.
res habebant,ꝙ hi nono quoq; die regẽ ſuũ ſalutabãt,& de ꝓpriis negociis cõſulebant.
¶Iduũ porro nomen a Tuſcis,apud quos is dies Itis vocatur,ſumptum eſt. Itim autem Idus vñ.
illi interpretabantur Iouis fidutiam.Nam quum Iouem accipiamus lucis authorẽ,vn
de & Lucetium ſalii in carminibus canunt,& Cretenſes διὰ τῶν ἡμέραν vocãt,ipſi quo Luceti⁹
q; Romani Dieſpitrẽ appellãt,vt diei patrem:iure hic dies Iouis fidutia vocatur,cuius Iuppiter
lux cum ſolis occaſu non finitur,ſed ſplendorem diei & noctis continuat illuſtrante lu Dieſpi
na:quod ſemper in plenilunio,id eſt medio menſe fieri ſolet.Diem vero qui vel noctur ter.
nis caret tenebris,Iouis fidutiam Tuſco nomine vocauerunt,vnde & omnes idus Iouis Iouis fi
ferias obſeruandas ſanxit antiquitas.Alii putãt idus,ꝙ ea die plena luna videatur,a vi dutia.
dendo vidus appellatas,mox literam u detractam:Sicut contra quod græci ἰδεῖν dicũt, Iouis fe
nos u litera addita videre dicimus.Nonnullis placet, idus ductas vocabulo græco ἀπὸ rię.
τοῦ εἴδους,ꝙ eo die plenam ſpeciem luna demonſtret. Sunt qui exiſtiment idus ab oue
iduli dictas,quam hoc nomine vocant Tuſci,& omnibus idibus ouis immolatur a fla
mine.Nobis illa ratio nominis vero propior exiſtimatur,vt idus vocemus diem qui di Iduare.
uidit menſem.Iduare enim hetruſca lingua diuidere eſt: vnde vidua quaſi valde idua, Vidua.
id eſt valde diuiſa,aut vidua,id eſt a viro diuiſa.Vt autem idus omnes Ioui,ita omnes
Kalendas Iunoni tributas & Varronis & pontificalis confirmat authoritas.Quod etiã
Laurentes patriis religionibus ſeruant,qui & cognomen deæ ex cęrimoniis addiderũt, Iuno ca
Kalendarem Iunonem vocantes. Sed & omnibus Kalendis a menſe Martio ad Decem lendaris
brem huic deæ Kalendarum die ſupplicant.Romæ quoq; Kalendis omnibus , præter ꝙ
pontifex minor in curia Calabra rem diuinam Iunoni facit:etiam regina ſacrorũ,id eſt
regis vxor porcam vel agnam in regia Iunoni immolat.a qua etiam Ianum iunonium Ianus Iu
cognominatum diximus,ꝙ illi deo omnis ingreſſus,huic deæ cuncti Kalendarum dies nonius.
videntur adſcripti.Quum enim initium menſium maiores noſtri ab exortu lunæ ſerua Iuno Ka
uerint,iure Iunoni Kalendas addixerunt , Lunam ac Iunonem eandem putantes , vel lendaris
quia luna per aerem meat, vnde & græci lunam ἄρτεμιν nuncupauerunt , quaſi ἀεροτόμιν, Artemis
ꝙ aera ſecat:Iuno autem aeris arbitra eſt : merito initia menſium,id eſt Kalen luna.
das huic deæ conſecrauerunt.Nec hoc prætermiſerim,ꝙ nuptiis copulandis,Kalẽdas,
nonas , & idus religioſas.i.deuitandas cenſuerunt. Hi enim dies præter nonas feriati
ſunt:feriis autem vim cuiq̃ fieri piaculare eſt.ideo tunc vitantur nuptiæ,in quib⁹ fieri

Foſſarũ diſcrimẽ

vis virginibus videtur. Sed Verrium Flaccum iuris pontificii peritiſſimum dicere ſolitum refert Varro: quia feriis tergere veteres foſſas liceret, nouas facere ius non eſſet: ideo magis viduis q̃ virginibus idoneas eſſe ferias ad nubendum. Subiiciet aliquis. Cur ergo nonis ſi feriatus dies non eſt, prohibetur celebritas nuptiarum? Huius quoq; rei in aperto cauſa eſt. Nam quia primus nuptiarum dies verecundiæ datur: poſtridie autẽ nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipiſci, & rem facere diuinam: omnes autem poſtriduani dies ſeu poſt Kal. ſeu poſt nonas, iduſve, ex æquo atri ſunt: Ideo & nonas inhabiles nuptiis eſſe dixerunt: ne nupta aut poſtera die libertatẽ auſpicaretur vxoriã: aut atro ĩmolaret, quo nefas eſt ſacra celebrari.

Poſtriduani dies q & atri.

ASCEN. Profeſti dies ſunt qui non ſunt feſti, quaſi procul a feſtis: non vt inepti putãt a ꝓ. i. ante: quaſi ſint pridie feſtorũ. Interciſi partim feſti partim ꝓfeſti, vt in Italia & Leodienſi diœceſi vidimus, vſq; ad meridiẽ feſtos, poſt meridiem profeſtos: & in Gallia quantum ad opus manuũ feſtos: ad opus iumẽtorum vt ſupra dixi profeſtos. Fari licet. ſ. ꝓ tribunali & iudici tria illa verba, do, dico, addico, ſeu abdico. Intercęſa. ſ. hoſtia: & porrecta. i. in terram ſtrata: vnde Mart. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum: niſi ſit ſuſpenſa donec adoleatur. Sane cum vulgo dicatur interciſa quaſi interſciſſa, vt ſignificetur ĩterfecta & mactata, dixit intercęſa. eſt ꝙ ſeptimi caſus abſolute poſiti. Adolet. i. dijs crematur & offertur, ſaltem pro parte. Statiua feſta nos immobilia vocamus. Conceptiua quæ mobilia vocantur, vt paſcatis & pentecoſtes. Imperatiua, quæ præter ſolitũ indicuntur, vt propter pacem, victoriã, aut ſupplicationem communem. Nundinas eccleſia non indicit, ſed pręfecti locorum: vt mercatus liberi fiant. Saiam: alij ſeiam alij ſatã ſcribũt: ſunt aũt nomina a ſerendi officio deducta: & eo ꝙ ſalus q̃ maxime eſt neceſſaria, ſine ſemente, ſegete & ſatione haberi nequit, mira ſuperſtitione obſeruata. Semonia a ſemẽte. Saia, a ſatione, vnde ſerere teutones ſaien vocant: ſegetia a ſegete. Prudẽtem expiare non poſſe. nos grauius peccare qui ſcientes peccant q̃ qui ignorantes fatemur, ſed non inexpiabiliter. Notum eſt ꝑ Vallam: multos peccare prudentes & ſcientes: nullum prudenter & ſcienter. Quia ille prudẽs peccat qui prouidet & ſcit ſe peccaturum ſi fecerit & nihilominus facit: prudenter aũt & ſcienter qui iuxta prudentiam & laudabilẽ ſcientiam. quod fieri nequit: niſi omnino cogatur, & tunc quia non eſt volũtarium, deſineret eſſe peccatum. Si bos in ſpecũ: id euangelium quoq; probat. Tria verba. Ouidius. Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilẽtur: Faſtus erit per quem lege licebit agi. Ea autem verba quidam ponunt do, dico, abdico, vt ſit do cõmune vtriq; . i. ius diſcerno, dico. i. addico victori, & abdico victo. Alij vt hic addico ponunt, vt ſit auxeſis do, dico, addico. alij aliter interpretantur, ſed parui refert. Atq; inferum pro inferorum: Atqui Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Verum non ſemper agebatur dies qui patens mundus dicebatur: eo eñ patente claudebãtur belli portę. Poſtriduanos. vulgo ſcribunt poſtridianos, ſed vtrũq; recte. Nam & quatriduanos dicimus: ſed hoc diſcriminis ꝙ hoc a quatriduo, illud a poſtridie deducitur. Gellius lib. xv. annalium. Si noctes atticas, annales cenſet, error eſt in calculo, Naʒ lib. v. ſimilia ſcribit Gellius. ſi aliud eſt opus, credam diuerſum quoq; authorem eſſe, Nam mihi non eſt vero ſimile Macrobium velle fateri ſe opera Auli Gellij legiſſe, cum tã ꝑce eius meminit, vidit tamen haud dubie: nunc vero callide Gellium in annalibus citat, vt innuat ſe ex eodem fonte ex quo Gelliũ poſteriorem hauſiſſe. Vtrum faſtus vel nefaſtus dies ſit. Male dixeris, dubito vtrum faſtus vel nefaſtus dies ſit: dicendum enim eſſet an nefaſtus: quomodo & hic ipſe loquar. Poteſt argui. i. reprehendi. Vnde etiam mos fuit candidatis. ſ. competitoribus magiſtratuum, qui candidis induebantur, humilitatis & puritatis indicio, vt ſe non ſuis meritis ſed populi ſuffragio fretos & non ſordido animo. i. nulla auaritia polluto, magiſtratum petere ſignificẽt. Luſtricus dies etiãnũ non⁹ eſt ijs q ſe nouenas agere dictitant. Verũ Iudęis octauo etiã maſculi circuncidebantur & nomen accipiebant: & feſta nobis celeberrima octo diebus complentur. Maro autem ſecũdum ethnicum morem dixit Aeneid. v. Pręterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit &c. Luſtricus autem eſt purgatiuus. vnde aquæ fontis ſacri luſtrales & luſtricæ dicuntur. Digeries: digeſtũ. Nullus commeatus, liber acceſſus & vt nunc dicitur ſaluus conductus. Δεκάτην καὶ ἐννάτην φθίνοντος μηνός. i. decimam & nonam deficientis menſis. ἱσαμένου. i. ſtantis vel ſtati.

Porrigere.

Semẽta an ſemonia.

Dierum diuiſio.

De diuiſione & diuerſitate dierũ apud Romanos. Cap. XVI.

Feſti dies. Profeſti dies. Interciſi dies.

SEd quia nos ad commemorationem dierum ordo deduxit: de hoc quoq; quod Hori noſtri conſultatio continet, pauca dicenda ſunt. ¶ Numa vt in menſes annũ, ita in dies mẽſem quẽq; diſtribuit: dieſq; omnes aut feſtos, aut profeſtos, aut interciſos vocauit. Feſti diis dicati ſunt. Profeſti hominibus ob adminiſtrandã rem priuatã publicãq; conceſſi. Interciſi deorum hominũq; cõmunes ſunt. Feſtis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, ferię. Profeſtis faſti, comitiales, comperẽdini, ſtati, pręliares. Interciſi in ſe non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere. Nam quũ hoſtia cędítur: fari nefas eſt. Intercęſa & porrecta fari licet. Rurſus quum adoletur: non licet. Ergo de diuiſione feſtorum & profeſtorum dierum latius diſſerendum eſt. Sacra celebritas eſt, vel quum ſacrificia diis offeruntur, vel quum dies diuinis epulationibus celebratur, vel quũ ludi in honorẽ aguntur deorum, vel quũ ferię obſeruanť. Feriarũ aũt publicarũ genera ſũt quatuor. Aut eñ ſtatiuæ ſunt, aut cõceptiuę, aut imperatiuæ, aut nũdinæ. Et ſunt ſtatiuæ vniuerſi populi cõmunes certis & cõſtitutis dieb⁹ ac mẽſib⁹, & in faſtis, ſtatis obſeruationibus annotatę: in quibus præcipue ſeruantur agonalia, carmentalia, lupcalia. Conceptiuę ſunt: quæ quotannis a magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiuntur in dies, vel certos, vel etiam incertos: vt ſunt Latinæ, Paganalia, Sementinæ, Compitalia,

Feriæ & earũ genera.

Statiuæ feriæ.

Cõceptiuę ferię.

Imperatiuę feriæ.

Imperatiuę ſunt,quas cōſules vel prętores pro arbitrio poteſtatis indicūt.Nundinę ſunt paganorū.i.ruſticorū,quibus cōueniūt negociis ꝓpriis vel mercib⁹ prouiſuri.Sunt prę terea ferię ꝓprię familiarū:vt Claudię familię,vel Aemilię,ſeu Iulię,ſiue Corneliæ,& ſi quas ferias ꝓprias quæq; familia ex vſu domeſticę celebritatis obſeruat.Sunt ſingulorū, vt natalium,fulgurūq; ſuſceptiones.Item funerū atq; expiationum.Apud veteres quoq; qui nominaſſet Salutem,Semoniam,Saiam,Segetiam,Tutilianā,ferias obſeruabat.Item Flaminica quoties tonitrua audiſſet,feriata erat,donec placaſſet deos.Affirmabāt autē ſacerdotes pollui ferias,ſi indictis cōceptiſq; opus aliquod fieret. Pręterea regem ſacrorū,flamineſq; nō licebat videre feriis opus fieri:& ideo per pręconem denūciabāt, ne qd tale ageret,& pręcepti negligens mulctabatur.Pręter mulctam vero affirmabāt eum,qui talibus diebus imprudens aliquid egiſſet,porco piaculum dare debere, prudentē expiare nō poſſe,Scęuola pōtifex aſſeuerabat.Sed Vmbro negat eū pollui,qui opus vel ad deos pertinens,ſacrorūve cauſa feciſſet,vel aliquid ad vrgentem vitę vtilitatem reſpiciens actitaſſet.Scæuola deniq; conſultus quid feriis agi liceret,reſpōdit,qd pretermiſſum noceret.Quapropter ſi bos in ſpecū decidiſſet,eumq; paterfamilias adhibitis operis liberaſſet,nō eſt viſus ferias polluiſſe:nec ille qui trabem tecti fractam fulciēdo ab imminēti vindicauit ruina.Vnde & Maro omniū diſciplinarū peritus:ſciens lauari ouē,aut lanę purgandę,aut ſcabiei curandę gratia,pronūciauit tūc ouem per ferias licere merſari, ſi hoc remedii cauſa fieret:Balantūq; gregem fluuio merſare ſalubri.Adiiciendo enim ſalubri,oſtendit auertendi morbi gratia tantūmodo,non etiam ob lucrū purgandæ lanæ cauſa fieri cōceſſum. Hæc de feſtis & qui inde naſcūtur, qui etiam nefaſti vocantur:

Geor.i.

Profeſti. Faſti. Nefaſti. Comitiales. Cōperēdini. Stati. Vadimoniū. Plaut⁹. Pręliares. Mūdus patens.

Nunc de profeſtis,& qui ex his procedūt loquamur,id eſt faſtis,comitialib⁹,cōperendinis,ſtatis,præliarib⁹. Faſti ſunt quib⁹ licet fari prætori tria verba ſolēnia,do,dico, addico. His cōtrarii ſunt nefaſti.Comitiales ſunt quib⁹ cū populo agi licet.Et faſtis quidē lege agi poteſt,cū populo nō poteſt,comitialib⁹ vtrūq; pōt. Cōperēdini,quib⁹ vadimoniū licet dicere.Stati,qui iudicii cauſa cū peregrino inſtituuntur:vt Plautus in Curgulione: Status condictus cū hoſte interceſſit dies, hoſtem nunc more vetere ſignificat peregrinū. Præliares ab iuſtis nō ſegregauerim, ſiquidē iuſti ſunt cōtinui xxx.dies quib⁹ exercitui imperato vexillum ruſſi coloris in arce poſitū eſt. Præliares autē oēs quib⁹ fas eſt res repetere : vel hoſtem laceſſere. Nā cū Latia hoc eſt latinarū ſolenne concipitur:item dieb⁹ Saturnaliorū:ſed & quū mūdus patet, nefas eſt pręliū ſumere. Quare nec latinarū tempore,quo publice quondam induciæ inter Romanū populum Latinoſq; firmatæ ſunt,inchoari bellum decebat,nec Saturni feſto,qui ſine vllo tumultu bellico creditur imperaſſe:nec patente mundo,quod ſacrum Diti patri & Proſerpinæ dicatum eſt:meliuſq; occluſa Plutonis fauce eundum ad prælium putauerunt. Vnde & Varro ita ſcribit.Mundus quū patet,deorum triſtium atq; inferū quaſi ianua patet :propterea non modo prelium cōmitti , verum etiam delectum rei militaris cauſa habere: ac militem proficiſci, nauē ſoluere, vxorem liberū q̄rendorū cauſa ducere:religioſum eſt. Vitabāt veteres ad viros vocandos etiā dies,qui eſſent notati rebus aduerſis.Vitabant etiā feriis:ſicut Varro in augurum libris ſcripſit in hæc verba:Viros vocare feriis nō oportet:ſi vocauit piaculū eſto.Sciendum eſt tamē eligendi ad pugnandū diem Romanis tūc fuiſſe licentiā,ſi ipſi inferrent bellū:at quū exciperent,nullū obſtitiſſe diē,quo minus vel ſalutē ſuā,vel publicam defenderēt dignitatē.Quis enim obſeruationi locus quū eligendi facultas nō ſupeiſit?

Dies poſtriduani:de q- bus Gel. libro.v. cap.xvii

Dies autem poſtriduanos ad oīa maiores noſtri cauendos putarunt, quos etiam atros, velut infauſta appellatione,dānarunt.Eoſdem tamē nōnulli cōmunes,velut ad emendationē nominis vocitauerūt.Horū cauſam Gellius annaliū libro.xv. & Caſſius Hemina hiſtoriarū libro.ii.referunt.Anno ab vrbe condita trecenteſimo ſexageſimotertio,a tribunis militū Virgulo Manlio, Eolio Poſthumio,collegiſq; eorū in ſenatu tractatum, quid eſſet,propter qd toties inter paucos annos male eſſet afflicta reſpu.& ex pcepto patrum L.Aquinium aruſpicem in ſenatū venire iuſſum religionū requirēdarū gratia,dixiſſe:Quintum Sulpitiū tribunum militū ad Alliam aduerſum Gallos pugnaturū,rem diuinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie idus Quintilis, Item apud Cremeram, multiſq; aliis tēporibus & locis poſt ſacrificiū die poſtero celebratum, male

ceſſiſſe cõflictum.Tũc patres iuſſiſſe,vt ad collegiũ pontificũ de his religionibꝰ refer
Atri dies. retur:pontificeſq; ſtatuiſſe poſtridie oẽs Kalendas, nonas,idus,atros dies habendos:
vt hi dies neq; prœliares,neq; puri,neq; comitiales eſſent.Sed & Fabius Maximꝰ Ser-
uilianus pontifex in libro.xii.negat oportere atro die parentare:quia tũc quoq; Ianũ
Iouẽq; præfari neceſſe eſt,quos nominari atro die non oportet. Ante diẽ quoq; quar
Sic & Gel.dicto loco. tum Kalendas vel nonas vel idus,tanꝗ inominalem diẽ pleriq; vitant.Eius obſerua-
tionis an religio vlla ſit tradita,quæri ſolet. Sed nos nihil ſup ea re ſcriptum inueni
mus:niſi ꝙ Quintus Claudius annalium quinto,cladem illã vaſtiſſimã pugnæ cãnen
ſis factam refert ante diẽ quartum nonas Sextilis. Ad rem ſane militarẽ nil attinere
notat Varro,vtrum faſtus vel nefaſtus dies ſit:ſed ad ſolas hoc actiões reſpicere pri-
Nũdinæ an feriæ ſint. uatas.Qꝫ autẽ nundinas ferias dixi,poteſt argui,quia Titus de feriis ſcribens,nũdi-
narum dies nõ inter ferias retulit:ſed tantũ ſolẽnes vocauit. Et qđ Iulius Modeſtus
affirmat: Meſſala augure cõſulente pontifices an nundinarũ Romanarum nonarũq;
dies feriis tenerentur:reſpondiſſe eos,nundinas ſibi ferias non videri.Et qđ Trebatiꝰ
in libro primo religionũ ait,nũdinis magiſtratũ poſſe manumittere,iudiciaq; adiice-
† Iunius re.Sed cõtra † Iulius Cęſar.xvi.auſpiciorũ libro negat nũdinis concionem aduocari
poſſe.i.cum populo agi:ideoq; nũdinis Romanorũ haberi comitia nõ poſſe. Corneliꝰ
etiã Labeo primo faſtorũ libro,nũdinis ferias eſſe prõnũciat. Cauſam vero huius va-
rietatis apud Granium Licinianũ libro.ii.diligens lector inueniet. Ait enim nũdinas
Iouis ferias eſſe:ſiquidẽ flaminica oĩbꝰ nũdinis in regia Ioui arietem ſoleat ĩmolare.
Nũdinãdi cauſa. Sed lege Hortenſia effectũ vt faſtę eſſent,vti ruſtici qui nundinãdi cauſa in Vrbẽ venie
bãt,lites cõponerẽt.Nefaſto eñ die pretori fari nõ licebat.Ergo ꝗ ferias dicũt,a menda-
cio vindicãtur patrocinio vetuſtatis:qui cõtra ſentiunt,ęſtimatu ętatis quę legẽ ſecuta
Nundinarũ origo. eſt,vera depromũt.Harũ originẽ quidã Romulo aſſignãt:quẽ cõmunicato regno cũ Ti
to Tatio ſacrificiis & ſodalitatibus inſtitutis, nũdinas quoq; adieciſſe cõmemorãt,ſicut
Tuditanus affirmat.Sed Caſſius Seruiũ Tullium feciſſe nundinas dicit,vt in Vrbem ex
agris cõuenirẽt,vrbanas ruſticaſq; res ordinaturi. Geminus ait,diẽ nũdinarũ, exactis iã
Nũdinæ vñ dictę. regibꝰ cœpiſſe celebrari:qa pleriq; de plebe repetita Seruii Tullii memoria,parentarent
ei nundinis.cui rei etiã Varro cõſentit.Rutilius ſcribit,Romanos inſtituiſſe nũdinas,vt
octo quidẽ diebꝰ in agris ruſtici opus facerent:nono aũt die intermiſſo rure ad mercatũ
Trinũdinus dies legeſq; accipiẽdas Romã venirẽt:& vt ſcita atq; cõſulta frequẽtiore populo referrentur,
quę trinũdino die ꝓpoſita a ſingulis atq; vniuerſis facile noſcebãtur. Vnde etiã mos tra
ctus,vt leges trinũdino die ꝓmulgarẽt.Ea re etiã cãdidatis vſus fuit in cõmitiũ nũdinis
venire,& in colle cõſiſtere,vnde corã poſſent ab vniuerſis videri.Sed hęc oĩa negligẽtius
Nũdina dea. haberi cœpta & poſt abolita:poſtꝗ in trinũdino etiã ob multitudinẽ plebis freqntes ad-
eſſe cœperũt. Eſt etiã Nũdina Romanorũ dea a nono die naſcẽtiũ nũcupata,qui Luſtri-
Luſtricꝰ dies. cus dicit.Eſt aũt luſtricus dies,quo infantes luſtrãtur & nomen accipiũt.Sed is maribus
nonus,octauus eſt fœminis.¶Plene(vt arbitror)anni ac mẽſiũ cõſtitutiõe digeſta:habet
Horus quoq; noſter,quod de dierũ vocabulis & obſeruatione cõſuluit. & ſcire equidem
velim,nũquid ſit quod argutus niligena & gentis accola numerorũ potẽtis,ex hoc ordi
ne Romanę diſpẽſatiõis irrideat:an Tuſcũ quoq; Tyberim aliqd ex diſciplinis ſuis hau
ſiſſe cõſentiat.Subiecit Euſtathius.Nõ ſolũ Horus noſter grauis vir & ornatus,ſed nec
quiſꝗ alius(vt exiſtimo)tã futilis poſſet eſſe iudicii,qui Romani anni ſic ad vnguem(vt
aiũt)emẽdatũ ordinẽ nõ ꝓbaret:cui maiorẽ gratiã & tenax memoria & luculẽta oratio
Digeries. referẽtis adiecit.Nec mirũ ſi hęc digeries morſum rephẽſionis euaſit,cui accerſita eſt ab
Ægypto poſtremę correctiõis authoritas.Nã Iulius Cæſar,vt ſiderũ motus de quibꝰ nõ
indoctos libros reliquit,ab Ægyptiis diſciplinis hauſit:ita hoc quoq; ex eadẽ inſtitutiõe
mutuatꝰ eſt,vt ad Solis curſum finiẽdi anni tẽpus extẽderet. Latii vero veteres incolæ,
Cõmeatus. qa nihil iã tũ diſcere ab Ægypto licebat,ad quã nullꝰ illis cõmeatꝰ patebat:morẽ gręcię
in numerãdis menſium diebus ſecuti ſunt:vt retrouerſum cedente numero,ab augmen
to in diminutionẽ cõputatio reſoluta deſineret. Ita eñ nos decimũ diem,deinde nonũ,
& poſtea octauum dicimus:vt Athenienſes δεκάτην καὶ ἐνάτην φθίνοντος μηνὸς ſoliti ſunt
dicere.Homerus quoq; quũ ait,τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς,τοῦ δ' ἱσταμένοιο,quid aliud niſi illum
φθίνοντα dicit,cuius paulatim deficiẽtis ſupputatio in nomen deſinit ſecuturi:& ἱστάμενον

illum qui præcedit numerum ſucceſſurus priori in defectum meanti. Quod & Homer⁹ noſter Mantuanus intelligens, illud ſtare dici, ad quod acceditur, ait, Stat ſua cuiq; dies: extremũ diẽ ſtare dicens, quaſi ad quem per omnes eatur. Idem Poeta doctrina ac verecũdia iuxta nobilis, ſciens Romanos veteres ad Lunę curſum, & ſequentes ad Solis anni tẽpora digeſſiſſe, vtriuſq; ſeculi opinioni reuerentiam ſeruãs: Vos o clariſſima mundi Lumina, inquit, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres: tam Lunam q̃ Solem duces anni hac inuocatione deſignans. Stare. Æneí.x. Georg.i.

ASCEN. Extimes, integre ſcribitur exiſtimes.i.iudices: vel autumes.i.opineris: ęſtimes aũt.i.ad valorẽ pendas. Ab adytis.i.inacceſſis & penitioribus locis. ἓν τὸ πᾶν.i.vnũ, ipſum omne.i. vnũ quod ſit omne aut totum quod eſt. ἑρμῆς Mercurius quaſi interpres ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν.i.ab interpretãdo. ὡς οὐχὶ τῶν &c. Tanq̃ nõ multorũ & viliũ ſubſtantiarũ ignis entem. ἢ ὅτι &c. vel φ ſolus eſt & nõ multi. Verũ græcis poſthac ſupſedebo. Nõ enĩ eſt inſtituti nec profeſſionis meę gręca interpretari: parũq; ex multo labore fructus me video aſſecuturum, cũ qui gręce ſciunt interprete nõ egeãt: qui ignorant, parũ ex interpretamento proficiant: & nuſq̃ locorũ deſint qui latius exponant, modo cõſulantur interpretes. Ad mera aũt latina a gręcis nõ dependentia, id quod in promptu habebo lucis adferã. Aquilę propter.i.quę ſunt prope tergũ: exprimunt.i.reprę́ſentant: inſtar.i.ſtatũ & formã volatus: vnde ſunt qui alę legant, quę & Mercurio dantur: ſed iterum repetũtur aquilę: & eis altiſſimus aſſignatur volatus: cui non conſonat φ in Somniũ Scipionis planetarũ ſecundũ poſuit.

Omnes deos referri ad Solem: & φ ex variis Apollinis nominibus oſtẽditur ipſum eundem eſſe deum, quem Solem dicimus. CAP.XVII.

HIc Auienus. Hoc quidem mecum multum ac frequẽter agitaui, quid ſit φ Solem modo Apollinem, modo Liberũ, modo ſub aliarũ appellationũ varietate veneremur. Et quia ſacrorũ omniũ præſulẽ eſſe te Vecti Prętextate diuina voluerunt: perge queſo rationem mihi tantę ſub vno numine in nominib⁹ diuerſitatis aperire. Tum Vectius: Caue exiſtimes mi Auiene poetarum gregem, quũ de diis fabulantur, nõ ab adytis pleruq; philoſophiæ ſemina mutuari. Nam φ omnes pene deos duntaxat qui ſub cælo ſunt, ad Solem referũt: nõ vana ſupſtitio, ſed ratio diuina cõmendat. Si enim Sol (vt veterib⁹ placuit) dux & moderator eſt reliquorũ luminum, & ſolus ſtellis errantibus pręſtat: ipſarũ vero ſtellarũ curſus, ordinem rerũ humanarũ, vt quibuſdã videtur, pro poteſtate diſponunt, vel (vt Plotino cõſtat placuiſſe) ſignificãt: neceſſe eſt, vt Solem qui moderatur noſtra moderantes, omniũ quæ circa nos geruntur, fateamur authorem. Et ſicut Maro quũ de Iunone diceret, Quo numine læſo, oſtẽdit vnius dei effectus varios pro variis cenſendos eſſe numinibus: Ita diuerſæ virtutes Solis, nomina diis dederunt. vnde ἓν τὸ πᾶν ſapientũ principes prodiderunt. Virtutẽ igitur Solis, quæ diuinationi curationiq; pręeſt, Apollinem vocauerũt. Quę ſermonis author eſt, Mercurii nomen accepit. Nã quia ſermo interpretatur cogitationes latentes: ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν propria appellatione vocitatus eſt. Virtus Solis quę fructib⁹ effectus eiuſdẽ eſt qui frugibus præeſt, & hinc natæ ſunt appellationes deorũ, ſicut cæterorũ, qui ad Solẽ certa & arcana ratione referũtur. Et ne tanto ſecreto nuda præſtet aſſertio, authoritates veterum de ſingulis cõſulamus. Æneí.i. Deorũ varía eẽ nõia pro varietate virtutum.

¶ Apollinis nomen multiplici interptatione ad Solem refert: cuius rei ordinem pergam pandere. Plato Solem ἀπόλλωνα cognominatum ſcribit, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας. id eſt, a iactu radiorũ. Chryſippus Apollinem, ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν καὶ φαύλων οὐσιῶν τοῦ πυρὸς ὄντα. Primam enim nominis literam retinere ſignificationem negandi. ἢ ὅτι μόνος ἐστί, καὶ οὐχὶ πολλοί. Nam & latinitas eum, quia tantã claritudinem ſolus obtinuit, Solem vocauit. Speuſippus, φ ex multis ignibus conſtet vis eius, ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρός, αὐτοῦ συνεστῶτος. Cleanthes, ὡς ἀπ᾽ ἄλλων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου, φ ab aliis atq; aliis locorum declinationib⁹ faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τοῦ ἀναπάλλειν, id eſt quia intra circuitum mundi, quem Græci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur. Alii cognominatum Apollinem putant ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. Examinat enim & perimit animãtes, quũ peſtem intemperie caloris immitit: vt Euripides in Phaetonte, ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι᾽ ὥς μ᾽ ἀπώλεσας, ὅθεν σ᾽ ἀπόλλων᾽ ἐμφανῶς κλῄσει βροτός. Item Archilochus. ἄναξ ἄπολλον καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους σήμαινε καὶ σφᾶς ὄλλυ᾽ ὥσπερ ὀλλύεις. Deniq; inuſtos morbo ἀπολλωνοβλήτους καὶ ἡλιοβλήτους appellant. Et quia ſimiles ſunt Solis effectibus effectus Lunæ, in iuuando nocendoq;: ideo fœminas certis afflictas morbis σεληνοβλήτους καὶ ἀρτεμιδοβλήτους vocant. Hinc eſt φ arcu & ſagittis Apollinis ſimulacra decorãtur, vt per ſagittas intelligatur vis emiſſa radiorũ. vnde Homerus αὐτὰρ ἔπειτ᾽ αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς, βάλλε. Apollinis varię appellatiões ad Solẽ relatæ.

Idem auctor eſt & publicæ ſoſpitatis,quã creditur ſol animantibus præſtare tẽperie.
Sed quia ꝑpetuã præſtat ſalubritatẽ,& peſtilens ab ipſo caſus rarior eſt: ideo Apolli-
nis ſimulacra manu dextera gratias geſtant, arcũ cũ ſagittis ſiniſtra:ꝙ ad noxam ſit
pigrior,& ſalutẽ dextera manꝰ promptior largiat̃. Hinc eſt ꝙ eidẽ attribuit̃ medẽdi
poteſtas:qa tẽperatꝰ ſolis calor morborũ oĩm fuga eſt. Nã tã ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους
ἀπόλλωνα,q̃ ἀπολοῦντα cognominatũ putãt. Quę ſentẽtia latini quoq; nominis enũcia-
tioni cõgruens, fecit ne huius dei nomẽ verteremꝰ,vt Apollinẽ aſpellentẽ mala ĩtel-
Lœmius ligas,quẽ Atheniẽſes ἀλεξίκακον appellãt.Sed & Lindii colũt,Apollinẽ λοίμιον,hoc co-
Apollo. gnomine finita peſtilẽtia nũcupatũ.Eadẽ opinio ſoſpitalis & medici dei,in nr̃is quoq;
Indigi- ſacris fouet̃.Nãq; virgines veſtales ita indigitant:Apollo medice:Apollo pæan.Quũ
tare. ergo ſint huiuſce ſideris.i.ſolis duo maximi effectus : alter quo calore tẽperato mor-
taliũ vitã iuuat:alter quo iactu radiorũ nõnũq̃ peſtiferũ ĩmittit virus:duo eadẽq; co-
gnomina circa ſingulos effectus ꝓpriis enũciatiõibꝰ ſignant, appellãtes deũ ἰήιον atq;
Ieius & παιᾶνα.quę cognomina vtriq; effectui ſunt apta:vt ſit ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι.i.a ſanando: &
Pęan. παιὰν ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας.& rurſus ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἱέναι,id ẽ ab ĩmittẽdo,βέλος ἐχεπευκὲς:καὶ
παιὰν ἀπὸ τοῦ παίειν.i.a feriẽdo.Obtinuit tñ,vt quũ ſanitatẽ dari ſibi p̃cantur,ἰὴ ἰὲ παιὰν p
† ὕιε. κ,literã enũcient.i.medere pęan.Quũ autẽ † ἵε παιὰν per.ε.literã dicunt cũ aſpiratione
prioris literæ:ſignificãt hoc dici in aliquẽ aduerſa p̃catione.βάλλε παιάν.i.ĩmitte feriẽ-
do:qua voce ferũt Latonã vſam,quũ Apollinẽ hortaret̃ impetum Pythonis inceſſere
ſagittis.cuius rei naturalẽ rationẽ ſuo loco reddam.Hanc vocẽ.i.ἵε παιάν,cõfirmaſſe
fertur oraculũ delphicũ Atheniẽſibꝰ petentibꝰ opem dei aduerſus Amazonas:Theſeo
regnante: nãq; inituros bellũ iuſſit his ipſis verbis ſemetipſum auxiliatorẽ inuocari,
hortariq;.Apollodorus in lib.xiiii.περὶ θεῶν,ἰήιον ſolẽ ſcribit appellari,Apollinẽq;,ἀπὸ τοῦ
κατὰ κόσμον ἵεσθαι καὶ ἰέναι,ꝙ ſol p orbem impetu fertur.Sed Timotheus ita. σύ τε ὦ τὸν ἀεὶ
πόλον οὐράνιον ἅμα τοῖς ἀκτῖσιν ἥλιε βάλλων πέμψον ἑκαβόλον ἐχθροῖς βέλος σαῖς ἀπὸ νευρᾶς παιάν.
Vlius. Eundẽ deũ præſtantẽ ſalubribꝰ cauſis οὔλιον appellant.i.ſanitatis auctorẽ: vt ait Ho-
merus οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε. Menãdrus ſcribit Mileſios ἀπόλλωνι οὐλίῳ pro ſalute ſua ĩ-
molare.Pherecydes refert, Theſea quũ in Cretam ad Minotaurũ duceretur,vouiſſe
pro ſalute atq; reditu ſuo ἀπόλλωνι οὐλίῳ,καὶ ἀρτέμιδι οὐλίᾳ.Nec mirũ ſi gemini effectus
variis nominibꝰ celebrantur : quũ alios quoq; deos ex contrario in eadem re duplici
Enoſi- cenſeri & poteſtate accipiamꝰ & nomine:vt Neptunũ,quẽ alias ἐνοσίχθονα,id eſt terrã
chton. mouentẽ:alias ἀσφαλίωνα.i.ſtabilientem vocant . Item Mercurius hominũ mentes &
oculos excitat, & ſopit, vt ait poeta : εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Vnde &
Apollinem,id eſt ſolem,modo ſoſpitatem, modo peſtem ſignificantibus cognominibꝰ
adoramus:quum tamen peſtis quæ ab eo noxiis immittitur,aperte hunc deum bonis
Libyſti- propugnare ſignificet.Hinc eſt ꝙ apud Pachynũ Siciliæ promontorium Apollo Li-
nus. byſtinus eximia religione celebratur.Nam cũ Libyci inuaſuri Siciliam,claſſem appu-
liſſent ad id promõtoriũ: Apollo qui ibi colitur inuocatus ab incolis,immiſſa hoſti-
bus peſte,& pene cunctis ſubita morte interceptis, Libyſtinus cognominatus eſt.No-
Ludi a- ſtris quoq; continetur annalibus,ſimilis eiuſdem dei pręſentiæ maieſtas.Nam quum
pollina- ludi primo Romæ Apollini celebrarent̃:ex vaticinio Martii vatis, carmineq; ſibylli-
res. no,repẽtino hoſtis aduẽtu plebes ad arma excitata, hoſti occurrit:eoq; tẽpore nubes
ſagittarũ in aduerſos viſa ferri,& hoſtem fugauit,& victores Ro. ad ſpectacula dei ſo-
ſpitalis reduxit.Hinc intelligit̃ pręlii cauſa nõ peſtilẽtię(ſicut quidã exiſtimãt)ludos
inſtitutos.Hęc eſt aũt huius exiſtimationis ratio,ꝙ tũc ſol ſup ipſum noſtræ habita-
tionis verticẽ fulget.Nã cãcer in ęſtiuo tropico eſt:in quo meante ſole,radii tẽperatã
noſtrã nõ eminꝰ,ſed ſupni demiſſi rectis fulgoribꝰ luſtrãt. Vnde extimatũ eſt a nõnul-
lis,ad ꝓpitiandũ tũc maxime deũ caloris,Apollinaribꝰ litari. Sed ĩuenio ĩ literis hos
ludos victoriæ nõ valetudinis cauſa(vt qdã annaliũ ſcriptores memorãt)inſtitutos.
Bello em̃ punico hi ludi ex libris ſibyllinis primũ ſũt ĩſtituti,ſuadẽte Cornelio Rufo
Sibylla dẽcẽuiro,q ꝓpterea Sibylla cognominatꝰ eſt,& poſtea corrupto noĩe primꝰ Sylla cœ-
qui & pit vocitari.Fertur aũt in carminibꝰ Martii vatis,cuiꝰ duo volumĩa illata ſunt ĩ ſe-
Sylla. natũ,inuẽtũ eſſe ita ſcriptũ.Hoſtẽ Romani ſi ex agro pellere vultis,vomicãq; q̃ gẽtiũ
venit longe:Apollini cenſeo vouẽdos ludos,qui quotãnis cõiter Apollini fiant. His

ludis faciendis præſit is prętor, qui ius populo plebiq; dabit ſummũ. Decẽuiri græco ri-
tu hoſtiis ſacra faciant. Hoc ſi recte facietis gaudebitis ſemper, fietq; reſpub. melior. Nã
is diuus extinguet perduellos veſtros, qui veſtros campos paſcunt placide. Ex hoc car- Perduelli.
mine quũ procurãdi gratia dies vnus rebus diuinis impenſus eſſet: poſtea Senatuſcon-
ſultũ factũ, vti decẽuiri (quo magis inſtruerentur de ludis Apollini agendis req; diuina
recte facienda) libros Sibyllinos adirent: in quibus quũ eadem reperta nunciatum eſſet,
cenſuerunt patres Apollini ludos vouendos faciendoſq;: inq; eam rem duodecim milia
æris prętori, & duas hoſtias maiores dari, decẽq; viris pręceptum eſt, vt gręco ritu hiſce
hoſtiis ſacrũ facerent: Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis: Latonę, boue
fœmina aurata. Ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus. Hæc præcipue tradi-
tur origo ludorum Apollinariũ. ¶ Nunc ex aliis quoq; huius dei nominibus eundẽ eſſe
Apollinem & Solem probemus. Loxias cognominatur, vti ait Ænopides, ὅτι ἐκπορεύεται τὸν Loxias.
λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολὰς κινούμενος. i. ꝙ obliquum circulũ ab occaſu ad orien
tem pergit. Aut vt Cleanthes ſcribit, ἐπειδὴ καθ᾽ ἕλικας κινεῖται, λοξαὶ γάρ εἰσι καὶ αὗται. vel
ꝙ flexuoſum pergit iter. ἢ ὅτι τὰς λοξὰς ἀκτῖνας ἵησι ἐφ᾽ ἡμᾶς βορείας ὄντας νότιος ὤν. vel ꝙ
tranſuerſos in nos a meridie immittit radios: quum ſimus ad ipſum ſeptentrionales. De Delius.
lius cognominatur ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτί, ꝙ illuminãdo oĩa clara
demonſtret. φοῖβος appellatur (vt ait Cornificius) ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ, ꝙ vi fertur. Pleriq; Phœb⁹.
autẽ a ſpecie & nitore Phœbũ. i. καθαρὸν καὶ λαμπρὸν dictum putãt. Item Phaneta appel- Phanes.
lant ἀπὸ τοῦ φαίνειν, ἐπειδὴ φαίνεται νέος: quia Sol quotidie renouat ſeſe. Vnde Virgilius, Ma
ne nouum. Camerienſes q ſacrã Soli incolũt inſulam, ἀειγενέτῃ Apollini immolãt, τῷ τὸν
αὐτὸν ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ γεννᾶν. i. ꝙ ſemp exoriẽs gignit: ꝙq; ipſe gñat vniuerſa, ſeminãdo,
fouẽdo, pducẽdo, alẽdo, augẽdoq;. Apollinis Lycii plures accipim⁹ cognomĩs cauſas. An
tipater ſtoic⁹ Lyciũ Apollinẽ nũcupatũ ſcribit, ἀπὸ τοῦ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος ἡλίου. Lycius.
Cleanthes Lyciũ Apollinẽ appellatũ notat, ꝙ veluti lupi pecora rapiũt, ita ipſe quoq; hu
morẽ eripit radiis. Priſci Gręcorũ primã lucem, quę prędedit Solis exortus, λύκην appella
uerũt, ἀπὸ τοῦ λύκου. i. tẽporis: hodieq; lycophos cognominãt. De quo tẽpore ita Poeta ſcri Ilia. vii.
bit. ἦμος δ᾽ οὔτ᾽ ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ᾽ ἀμφιλύκη νύξ. Idem Homerus. εὔχεο δ᾽ Ἀπόλλωνι λυκηγενέι κλυ- Ilia. iiii.
τοτόξῳ. quod ſignificat, τῷ γεννῶντι τὴν λύκην. i. qui generat exortu ſuo lucem. Radiorum
enĩ ſplẽdor propinquãtẽ Solẽ longe lateq; præcedens, atq; caliginẽ paulatim extenuãs te
nebrarũ, parit lucẽ. Neq; minus Romani vt pleraq; alia ex græco: ita & lucem vidẽtur a
lyce figuraſſe. Annũ quoq; vetuſtiſſimi Græcorũ λυκάβαντα appellant, τὸν ἀπὸ τοῦ λύκου. i.
Sole, βαινόμενον καὶ μετρούμενον. λύκον autem ſolem vocari etiã Lycopolitana Thebaidos
ciuitas teſtimonio eſt, quę pari religione Apollinem, itemq; lupum, hoc eſt λύκον colit, in
vtroq; Solem venerans: ꝙ hoc animal rapit & conſumit omnia, in modũ Solis, ac pluri-
mũ oculorũ acie cernẽs tenebras noctis euincit. Ipſos quoq; λύκους, a lyce. i. a luce prima Lup⁹ vnde.
appellatos quidam putant: quia hę fere maxime id tempus aptum rapiẽdo pecori obſer-
uant, quod antelucanũ poſt nocturnam famem ad paſtum ſtabulis expellitur. Et Apolli-
nem πατρῷον cognominauerunt, non propria gentis vnius ac ciuitatis religione, ſed vt
authorem progenerãdarũ omniũ rerũ, ꝙ Sol humoribus exiccatis progenerandis oĩbus
prębuit cauſam, vt ait Orpheus: πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν. Vnde nos quoq; Ia
num patrem vocamus, Solem ſub hac appellatione venerantes. νόμιον Ἀπόλλωνα cognomi Nomi⁹.
nauerunt: nõ ex officio paſtorali, vt fabula, per quã fingitur Admeti regis pecora pauiſ-
ſe, ſed quia Sol paſcit omnia, quę terra progenerat. vnde non vnius generis, ſed omnium
pecorum paſtor canitur: vt apud Homerum Neptuno dicente: φοῖβε, σὺ δ᾽ εἰλίποδας ἕλικας Ilia. xxi.
βοῦς βουκολέεσκες. Atq; idem apud eundem poetam, equarum paſtor ſignificatur, vt ait: Ilia. ii.
τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ᾽ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ἄμφω θηλείας, φόβον Ἄρηος φορεούσας.
Prętera ędes vt oĩm paſtorũ ſunt apud Camirẽſes ἐπιμηλίου, apud Naxios ποιμνίου. Itẽq;
de⁹ ἀρνοκόμης colit: & apd̃ Leſbios ναπαῖος. Et multa ſunt cognoĩa p diuerſas ciuitates ad
dei paſtoris officiũ tẽdẽtia. Quapropter vniuerſi pecoris antiſtes & vere paſtor agnoſci-
tur. Apollo ἐλελεὺς appellat, ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, ꝙ æterno circa terrã meatu veluti Eleleus.
volui videtur: vt ait Euripides: ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα πολλοῦ πυρός. vel vt ait Em
pedocles, οὕνεκα ἐλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει. ὑπαλλάττον ἀπὸ τοῦ συνελεύσεσθαι καὶ συνα-

Chryſo- προίζειν τοὺς ἀνθρώπους ὅταν ἀνέτειλε:ꝙ exoriens hoíes conducit in cœtũ.Apollo Chryſoco-
comos. mos cognominat̃ a fulgore radiorũ,quos vocat comas aureas ſolis:vnde & ἀκερσεκόμης,
Argyro ꝙ nũq̃ radii poſſunt a fronte lucis auelli.Itẽ Argyrotoxus,ꝙ enaſcẽs p ſummũ orbis am
toxus. bitũ,velut arcus quidã figurat̃ alba & argẽtea ſpecie:ex quo arcu radii in modũ emicãt
Smyn- ſagittarũ.Smyntheus cognominat̃ ὅτι ζέων θεῖ,quia feruens currit. καρνεῖος,ὅτι καιόμενος
theus. ὁρᾶται νέος:vel ꝙ quũ oĩa ardẽtia cõſumantur, hic ſuo calore candẽs ſemper nouus cõſtat.
Carneꝰ. Itẽ ἀπόλλων σκιάλλιος,ὅτι τὰς κινήσεις ἀλλοίας ποιεῖ,ſemp nobis ab auſtro currẽs.θυμβραῖος
Scialliꝰ. ὅτι τοὺς ὄμβρους θείς.ꝙ eſt deus imbricitor.ἀπόλλων φιλήσιος,ꝙ lumen eius exoriens amabile
Thym- amiciſſima veneratione oculorũ cõſalutamus.ἀπόλλων πύθιος οὐχὶ ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι.i.non a
bręus. cõſultatione occultorũ dictus a Phyſicis exiſtimatur:ſed ἀπὸ τοῦ πύθειν,id eſt σηπεῖν:quod
Phileſiꝰ. nunq̃ ſine vi caloris efficit̃.Hinc ergo πύθων dictũ exiſtimãt:licet hoc nomen ex nece dra
Pythiꝰ. conis inditũ deo gręci fabulent̃.Quę tñ fabula nõ abhorret ab intellectu naturalis arca-
ni:qđ apparebit,ſi percurrat̃ ordo,q de Apolline naſcẽte narrat̃:ſicut paulo ſuperiꝰ enar-
raturũ me eẽ ꝓmiſi.Latonę Apollinẽ Dianãq; pariturę Iuno dicit̃ obſtitiſſe.Sed vbi qñq;
partus effuſus eſt,draconẽ ferunt qui πύθων vocitabat̃,deorũ cunas inuaſiſſe,Apollinẽq;
in pría ĩfantia ſagittis beluã cõfeciſſe.qđ ita ĩtelligẽdũ naturalis ratio demõſtrat. Nãq;
poſt chaos,vbi primũ cœpit cõfuſa deformitas in rerũ formas & elemẽta niteſcere:ter-
raq; adhuc humida ſubſtãtia in molli atq; inſtabili ſede nutaret,cõualeſcente paulatim
æthereo calore,atq; inde ſeminibꝰ in eã igneis defluẽtibus:hæc ſidera edita eſſe credun-
tur:& Solẽ maxima caloris vi in ſuperna raptũ,Lunã vero humidiore & velut fœmineo
ſexu naturali quodã preſſam tepore inferiora tenuiſſe:tanq̃ ille magis ſubſtantia patris
Latona. cõſtet,hæc matris.Siquidẽ Latonã phyſici volũt terram videri:cui diu interuenit Iuno,
ne numina quę diximus ederẽtur:hoc eſt aer,qui tũc humidus adhuc grauiſq; obſtabat
ætheri, ne fulgor luminũ per humoris aerii denſitatẽ tãq̃ ex cuiuſdã partꝰ progreſſione
fulgeret.Sed diuinę ꝓuidentię vicit inſtãtia,quę credit̃ iuuiſſe partũ.Ideo in inſula De-
lo ad cõfirmãdã fidẽ fabulę,ędes ꝓuidẽtię,quã ναὸν προνοίας appellãt,apta religiõe celebra
Delos q̃- tur.Propterea ea in inſula dicunt̃ nati,ꝙ ex mari nobis oriri vident̃.Hęc inſula ideo De
re dicit̃. los vocat̃:qa ortus & quaſi partus luminũ oĩa facit δῆλα.i.aperta clareſcere. Hęc eſt au-
Pythõis tẽ de nece draconis ratio naturalis,vt ſcribit Antipater ſtoicus.Nã terræ adhuc humi-
necis rõ dę exhalatio meando in ſuperna volubili impetu, atq; inde ſeſe poſtq̃ calefacta eſt,inſtar
natural̃. ſerpẽtis mortiferi in inferiora reuoluẽdo,corrũpebat oĩa vi putredinis,quæ nõ niſi ex ca
lore & humore generat̃:ipſumq; Solẽ denſitate caliginis obtegẽdo nebula videbat̃ quo-
dãmodo lumen eius eximere.Sed diuino feruore radiorũ tandẽ velut ſagittis incidẽtibꝰ
extenuata,exiccata,enecta,interempti draconis ab Apolline fabulã fecit.Eſt & alia ratio
draconis perẽpti.Nã ſolis meatꝰ licet ab ecliptica linea nunq̃ recedat,ſurſum tñ ac deor
ſum vẽtorũ vices certa deflexiõe variãdo,iter ſuũ velut flexũ draconis ĩuoluit.Vnde Eu
ripides.πυριγενὴς δὲ δράκων ὅλον ἡγεῖται ταῖς τετραμόρφοις ὥραις ζεύγνυν,ἁρμονίᾳ ὄπλου τοῦ πολυ
κάρπου ὄχημα.Sub hac ergo appellatiõe cęleſtis itineris Sol cũ cõfeciſſet ſuũ curſũ,draco-
nem cõfeciſſe dicebatur.Inde fabula exorta eſt de ſerpẽtis nece.Sagittarũ aũt noĩe nõni-
ſi radiorũ iactus oſtẽditur:q tũc lõgiſſimi intelligunt̃,quo tpe altiſſimus Sol diebus lon-
giſſimis ſolſtitio ęſtiuo cõficit annuũ curſum.vnde ἑκήβολος dictus καὶ ἑκατήβολος,e lon
giſſimo altiſſimoq; radios in terrã vſq; demittẽs. De Pythii cognomine ſufficere iſta po
tuiſſent,ni hoc quoq; ratio eiuſdẽ appellationis ingereret.Quũ em̃ Sol in ſigno cãcri ęſti
Pythius uũ ſolſtitiũ facit,in quo eſt lõgiſſimi diei terminus,& inde retrogreſſum agit ad diminu
dr̃ Apol tionẽ dierũ,Pythius eo tpe appellatur ὡς πύματον θεῶν ὁ δὴ πλευταῖον δρόμον τρέχων.Idem
lo. ei nomen cõuenit & quũ capricornũ rurſus ingrediẽs vltimũ breuiſſimi diei curſum in
telligit̃ pegiſſe:& ideo in alterutro ſignorũ,peracto ãnuo ſpatio,draconẽ Apollo.i.flexuo
Solis por ſum iter ſuũ cõfeciſſe memorat̃.Hãc opinionẽ Cornificius in Etymis retulit. Ideo autẽ
tæ. his duobꝰ ſignis,quę portæ Solis vocãtur,cancro & capricorno hæc noĩa cõtigerunt,ꝙ
cancer aĩal retro atq; oblique cedit.Eadẽq; ratione Sol in eo ſigno obliquũ(vt ſolet)inci
pit agere retrogreſſum. Caprę vero cõſuetudo hęc in paſtu videt̃:vt ſemper altũ paſcẽ-
Didy- do petat.Sed & Sol in capricorno incipit ab imis in alta remeare.ἀπόλλωνα διδυμαῖον vo
męus. cãt,ꝙ geminã ſpeciẽ ſui numinis ꝓfert ipẽ illuminãdo formãdoq; lunã.Etem̃ ex vno fõte
lucis gemino ſidere ſpatia diei & noctis illuſtrat.Vnde & Romani ſolem ſub noĩe & ſpe

cie anni didymei Apollinis appellatione venerant.ἀπόλλωνα δέλφιον vocāt,ꝙ quę obſcu- Delphi⁹.
ra ſunt claritudine lucis oſtēdit:ἀπὸ τοῦ δηλοῦν ἀφανῆ. Aut vt Numenio placet,quaſi vnū
& ſolū. Ait em̄ priſca græcorū lingua δέλφον vnū vocitari:vnde & frater inqt ἀδελφός δέλφον.
dicit̄,quaſi iā nō vnus.Hieropolitani pręterea qui ſunt gentes Aſſyriorū,oēs ſolis effe-
ctus atq́ꝫ virtutes ad vnius ſimulacri barbati ſpeciem redigūt,eūdēq́ꝫ Apollinē appellāt. Apolli-
Huius facies prolixa in acutū barba figurata eſt,eminēte ſup caput calatho. Simulacrū nis ſimu
thorace munitū eſt.Dextera erectā tenet haſtā,ſuperſtāte victorię paruulo ſigno.Siniſtra lacrum.
floris porrigit ſpeciem, ſummiſq́ꝫ ab humeris gorgoneum velamentum redimitum an-
guib⁹ tegit ſcapulas. Aquilæ propter exprimūt inſtar volatus.Ante pedes imago fœmi-
nea eſt:cui⁹ dextera lęuaq́ꝫ ſunt ſigna fœminarū.Ea cingit flexuoſo volumine draco.Ra-
dios in terrā ſupne iaci barba demiſſa ſignat.Calathus aureus ſurgens in altū monſtrat
ętheris ſummū:vn̄ ſolis credit̄ eſſe ſubſtātia.Haſtę atq́ꝫ loricę argumēto imago adiungi
tur Martis,quē eundē ac ſolē eſſe,pcedēs ſermo patefaciet. Victoria teſtat̄ cūcta ſummit-
ti hui⁹ ſideris poteſtati. Floris ſpecies florē rerū pteſtat̄,quas hic deus inſeminat,pgene-
rat,nutrit,fouet,maturatq́ꝫ.Species fœminea terrę imago eſt,quā Sol deſup illuſtrat.Si-
gna duo ęque fœminea,qbus ambitur,hylen naturāq́ꝫ ſignificāt cōfamulātes. Et draco-
nis effigies flexuoſum iter ſideris mōſtrat.Aquilę pꝑter altiſſimam velocitatē volat⁹,al-
titudinē Solis oſtēdūt.Addita eſt gorgonea veſtis,ꝙ Minerua quā hui⁹ pręſidē accipim⁹, Minerua
Solis virtus ſit.Sicut & Porphyri⁹ teſtat̄ Mineruā eſſe virtutē Solis,quę humanis men
tibus prudentiam ſubminiſtrat.Nā ideo hęc dea Iouis capite prognata memoratur.i.de
ſumma ętheris parte edita:vnde origo Solis eſt.

ASCEN.Liber.i.Bacchus(per quē vinū intelligit̄) latinis dicit̄ ꝙ libertatē tū agēdi tū loquendi vino captis ad dit.Pater aūt qa nutritius:ſed modo tēpate ſumat̄ etiā generatiōi cōmodus.Apud Ligyreos:quos Strabo Ligyriſcos & Tauriſcos quoq́ꝫ dici cēſet. Clariū.ſ.Apollinē:cui nomē dedit Claros Cycladū inſularū vna.Partim iuuenis qa premittitur partim puerili,legatur aptius,partim iuuenili. Vt in Lucretio,qa præmittit̄ Siqua viri ſoboles,Sulpiti⁹ vir doct⁹ ſubdit,ſiqua eſt mulieris origo,nō muliebris vt nūc quidā.Ebona an hebona:cum hebe grecę ἥβη ſit pubertas:Et Solis eſt Baccho Phœboq́ꝫ æterna iuuenta:Et decet intonſus crinis vtrūq́ꝫ deū. Prophano:nō ſacro ſed ruſtico exemplo & experimento.

De Libero patre:ꝙq́ꝫ idem Sol ſit & Liber pater. CAP.XVIII.

HÆc q̄ de Apolline dixim⁹,poſſunt etiā de Libero dicta exiſtimari.Nam Liber pa
Ariſtoteles,q theologumena ſcripſit,Apollinē & Liberū patrē vnū eūdē ter qui
ꝙ deū eē,cū multis aliis argumētis aſſeuerat,tū etiā apđ Ligyreos ait in & Sol.
Thracia eē adytū Libero cōſecratū,ex quo reddunt̄ oracula.Sed in hoc Oracula
adyto vaticinaturi plurimo mero ſumpto, vti apud Clariū aqua pota, Liberi.
effant̄ oracula.Apđ Lacedęmonios etiā ī ſacris q̄ Apollini celebrāt Hya
cinthia vocātes,hedera coronant̄ bacchico ritu.Itē Bœotii Parnaſſum mōtē Apollini cō Parnaſſi
ſecratū eſſe memorātes:ſimul tn̄ in eodē & oraculū Delphicū, & ſpelūcas bacchicas vni icolę dei
deo cōſecratas colūt.Vn̄ & Apollini & Libero pr̄i in eodē mōte res diuina celebrat̄. Qđ
cū & Varro & Grani⁹ Flacc⁹ affirmēt:etiā Euripides his docet.Διόνυσος θυρσοῖς καὶ νεβρῶν
δοραῖς καθαπτὸς,ἐν πεύκαισι παρνάσσον κατὰ πηδᾷ χορεύων.In hoc mōte Parnaſſo bacchanalia
alternis ānis agunt̄:vbi & Satyrorū(vt affirmāt)frequēs cernit̄ cœt⁹:& plerūq́ꝫ voces p Satyri.
prię exaudiunt̄.Itēq́ꝫ cymbalorū crepit⁹ ad aures hoīm ſępe pueniūt. Et neqꝫ opinet̄ di-
uerſis diis Parnaſſum mōtē dicatū,idē Euripides in Licinio Appollinē Liberūq́ꝫ vnū eū-
dēq́ꝫ deū eē ſignificās ſcribit.Δέσποτα φιλολάφνε,βάκχε,παιὰν,ἄπολλον,εὔλυρε.Ad eādē ſen-
tētiā Æſchylus.ὦ κισσεὺς ἄπολλον,ὦ βάκχε,ὦ μάντις.Sed illo prius aſſerto,eūdē eſſe Apolli-
nē ac Solē,edoctoq́ꝫ poſtea ipſum eſſe Liberū patrē q Apollo eſt:nulla ex his dubitatio ſit
Solē ac Liberū patrē eiuſdē numinis habēdū:abſolute tn̄ hoc argumētis liqdiorib⁹ aſtru
etur.In ſacris.n.hęc religioſi arcani obſeruatio tenet̄,vt quum Sol in ſupero.i.in diurno Dionyſi⁹
hemiſphęrio eſt,Apollo vocitet̄:quū in infero.i.nocturno,Dionyſi⁹,q eſt Liber pater,ha- † iuueni
beat̄.Itē Liberi patris ſimulacra partim puerili ętate,partim † iuuenis fingunt.Pręterea li.
barbata ſpecie,ſenili quoq́ꝫ:vti gręci ei⁹ quē Bacchapęan,itē quē Briſſea appellāt:& vt in Baccha-
Cāpania Neapolitani celebrāt Ebona cognominātes.Hę aūt ętatū diuerſitates ad Solem pæan.
referūt,vt paruulus videat̄ hyemali ſolſtitio,qualē Ægyptii pferūt ex adyto die certa,ꝙ Briſſe⁹.
tūc breuiſſimo die veluti paru⁹ & infans videat̄.Exinde aūt pcedētib⁹ augmētis ęquino Ebon.
ctio vernali ſiliter atq́ꝫ adoleſcens adipiſcit̄ vires,figuraq́ꝫ iuuenis ornat̄.Poſtea ei⁹ ætas Solſtitiū
ſtatuitur pleniſſima effigie barbæ ſolſtitio ęſtiuo,quo tpe ſummū ſui cōſequitur augmē hyemale

tū. Exinde per diminutiones veluti ſeneſcenti quarta forma deus figuratur. Itē in Thracia eūdem haberi ſolem atq Liberū accipimus, quē Sebadiū nūcupantes magnifica religione celebrāt, vt Alexāder ſcribit: eiq deo in colle Zilmiſſo ędes dicata eſt ſpecie rotūda, cuius mediū interpatet tectū. Rotunditas ædis monſtrat huiuſce ſideris ſpeciē: ſummoq tecto lumē admittit, vt appareat ſolē cūcta vertice ſummo luſtrare lucis īmiſſu: & quia oriēte eo vniuerſa pateſiunt. Orpheus quoq ſolem volens intelligi, ait inter cętera.

Sebadi⁹ Bacch⁹.

τήκων αἰθέρα δῖον, ἀκίνητον πρὶν ἐόντα,
ἐξανέφηνε θεοῖς ὥραν κάλλιστην ἰδέσθαι.
ὃν δὴ νῦν καλέουσι φάνητά τε καὶ Διόνυσον
εὐβουλῆα τ᾽ ἄνακτα, καὶ ἀντ᾽ αὐτῆς ἀρίδηλον,
ἄλλοι δ᾽ ἄλλοι καλέουσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
πρῶτος δ᾽ ἐς φάος ἦλθε. Διόνυσος δ᾽ ἐκλήθη,
οὕνεκα δινεῖται κατ᾽ ἀπείρονα μακρὸν ὄλυμπον.
ἀλλαχθεὶς ὄνομ᾽, ἔσχε προσωνυμίας ἕκαστον
παντοδαπὰς κατὰ καιρὸν, ἀμειβομένοιο χρόνοιο.

Phaneta dixit ſolem ἀπὸ τοῦ φωτὸς, id eſt a lumine atq illuminatione: quia cunctis viſitur cuncta conſpiciens. Dionyſius vt ipſe vates ait ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι, id eſt q circunferatur in ambitum. Vnde Cleanthes ita cognominatū ſcribit ἀπὸ τοῦ διανύσαι: quia quotidiano impetu ab oriente ad occaſum diem noctemq faciēdo cæli conficit curſum. Phyſici Διόνυσον Διὸς νοῦν, quia ſolem mundi mentem eſſe dixerunt. Mundus autem vocatur cælū: quod appellant Iouem. Vnde Aratus de cælo dicturus ait: ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Liber a Romanis appellatur, q liber & vagus eſt: vt ait Næuius. Hęc qua ſol vagus igneas habenas Immittit propius iungitq terræ. Iidem verſus Orphei εὐβουλῆα vocantes, boni conſilii hunc deum pręſtitem monſtrant. Nam ſi conceptu mentis conſilia naſcūtur: mundi autem ſolem opinātur authores, a quo in homines manat intelligēdi principiū: merito boni conſilii ſolem antiſtitem crediderūt. Solem liberum eſſe manifeſte pronunciat Orpheus hoc verſu: ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσι. Et is quidem verſus abſolutior: ille vero eiuſdem vatis operoſior: εἷς Ζεὺς, εἷς ᾅδης, εἷς ἥλιος, εἷς Διόνυσος. Huius verſus authoritas fundatur oraculo Apollinis Clarii, in quo aliud quoq nomē ſoli adiicitur: qui in eiſdē ſacris verſibus inter cętera vocať ἰάω. Nā cōſultus Apollo Clarius, qs deorū habendus ſit q vocať ἰάω, ita effatus eſt ὄργια μὲν. Huius oraculi vim numinis, nominiſq interpretationē qua Liber pater & ſol ἰάω, ſignificať, execut⁹ eſt Cornelius Labeo in libro cuius titulus eſt de oraculo Apollinis Clarii. Itē Orpheus Liberū atq Solē vnū eſſe deū eūdēq demōſtrans: de ornatu veſtituq eius in ſacris liberalibus ita ſcribit: ταῦτά τε πάντα. Hinc & Virgilius ſciens Liberū patrē Solē eſſe, & Cererē Lunā, qui pariter fertilitatib⁹ glebę & maturādis frugib⁹ vel nocturno tēperamēto vel diurno calore moderātur: Veſtro (ait) ſi munere tellus Chaoniā pingui glandem mutauit ariſta. Solē vero terrenę eſſe fœcūditatis auctorē: idē poeta profano mox docuit exēplo, quū ait: Sæpe etiā ſteriles incēdere profuit agros: & reliqua. Si eñ hominū commento ignis adhibitus multiplex præſtat auxiliū, quid aſcribendū eſt æthereo ſolis calori?

Phanes. Dionyſius. Mūdus. Liber. ἰάω. Moderari frugibus.

Dicteria alia eius dicteria celebrat̄.Sed in hoc verbo,nō caſu incidi,volens feci.Iocos eñ hoc ge nus veteres noſtri dicteria dicebāt.Teſtis idē Cicero,qui in lib.epi.ad Corneliū Nepotē ſecūdo ſic ait.Itaq; noſtri cū omnia q̄ dixiſſemus dicta eſſent,q̄ facete & breuiter & acu te locuti eſſemus,ea ꝓprio noīe appellari dicteria voluerūt.Hæc Cicero.Nouiꝰ vero Pō poniuſq; iocos non raro dicteria nomināt.Marcus etiam Cato ille cenſorius argute io cari ſolitus eſt.Horum nos ab inuidia muniret authoritas,etiā ſi noſtris cauillaremur. At cum a veteribus dicta referamꝰ,ipſa vtriq; authorum dignitate defendimur. Si ergo probatis inuentū,agite qđ cuiq; de dictis talibus in mentē veniet,viciſſim memoriā no ſtrā excitādo referamꝰ.Placuit vniuerſis lętitię excogitata ſobrietas,& ideo vt Prętexta tus incipiendo authoritatem de exemplo prębein,hortati ſunt.

ASCEN. Annibalis cauillū apđ Gelliū videbis ſatis expoſitū.Proteruiā.i.illud ſacrificij genꝰ qđ ꝓmittit̄.Sub ijciēte haſta.i.vēdente ſub haſta more prędę militaris.Tertia deducta,vt in conſimili argumento intelligi debe bat.i.tertia parte redditus a venditore recepta,& ſibi ſeruata:vt vero Cicero intelligebat: Tertia.i.filia Seruilię Tertia noīe:deducta ad Cęſarē vt ea potiret̄.In Menia:alij męuia.Gallā ſubigo,ſunt qui de atramento ſutorio intelligant,qđ ex galla quercuū fructu fiat:ſed aliud innuit Macrob.inſtrumētū eſſe.Aliqd boni,de quo inuidꝰ triſtat̄.Flamines.i.ſacerdotes:diales.i.iouiales.Nā ζεύς.i.iuppiter,τοῦ Διός huius dios facit:vnde dialis.Ser uius autem accipit conſules diales.i.vnius diei:idemq; dicterium mox rurſum tangetur in Caniniū.Diſtichō Platonis & trimetri aut ſenarij amatorij in Gellio lib.xix.cap.xi.explicantur.

De diuerſorum Iocis ac Dicteriis. CAP.II.

Anniba. CVm ille. Dictum volo hoſtis referre,ſed victi,& cuius memoria inſtau
cauillū. rat Romanorū triūphos. Annibal Carthaginēſis apud regē Antiochū
Gel.li.v ꝓfugus facetiſſime cauillatus eſt.Ea cauillatio huiuſcemodi fuit.Oſtē
cap.v. debat Antiochus in campo copias ingentes,quas bellū Po.Ro.facturus cōparauerat:cōuertebatq; exercitū inſignibus argenteis & aureis florē

tem.Inducebat etiam currus cũ falcibus,& elephantos cũ turribus,equitatumq́ frænis & ephippiis,monilibus ac phaleris ꝑfulgentem.Atq́ ibi rex contemplatione tanti & tã ornati exercitus gloriabundus Annibalem aſpicit:Et putas ne ĩquit,ſatis eſſe Romanis hęc omnia?Tunc Pœnus eludens ignauiam imbelliamq́ militum eius precioſe armatorum:Plane inquit ſatis eſſe credo Romanis hæc,etſi auariſſimi ſunt.Nihil prorſus neq́ tam lepide,neq́ tam acerbe dici poteſt. Rex de numero exercitus ſui,ac de æſtimanda æquiparatione q̃ſiuerat:Reſpondit Annibal de prędа.

¶Flauian⁹ ſubiecit.Sacrificium apud veteres fuit,quod vocabat̃ Proteruia.In eo mos erat,vt ſiquid ex epulis ſuperfuiſſet,igne conſumeretur.Hinc Catonis iocus eſt.Namq́ Albidium quendam,qui ſua bona comediſſet,& nouiſſime domum quę ei reliqua erat incẽdio pdidiſſet,proteruiam feciſſe dicebat,q̃d comeſſe non potuerit,id combuſſiſſe. *Cato.Iocus. Proteruia sacrificium.*

¶Symmachus deinde.Mater M.Bruti Seruilia quum ꝑcioſum ære paruo fundũ abſtuliſſet a Cæſare ſubiiciente haſtę bona ciuium,non effugit dictum tale Ciceronis. Equidem quo melius emptum ſciatis,comparauit Seruilia hunc fundũ Tertia deducta. Filia autem Seruiliæ erat Iunia Tertia,eademq́ C.Craſſi vxor,laſciuiente dictatore tã in matrem q̃ in puellam.Tunc luxuriam ſenis adulteri ciuitas ſubinde rumoribus iociſq́ carpebat,vt mala non tantum ſeria forent. *Ciceronis dictum in Seruiliã.*

¶Poſt hũc Cecinna Albinus.Plancus in iudicio forte amici,quũ moleſtũ teſtẽ deſtruere vellet,interrogauit(q͞a ſutorẽ ſciebat)quo artificio ſe tuereẗ. Ille vrbane reſpondit, Gallam ſubigo.Sutoriũ hoc habet̃ inſtrumẽtũ,q̃d nõ infacete in adulterii exprobrationem ambiguitate conuertit.Nã Plancus in Menia Galla nupta male audiebat. *Dicteriũ Sutoris. Galla instrumẽtum sutorium.*

¶Secutus eſt Furius Albinum.Poſt Mutinenſem fugam quęrentibus quid ageret Antonius,reſpondiſſe familiaris eius ferebatur,Q̃d canis in Ægypto,bibit & fugit:q̃m in illis regionibus conſtat canes raptu crocodilorũ exterritos currere & bibere. *Ioc⁹ i Antonium.*

¶Euſtathius deinde.Publius Mutium in primis maleuolum quũ vidiſſet ſolito triſtiorẽ:Aut Mutio inquit neſcio quid incommodi acceſſit,aut neſcio cui aliquid boni. *Iocus in Mutiũ.*

¶Inde Auienus.Fauſtus Syllæ filius quum ſoror eius eodem tẽpore duos mœchos haberet,Fuluium Fullonis filium,& Pompeium cognomine Maculam:Miror inquit ſororem meam habere Maculam,quum Fullonem habeat. *In filiã Syllæ.*

¶Hic Euangelus.Apud Luciũ Malliũ,qui optimus pictor Romę habebatur,Seruili⁹Geminius forte cœnabat.Quũq́ filios eius deformes vidiſſet:Nõ ſimiliter ĩquit Malli fingis & pingis.Et Mallius.In tenebris enim fingo inquit,luce pingo. *Pictoris rñsum.*

¶Euſebius deinde.Demoſthenes inquit excitatus ad Laidis famã,cuius formã tũc gręcia mirabat̃,acceſſit vt & ipſe famoſo amore potireẗ.Qui vbi dimidiũ talẽtũ vnius precium noctis audiuit,diſceſſit hoc dicto.οὐκ ἀγοράζω τοσούτου μετανοῆσαι. *Ex Gel. li.i.cap.viii. Nõ emo tãti pœnitere.*

¶Inter hæc cum Seruius ordine ſe vocante per verecundiam ſileret:Omnes nos inquit Euangelus impudentes grammatice pronuncias,ſi tacere talia vis videri tuitionem pudoris.Vnde neq́ tuum,nec Diſarii,aut Hori ſupercilium liberum erit a ſuperbię nota, ni Prætextatum,& nos velitis imitari.

¶Tunc Seruius,poſtq̃ magis ſilentium erubeſcendum vidit,ad libertatem ſe ſimilis relationis animauit.M.inquit Votacilius Pitholaus,quum C.Seruilius vno tantũ die cõſul fuiſſet,dixit.Ante flamines,nunc conſules diales fiunt. *C.Seruilius. Diales.*

¶Nec Diſarius vltra exprobrationẽ taciturnitatis expectans ait.(Deſunt eius verba.)

¶Poſt hunc Horus quoq́:Affero ad vos inq͞t δίστιχον Platonis,quo ille adoleſcens luſerit,quũ tragœdiis quoq́ eadẽ ætate ꝑluderet.τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον, ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη. Orta ex his lętitia , & omnibus in cenſorium riſum remiſſis,ac retractantibus q̃ a ſingulis antiquæ feſtiuitatis ſapore ꝓlata ſunt,Symmachus ait.Hos Platonis verſiculos,quorũ magis venuſtatem an breuitatem mireris ĩcertum eſt,legiſſe me memini in latinum tanto latius verſos,quãto ſolet noſtra q̃ græcorum lingua breuior & anguſtior exiſtimari.Et(vt opinor)hæc verba ſunt, *Platonis distichon. Ex Gel. lib.xix. cap.xi. Sauior.*

Dum ſemihulco ſauio Meum puellum ſauior,
Dulcemq́ florem ſpiritus Duco ex aperto tramite:
Anima ægra tunc & ſautia Cucurrit ad labias mihi:
Oriſq́ rictum peruium,Et labra pueri mollia

Rimata itineri tranſitus Vt tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ Fuiſſet in coitu oſculi,
Amoris igne percita Tranſiſſet & me linqueret:
Et mira prorſus res foret, Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum vt intus viuerem.

ASCEN. Sed miror inquit Symmachus, cuius proxima erant verba. Bene ętatē fert. i. aut patitur ętatē, quia recentius videtur, aut pręſe fert ętatē, quia effœtum eſt & vapidū. Ad gladiū. quia ſolet res minor & breuior, ad maiorem & longiorem alligari: quod dicteriuȝ etiam ruſticis frequens in ore eſt. Dimidius. ſ. fictus aut pictus, q̄ totus viuus: id autem eo feſtiuius ꝙ alludit ad paradoxon Heſiodi. Varices ſunt venę durę in cruribus diu ſtando contractæ: quas Cicero, ſi ſemper a repub. fuiſſet portatus non habuiſſet. Iuuenalis. Varicoſus fiat aruſpex. Caninius Reuilius: ſupra iam dictus eſt C. Seruilius: vnde in alterutro error eſt: ſȝ opinor hunc locum veriorē, quocirca ſuperior reponēd⁹ eſt: ſunt tamē qui illic Riuilium legant. Eierauit, alij deierauit. i. ꝑ deos iurauit: cui cōſonat gręcū quod ſubditur. Si eierauit: id eſt iurādo magiſtratu ſe abdicauit. Quibus conſulibus: legendum opinor proconſulib⁹, aut quo collega. Facetiarū īpatiēs: non quia nō eſt paſſus, ſed quia nō ęquo aīo paſſus eſt, q̄a ęque acerba dicteria in Ciceronem reiecit. Quē fugiā, Cęſarē. ſ. libertatis acrē hoſtē. Quē ſequar nō habeo, quia Pompeiū video mollē libertatis defenſorē. Dolabella ad Cęſarem defecit, qui ſocer Pompeij: ſi igiť vitio dandū erat Ciceroni talē habere generū, vitio dandū erat Pompeio talē habere ſoceruȝ. Cupio ad hoſtes &c. q. d. ideo me Cicero nō timet, quia me ſecum ſentire ſentit: qui ſi a Cęſare ſtaret me vna cuȝ illo timeret. Pręcinctura me decepit quia credebaȝ eū vt molliter p̄cinctū, ita molli eſſe animo. Detractus eques .i. exauthoratus & in ordinem redactus, & quod vulgo dicitur degradatus. Aut potius detractus, detractionem honoris & dignitatis paſſus: quia additur, mimus remiſſus. i. vilis. Duabus ſellis. i. duarū factionū placitis per leuitatem viciſſim aſſentiēs. Si ius habebit Pompeius: obſcurū mihi dicteriū videtur, & neſcio an recte ſcriptū, niſi per Pompeium quēuis nobilem & potentem intellexerit cum Cæſar innobiles in ſenatum adciuerit. Et ꝑ nobis. q. d. cū nos ciues liberi non ſimus, difficile erit tibi libertateȝ exorare. Dictatoris. ſ. Cæſaris qui perpetuam ſibi dictaturam arripuerat: & idibus Martijs a Caſſio, Bruto, & cæteris coniuratis occiſus eſt. Reliquias, de Antonio triumuiro intelligit. Idem Cicero de Piſone &c. Hoc interpellatus continuo dicere non potuit, ſed mox dicet de Piſone, ambula tanq̄ fœmina. ſ. eſſes: aut rectius veluti fœmina. ſ. vxor tua ambulat. ὁμοιόπτωτον. i. ſimiliter cadens: quale fecerat dicens feciſſem factum &c.

De Iocis M. Tullii Ciceronis. Cap. III.

Cic. ioca SEd miror omnes vos ioca tacuiſſe Cice. in quibus facundiſſimus, vt in omnibus, fuit. Et ſi videtur, vt æditiuus reſponſa numinis ſui prædicat, ita ego quę memoria ſuggeſſerit, referam dicta Ciceronis. Tū oībus ad audiendum erectis, ille ſic incipit.

In Damaſippū. ¶M. Cicero quū apd̄ Damaſippū cœnaret, & ille mediocri vino poſito diceret: Bibite falernū hoc, annoꝝ q̄draginta eſt: Bn̄ īquit ætatē fert.

M. Lētulum. ¶Idem quum Lentulum generum ſuum exiguæ ſtaturæ hominem longo gladio accinctum vidiſſet, quis inquit generum ~~meum ad gladium alligauit?~~

In Q. fratrem. ¶Nec Quinto Ciceroni fratri circa ſimilem mordacitatem pepercit. Nā quum in ea ꝓuincia quā ille rexerat, vidiſſet clypeatam imaginē eius ingentibus lineamentis vſq; ad pectus ex more pictam (erat autem Quintus ipſe ſtaturæ paruæ) ait. Frater meus dimidius maior eſt q̄ totus.

In Vatinium. ¶In conſulatu Vatinii, quem paucis diebus geſſit, notabilis Ciceronis vrbanitas circūferebatur. Magnum oſtētum inquit anno Vatinii factū eſt, ꝙ illo cōſule nec bruma, nec ver, nec ęſtas, nec autumnus fuit. Querenti deīde Vatinio ꝙ grauatus eſſet domum ad ſe infirmatum venire, reſpondit. Volui in conſulatu tuo venire, ſed nox me cōprehendit. Vlciſci autem ſe Cicero videbatur, vt qui reſpondiſſe ſibi Vatiniū meminerat, quū humeris ſe reip. de exilio reportatum gloriaretur, Vnde ergo tibi varices?

In Caninium. ¶Caninius quoq; Reuilius, q vno die (vt Serui⁹ retulit) cōſul fuit, roſtra quum aſcendiſſet, pariter honorē iniit cōſulatus, & eierauit. qđ Cicero gaudēs omi occaſione vrbanitatis increpuit. λογοθεώρητος eſt Caninius conſul. Deinde. Hoc conſecutus eſt Reuilius vt q̄reretur q̄bus conſulibus conſul fuerit. Dicere pręterea non deſtitit, Vigilātem habemus conſulem Caninium, qui in conſulatu ſuo ſomnum non vidit.

In Pompeium. ¶Pompeius Ciceronis facetiarū impatiēs fuit. Cuius hęc de eo dicta ferebātur. Ego vero quem fugiam habeo, quem ſequar non habeo. Sed & quum ad Pompeiū veniſſet, dicentibus ſero eum veniſſe, reſpondit. Minime ſero veni, nam nihil hic paratū video. Deinde interroganti Pompeio vbi gener eius Dolabella eſſet, reſpōdit, cum ſocero tuo. Et quum donaſſet Pompeius tranſfugam ciuitate Romana, o hominē bellum inquit, Gallis ciuitatē ꝓmittit alienā, q nobis noſtrā non pōt reddere. Propter quę merito videbať dixiſſe Pompeius: Cupio ad hoſtes Cice. tranſeat, vt nos timeat.

In Cęſa. ¶In Cæſarem quoq; mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nam primum poſt vi

ctoriam Cæſaris interrogatus,cur in electione partis erraſſet,reſpōdit.Præcinctura me
decepit.iocatus in Cæſarem,qui ita toga præcingebatur,vt trahēdo laciniā,velut mol Caue
lis incederet,adeo vt Sylla tanq̄ prouidus dixerit Pompeio,Caue tibi illum puerū ma= male pꝛæ
le præcinctum. cinctum

Deīde quū Laberius in fine ludorū ānulo aureo honorat⁹ a Cæſare eueſtigio in.xiiii. In Labe.
gradus ad ſpectādum trāſiſſet,violato ordine,& quum detractus eſſet eques Roman⁹,&
quum Mimus remiſſus,ait Cicero prætereunti Laberio,& ſedile quęrenti, Recepiſſem
te,niſi anguſte ſederem:ſimul & illum reſpuens,& in nouum ſenatum iocatus,cui⁹ nu
merum Cæſar ſupra fas auxerat.Nec impune,reſpondit enim Laberius.Mirum ſi angu Duabus
ſte ſedes,qui ſoles duabus ſellis ſedere.exprobrata leuitate Ciceronis,qua imerito opti ſellis ſe=
mus ciuis male audiebat. dere.

Idem Cicero alias facilitatem Cæſaris in eligendo ſenatum irriſit palam.Nam quum In Cęſa.
ab hoſpite ſuo Publio Mallio rogaretur,vt Decurionatum priuigno eius expediret,aſſi Decu=
ſtente frequentia dixit:Romæ ſi ius habebit Pomp.difficile eſt. Nec intra hæc mordaci rionat⁹.
tas ſtetit.quippe ab Androne quodam Laodiceno ſalutatus quum cauſam aduentus re
quiſiuiſſet,comperiſſetq́ (nam ille ſe legatum de libertate patriæ ad Cæſarem veniſſe
reſpondit) ita expreſſit publicam ſeruitutem.ἐὰν ἐπιτύχῃς καὶ περὶ ἡμῶν πρέσβευσον.Si ob
tinueris,& pro nobis intercede.

Vigebat in eo excedens iocus & ſeria mordacitas: vt hoc eſt ex epiſtola ad C.Caſſiū In M.
dictatoris violatorem.Vellem idibus Martiis me ad cœnā inuitaſſes,profecto reliquia= Antoni=
rum nihil fuiſſet,nunc me reliquię noſtræ exercent.Idē Cicero de Piſone genero & M. um.
Lepido lepidiſſime cauillatus eſt.

Dicente adhuc Symmacho,& (vt videbatur) plura dicturo,intercedens Auienus,vt Trāſit⁹
fieri in ſermonibus conuiualibus ſolet:Nec Aug.inquit Cæſar in huiuſmodi dicacita= ad cap.
te quoq̄ minor,& fortaſſe nec Tullio.Et ſi volētibus vobis erit,aliqua eius quæ memo= IIII.
ria ſuggeſſerit,relaturus ſum.Et Horus,permitte Auiene Symmachus explicet de iis,
quę iam nominauerat,dictis Ciceronis, & opportunius quę de Auguſto vis referre ſuc
cedent.

Reticente Auieno:Symmachus,Cicero inquam,quum Piſo gener eius mollius ince= Piſo Ci.
deret filia autem concitatius,ait genero:Ambula tanq̄ fœmina,ait filiæ , Ambula tanq̄ gener.
vir.Et quum M.Lepidus in ſenatu dixiſſet patribus conſcriptis:Ego non tanti feciſſem In Lepi=
ſimile factum,Tullius ait.Ego non tanti feciſſem ὁμοιόπτωτον.Sed perge Auiene ne vltra dum.
te dicturientem retardem.

ASCEN.Et ille.ſ.Auienus ſup.inquit.Aiax ſuus:Nō inepta eſt reciprocatio, quia qđ p̄cedit,interrogauit eū,
reſoluitur ſic:interrogatus eſt.Sane de tragœdia maſculine dixit vt Iuuenalis Sat.j.Scriptus & in tergo,nec
dum finitus oreſtes.In ſpongiam.i.deletus & abſterſus eſt.Scribebant enim ſpecimina verę ſcripturę in tabel=
lis eburnis,lapideis aut ſimilibus:vnde ſcripta ſpongia madidata facile exorberi & abſtergi poterant. Aſſem ele
phanto.cum aſſem non petat elephas,in periculo eſt qui offerat ne ipſe proboſcide illius adſumatur.Congiariū Cōgiariū.
munus quale ab imperatore populo ſolet dari:prius vt opinor,frumētarium,deinde nummarium.Noli cre=
dere.q.d.tu ſcis ita non eſſe:& ego dico ita non fore.Ego non negabo:ita facile populo perſuaſeris,& famam quā
petis habebis.Dic me tibi diſplicuiſſe:cum contra eſſet.Nunq̄ poſt te reſpexeris.q.d.potuiſti etiam in frontē ſa
xo percuti fugiendo ſi retroſpexiſti.Corrigere non poſſum deformitatem gibbi.Meum forum accuſaſſet,vt ſi=
militer abſolutū.i.ꝯpletū eſſet.Colere monumentū:terram in qua erat arare.Hoc Herodis facinus p̄terq̄ i euā=
gelio & in hoc loco,vix aliubi inuenias.In ſolario.i.in loco editiore & tabulato ſtrato,vt Galli dicunt,ſoliuis.Cō
mendatitias ſcilicet literas.Nomenclator eſt qui ſuo quęq; nomine vocat.Dies ſunt longiores.q.d.multū tēpo=
ris impendis:alioqui propter podagrā tantū itineris non facturus.Pręſentem ſtatum commutari non volet:
ſicut Cato ſui tp̄is ſtatū cōmutari noluit.Negauit ille,quia ſi adnuiſſet,dixiſſet Auguſt⁹, poteſt fieri vt pater
meus cū ea conſueuerit:at vbi adiecit,ſed pater meus ſæpe:innuit patrem ſuum cum matre Auguſti potuiſſe
conſueſſe.quod eo mordacius erat ꝙ Auguſtus vt in vita Virgilij legitur matris pudicitiam ſuſpectā habuit
interrogans ab eo quem haberet patrem .Proſcribi peius eſt q̄ in exilium mitti : quia exulans locum exilij Proſcribi.
tutum habet:proſcriptus nullum,ſed vbicūq; repertus ad ſupplicium trahi poterat:vnde proſcribere eſt ī ta=
bula damnatorū quęuis procul a ſalute ſcribere.An mittere:æquiuocum eſt,ſignificat enim ad aliquē aut ali=
quo mittere,& amittere.i.a ſe abijcere:qđ & fecit.Mihi nihil:qa oīa creditori perſoluenda erant:cum tamen illi
miſiſſet omnia ſi recognouiſſet.Quod videbitur.ſ.conferendum.Honeſtis mandato.ſ.officium inquirendi.q.d.
id eum tunc non feciſſe.Malo viuat,q̄ tantillo pecunię vitā amittat.Actiaco bello,quod contra Antoniū & Cleo
patram cum M.Agrippa feliciter geſſit.Dictū autem eſt Actiacum ab Actio Epiri promontorio vbi geſtū eſt. Actium.
Mango dicitur qui pueros & puellas,equoſq; & ſimilia animalia ad vænditionē præparat. Ad.i.apud molas
ſunt,vt ſcilicet frumentum molendum curent.q.d.ſi pecuniam dediſſes,præſto eſſent.Simile reſponſum Vir=
gilius dederat,qui cum bene de equorum canūq; parentibus iudicaſſet,& panes duplicatos ab Auguſto recepiſ
ſet:interrogatus de Auguſti patre,panificē ob id iudicauit,per iocum quidē vt liberaliter accepit Auguſtus.
Seſtertia centū milia.i.ad centum milia:Locutio vallę non probata,non tamen contemnenda.Factum hoc gręꝫ
culi callidum parum ab ineſcando abfuit.Non abſimile fuit Franciſci Philelphi ad Pium pontificem reſponſuꝫ
abs quo cū p carminibus carmina accepiſſet,ita reſpondit.Si tibi pro numeris numeros fortuna dediſſet: Nō
eſſet capiti tanta corona tuo.

De Iocis Auguſti in alios,& aliorum viciſſim in ipſum. Cap.IIII.

Auguſti ioca. Aiax tragœdia.

ST ille.Auguſtus inquam Cęſar affectauit iocos:ſaluo tamen maieſtatis pudoriſqꝫ reſpectu,nec vt caderet in ſcurrã.Aiacem tragœdiam ſcripſerat,eandemqꝫ ꝙ ſibi diſplicuiſſet,deleuerat.Poſtea Lucius grauis tragœdiarum ſcriptor interrogabat eũ,quid ageret Aiax ſuus.Et ille,in ſpongiam inquit incubuit.

Elephanto aſſem dare.

¶Idem Auguſtus,quum ei quidam libellum trepidus offerret,& modo proferret manum,modo traheret,Putas inquit te aſſem elephanto dare?

Tu ne credas.

¶Idem quum ab eo Pacuuius Taurus congiariũ peteret,diceretqꝫ,iam hoc hoĩes vulgo loqui,non paruam ab illo ſibi pecuniam datam.Sed tu inquit noli credere.

Salariũ. Dediſſe nõ negabo.

¶Alium pfectura equitum ſummotum,& inſuper ſalarium poſtulantem,dicentemqꝫ nõ lucri cauſa dari hoc mihi rogo,ſed vt iudicio tuo munus videar impetraſſe, & ita officium depoſuiſſe,Hoc dicto repercuſſit: Tu te accepiſſe apud omnes affirma,& ego dediſſe me non negabo.

Herẽniꝰ

¶Vrbanitas eiuſdem innotuit circa Herennium deditum vitiis iuuenem,quem quũ caſtris excedere iuſſiſſet,& ille ſupplex hac deprecatione vteretur: Quomodo ad patrias ſedes reuertar?quid patri meo dicam?reſpondit:Dic me tibi diſplicuiſſe.

Fugiens ne reſpicias.

¶Saxo in expeditione pcuſſum ac notabili cicatrice in fronte deformẽ,nimiũ tñ ſua opera iactantem,ſic leuiter caſtigauit.At tu quum fugies inquit,nunq̃ poſt te reſpexeris.

Galba.

¶Galbę cuiꝰ informe gibbo erat corpus, agẽti apud ſe cauſam & frequẽter dicẽti,corrige in me ſiquid rephẽdis,reſpõdit.Ego te monere poſſum,corrigere nõ poſſum.

Caſſius.

¶Quũ multi Seuero Caſſio accuſante abſoluerẽtur,& architectus fori Auguſti expectationem operis diu traheret:ita iocatus eſt:Vellem Caſſius & meum forum accuſaſſet.

Vectius

¶Vectiꝰ quũ monumẽtũ pr̃is exaraſſet,ait Auguſtꝰ,hoc ẽ vere monumentũ pr̃is colere.

Herodis crudelitas in ſuos.

¶Quũ audiſſet inter pueros,quos in Syria Herodes rex Iudęorũ intra bimatũ iuſſit interfici,filiũ quoqꝫ eius occiſum,ait.Melius eſt Herodis porcum eſſe q̃ filium.

In Mecœnatẽ ioci.

¶Idem Auguſtus,quia Mecœnatem ſuum nouerat eſſe ſtilo remiſſo molli & diſſoluto, talem ſe in epiſtolis,quas ad eum ſcribebat,ſępius exhibebat,& contra caſtigationem loquendi,quam alias ille ſcribendo ſeruabat,in epiſtola ad Mecœnatem familiari,plura ĩ iocos effuſa ſubtexuit:Vale mel gentium,metuelle,ebur ex Hetruria, laſer Aretinum, adamas ſupernas,tyberinum margaritũ,Cilneorum ſmaragde,iaſpis figulorum,beryllę porſennæ,carbunculum habeas,ἵνα συντείνω πάντα μαλάγματα mœcharum.

Familiarem &c.

¶Exceptus eſt a quodam cœna ſatis parca,& quaſi quotidiana.Nam pœne nulli ſe inuitanti negabat.Poſt epulũ igitur,inops ac ſine vllo apparatu diſcedens,vale dicenti hoc tantũ inſuſurrauit.Non putabam me tibi tam familiarem.

¶Quum de Tyriæ purpuræ,quam emi iuſſerat,obſcuritate quereretur,dicente vẽditore,erige altius & ſuſpice,his vſus eſt ſalibus. Quid ergo?vt me po.Roma.dicat bene cultum,in ſolario ambulaturus ſum?

Nomenclatori dictum.

¶Nomenclatori ſuo de cuius obliuione querebatur dicenti, nunquid ad forum mandas?Accipe inquit commendatitias,quia illic neminem noſti.

Vatiniꝰ

¶Vatinio in prima ſua ætate eleganter inſultauit.Confuſus ille podagra volebat tamẽ videri diſcuſſiſſe vitium,& mille paſſus ambulare ſe gloriabatur.Cui Cæſar.Non miror inquit,dies aliquanto ſunt longiores.

¶Relata ad ſe magnitudine æris alieni,quam quidam eques Romanus dum vixit excedentem ducenties.IIS.celauerat , culcitram emi cubicularem in eius auctione ſibi iuſſit.Et præceptum mirantibus,hanc rationem reddidit:Habẽda eſt ad ſomnum culcitra, in qua ille quum tantum deberet,dormire potuit.

Cato.

¶Non eſt intermittẽdus ſermo eius,quem Catonis honori dedit. Venit forte in domũ in qua Cato habitauerat.Dein Strabone in adulationem Cæſa.male exiſtimante de Catonis peruicacia ait.Quiſquis præſentem ſtatum ciuitatis cõmutari non volet, & ciuis & vir bonꝰ eſt.Satis ſerio & Catonẽ laudauit,& ſibi,ne qs affectaret res nouas,cõſuluit.

Ioci in Auguſtum.

¶Soleo in Auguſto magis mirari quos ptulit iocos,q̃ ipſe quos protulit,quia maior eſt patientiæ q̃ facundiæ laus:maxime cum æquanimiter aliqua etiam iocis mordaciora ptulerit.Cuiuſdam prouincialis iocus aſper innotuit.Intrauerat Romã ſimillimꝰ Cæſari

& in ſe omnium ora conuerterat: Auguſtus perduci hominem ad ſe iuſſit, viſumq́ hoc modo interrogauit. Dic mihi adoleſcens, fuit aliquando mater tua Romę? Negauit ille: nec contentus adiecit, ſed pater meus ſæpe.

¶Temporibus triumuiralibus Pollio, quum Feſcenninos in eū Auguſtus ſcripſiſſet, ait. At ego taceo. Non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.
Pollio in Auguſt.

¶Curtius eques Romanus deliciis diffluens, quum macrum turdum ſumpſiſſet in conuiuio Cęſaris, interrogauit an mittere liceret. Reſponderat princeps, quid ni liceat? Ille ſtatim per feneſtram miſit.
Curtius eques.

¶Aes alienum Auguſtus cuiuſdam ſenatoris chari ſibi, non rogat⁹ exoluerat numerato quadragies. At ille pro gratiarum actione hoc ſolum ei ſcripſit. Mihi nihil.

¶Solebat Licinius libertus eius inchoanti opa patrono magnas pecunias cōferre: quem morē ſecutus cētū ꝑmiſit p̄ libellū, in quo virgulę ſupductę pars vltra pecunię defectionem protendebat, vacante infra loco. Cæſar occaſione vſus, priori alterū cēties ſua manu iunxit, ſpatio diligēter expleto, & affectata literę ſiſ̄itudine: geminatāq́ accepit ſummam diſſimulante liberto. Qui poſtea cœpto alio opere, leniter factū ſuum Cæſari obiecit libello tali dato: Confero tibi domine ad noui operis impenſam, quod videbitur.

¶Mira etiā cēſoris Auguſti & laudata patiētia. Corripiebat eques Romanus a pricipe, tanq̄ minuiſſet facultates ſuas. At ille ſe multiplicaſſe corā ꝓbauit. Mox eidem obecit, q̄ ad contrahendum matrimoniū legibus nō paruiſſet. Ille vxorem ſibi & tres liberos eſſe dixit. Tūc adiecit. Poſt hac Cęſar cū de honeſtis hoīb⁹ inquiris, honeſtis mādato.
Patiētia Cēſoris Auguſti.

¶Etiam militis non libertatem tantum, ſed & temeritatem tulit. In quadam villa inquietas noctes agebat rumpente ſomnum eius crebro noctuæ cantu. Prehendēdam curauit noctuam. Miles aucupii peritus, & ſpe ingentis p̄mii pertulit. Laudato iperator mille nūmos dari iuſſit. Ille auſus eſt dicere, Malo viuat: auemq́ dimiſit. Quis nō miratus eſt nō offenſo Cæſare abiiſſe militem contumacem?

¶Veteranus quū die ſibi dicto piclitaret, acceſſit in publico ad Cęſarē, rogauitq́ vt ſibi adeſſet. Ille aduocatū quē ex comitatu ſuo elegerat ſine mora dedit, cōmēdauitq́ ei litigatorē. Exclamauit ingēti voce Veteranus. At nō ego Cęſar periclitāte te Actiaco bello, vicariū q̄ſiui, ſed ꝑ te ipſe pugnaui. detexitq́ impſſas cicatrices. Erubuit Cęſar, venitq́ in aduocationē, vt qui vereret non ſuperbus tantū, ſed etiam ingratus videri.
Vicari⁹.

¶Delectatus inter cœnam erat pueris ſymphoniacis Turonii Flacci māgonis, atq́ eos frumento donauerat, quum in alia acroamata fuiſſet liberalis nummis. Eoſdemq́ poſtea Turonius æque inter cœnam quærenti Cæſari, ſic excuſauit: ad molas ſunt.

¶Sublimis Actiaca victoria reuertebat: occurrit ei inter gratulantes, coruū tenens, quē inſtituerat hoc dicere, Aue Cæſar victor iperator. Miratus Cæſar officioſam auē. xx. milibus nummum emit. Socius opificis ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauit Cæſari habere illum & alium coruum: quem vt afferre cogeretur, rogauit. Allatus verba quę didicerat, expreſſit, Aue victor imperator Antoni. nihil exaſperatus, ſatis duxit iubere illum diuidere donatiuum cum contubernali. Salutatus ſimiliter a Pſitaco, emi iuſſit eum. Idem miratus in pica: hanc quoq́ redemit. Exemplum ſutorem pauperem ſolicitauit, vt coruum inſtitueret ad parem ſalutationem: qui impēdio exhauſtus, ſæpe ad auem non reſpondentem dicere ſolebat, opera & impenſa periit. Aliquādo tamē coruus cœpit dicere dictatam ſalutationem. Hac audita dum tranſit Auguſtus reſpondit, Satis domi ſalutatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria, vt & illa q̄bus dominum querentem ſolebat audire, ſubtexeret: opera & impenſa periit. Ad quod Cęſar riſit, emitq́ auem iuſſit, quanti nullam adhuc emerat.
Coruus ſalutans Auguſtum. Pſitacus Pica.

¶Solebat deſcendenti a palatio Cæſari honorificum aliq̄d epigramma porrigere gręculus. Id quum fruſtra ſæpe feciſſet, rurſuſq́ eum id facturum vidiſſet Auguſtus, breue manu ſua in charta exarauit græcum epigramma. pergenti deinde ad ſe obuiam miſit. Ille legendo laudare, mirari tam voce q̄ vultu. Quumq́ acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos pricipi daret. adiectus hic ſermo. μὴ κατὰ τὴν τύχην σὴν σεβαστὲ, εἰ πλέον ἐδίδουν. Non ſecundum fortunam tuam Auguſte, ſi plus haberem, plus darem. Secuto omnium riſu, diſpenſatorem Cæſar vocauit, & ſeſtertia centum milia gręculo numerari iuſſit.
Auguſti liberalitas i gręculum.

ASCEN. Heri viri.ſ.me oculis ornaui:quo prętextu adhuc fere vtuntur mulieres:cuꝫ prudẽtioribus viris ſtata forma ſtatoq; cultu magis placeant. Quid ergo iſtę te caluã &c. Hoc Auguſti in filiã nõ filię eſt dicteriũ. Ille obliuiſcitur:quia non pro dignitate imperatoria ac cæſarea ſe veſtit. Nunq̃ niſi naui plena &c.i.nunq̃ niſi grauida e marito,ſuſtineo adulterum. Beſtię enim ſunt.i.ignarę voluptatis,niſi quam natura imperet.in illis tamen natura magis laudanda q̃ in iſtis libido.

De iocis & moribus fœminarum,& primũ Iulię filię Auguſti. CAP.V.

Iulia filia Aug. †dicéda.

VVltis aliqua & filię eius Iulię dicta referamus? Sed ſi garrulus nõ putabor,volo de moribus fœminę pauca ꝑmittere:ni quiſq̃ veſtrum habeat ſeria & † diſcenda quæ proferat. Hortantibuſq; omnibus vt cœpto inſiſteret,ita de Iulia orſus eſt. Annum agebat triceſimum & octauũ,tẽpus ætatis (ſi mens ſana ſupereſſet) vergẽtis in ſeniũ. ſed indulgentia tã fortunę,q̃ patris,abutebatur:quũ alioqui literarũ amor multaq; eruditio, quod in illa domo facile erat,pręterea mitis humanitas,minimeq; ſęuus animus ingẽtẽ fœminæ gratiã cõciliarent,mirantibus qui vitia noſcebant tantam pariter diuerſitatẽ. Non ſemel ꝓceperat ei pater,temperato tñ inter indulgẽtiam grauitatẽq; ſermone, quatinus moderaretur profuſos cultus,ꝑſpicuoſq; comitatus. Idem quum ad nepotũ turbam,ſimilitudinẽq; reſpexerat,qua reprę ſentabaẽ Agrippa, dubitare de pudicitia filiæ erubeſcebat. Inde blandiebatur ſibi Auguſtus,lętum in filia animũ vſq; ad ſpeciẽ ꝓcacitatis,ſed reatu liberũ: & talẽ fuiſſe apud maiores Claudiã credere audebat. Itaq; inter amicos dixit,duas habere ſe filias delicatas,quas neceſſe haberet ferre,Iuliã & Rẽpub.

¶Iulia venerat ad eum licentiore habitu,& oculos offenderat patris tacentis. Mutauit cultus ſui poſtera die morem,& lætum patrem affectata ſeueritate complexa eſt. At ille qui pridie dolorem ſuum continuerat,gaudium continere nõ potuit. Et quãtũ, ait, in filia Auguſti probabilior eſt hic cultus? Non defuit patrocinio ſuo Iulia his verbis. Hodie enim me patris oculis ornaui:heri viri.

Liuia vxor Auguſti.

¶Notum & illud. Auerterant in ſe populum in ſpectaculo gladiatorum Liuia & Iulia, comitatus diſſimilitudine. Quippe cingentibus Liuiam grauibus viris: hæc iuuentutis,& quidem luxurioſę grege circunſidebatur. Admonuit pater ſcripto, Videret quantũ inter duas principes fœminas intereſſet. Elegãter illa reſcripſit, Et hi mecũ ſenes fiẽt.

¶Eadem Iulia mature habere cœperat canos,quos legere ſecreto ſolebat. Subitus interuentus patris aliquando oppreſſit ornatrices. Diſſimulauit Auguſtus,deprehenſis ſuper veſtem earum canis:& aliis ſermonibus tempore extracto induxit ætatis mẽtionem, interrogauitq; filiam vtrum poſt aliquot annos cana eſſe mallet,an calua. Et quum illa reſpondiſſet, Ego pater cana eſſe malo:ſic illi mendacium obiecit, Quid ergo iſtę te caluam tam cito faciunt?

¶Itẽ quũ graue amicũ audiſſet Iulia ſuadẽtẽ meliꝰ factură,ſi ſe cõpoſuiſſet ad exemplar paternæ frugalitatis,ait. Ille obliuiſcitur Cæſarẽ ſe eſſe: Ego memini me Cæſaris filiã.

¶Quũq; cõſcii flagitiorũ mirarent quo modo ſimiles Agrippę filios ꝓcrearet,q̃ tã vulgo poteſtatem corporis ſui faceret:ait, Nunq̃ eñ niſi naui plena tollo vectorem.

Populiæ reſpõſũ.

¶Simile dictum Populię M.filię,quę mirãti cuidã quid eſſet,quapropter alię beſtię nũq̃ marẽ deſiderarent,niſi quũ pręgnantes vellent fieri:reſpondit,beſtię enim ſunt.

ASCEN. Valla pomum definit omnẽ arboris fructũ cuius caro ſeu fructus ꝑcipuꝰ intra teſtã durã nõ eſt, vt mala,pyra,pruna,perſica,ficus,cęraſa:nucẽ ꝯtra: vt iuglãdẽ,amigdalã,auellanã,caſtaneã: vnde Maro Caſtaneaſq; nuces mea q̃s amaryllis amabat. quocirca pini fructus nuci ꝓpior ſit an pomo neſcias:nã non vt caſtanea tegitur echino:ſed tamen pellicula:nec vt nuces teſta:& vulgo pomum dicitur,cum nuci auellanæ ſit non abſimile: & in hoc libro mox ĩter nuces ponet. Faceta igitur reſponſio, vt Vatinium notaret. Nauẽ ſi diuidis. Hoc reſponſum ad ſimilia q̃ diuiſa inutilia fiant locũ habet. ſed non facit ad interrogatũ:non eñ docet qui diuidas,ſed vt non diuidas monet: aptius reſpondiſſet: Aeſtimata naui offer illi conditionẽ, vt retenta naui dimidium precij reponat,aut data,recipiat. Male habitat,qa in corpore deformi & gibboſo. Quid artiuꝫ facis. quia ſordidarum artium profeſſores non recipiebãtur teſtes. Gibbos fricare ſoleo;q.d. vt tu. Vna manu.ſ.tñ. Cætera legenti obuia,prætermitto.

Rurſus de virorum iocis,argutiſq; reſponſis. CAP.VI.

Vatiniꝰ a pp̃lo lapidatus. Caſellii dictum.

SEd vt a fœminis ad viros,& a laſciuis iocis ad honeſtos reuertar: Caſelius iuriſcõſultus vrbanitatis mirę libertatiſq; habebaẽ:pręcipue tamen is iocus eius innotuit. Lapidatus a populo Vatinius,cum gladiatorium munus ederet,obtinuerat,vt ædiles edicerent, nequis in arenam niſi pomũ miſiſſe vellet. Forte iis diebꝰ Caſelliꝰ cõſultꝰ a quodam, an nux pinea pomũ eſſet:reſpõdit,ſi in Vatinium miſſurus es,pomũ ẽ.

MERCATORI deinde queẽadmodũ cũ ſocio nauem diuideret interrogãti,reſpõdiſſe
tradítur.Nauẽ ſi diuidis:nec tu nec ſocius habebitis. In Galbã eloquẽtia clarũ,ſed
quem habitus (vt ſupra dixi) corporis deſtruebat,M.Lollii vox circũferebatur: Inge- M.Lolli⁹
nium Galbę male habitat. In eundẽ Galbam Orbilius grammaticus acerbius irriſit. in Galbã
prodierat Orbilius in reum teſtis:quem Galba vt confunderet,diſſimulata eius profeſ- Orbilius
ſione,interrogauit:Quid artium facis? reſpondit.In ſole gibbos fricare ſoleo. grãmat.
LVCIVS Cęcilius quum C.Cæſar aliis qui ſecum pila luſitabant centena ſeſtertia,illi in eũ dẽ.
vni quinquaginta dari iuſſiſſet:quid ego,inquit,vna manu ludo & nõ duabus, vt plus L.Cęci-
habere poſſim? Quũ iratus eſſe Pub.Clodius Decimo Valerio diceretur, ꝙ ei nũmũ lius.
petenti non dediſſet:Quid amplius,inquit,mihi facturus es: niſi vt Dyrrhachium eam Decim⁹
& redeam? alludens ad Ciceronis exilium. Valeri⁹.

ASCEN.Hoc caput Gellius lib.viij.cap.vltimo,vt ex inſcriptione patet,anteq̃ deſiderabatur,cõtinebat. Neceſſitas,nõ fatalis,quã perperã nõnulli excuſãt,ſed impatoria. Vt facile,quãtũ faciliter. Labefecit,cadere fecit & deiecit,loco.i.gradu dignitatis priſtinę. Negare cui nil potuerũt: qa reip.oppreſſionẽ cõceſſerũt. Sine nota.ſ.in famię:ergo notabilis infamis eſt.Vno plus vixi.Vnde Iuuen.Magnũ crede nefas animã ꝑferre pudori,Et propter vitã,viuẽdi ꝑdere cauſas.Sepulchris.ſ.vacuis q̃ cenotaphia dicũtur:aut oibus,quia nõ hoies,ſed cineres tm̃ & oſſa ꝓtinẽt.Libertatẽ ꝑdidimus:id in Cæſarẽ manifeſte.Impotẽtiã,ſunt q legãt potẽtiã, ſed nihil mutãdũ duco.Siue eñ in particula auget,vt ſit impotẽtia:immanis potẽtia,ſiue detrahit,vt ſit eius q vitijs & paſſionibus ſuis impare nõ poteſt:nã impotẽtẽ irã ingẽtẽ dicimus,& impotẽtẽ hominẽ q illi imperare neqt,nec cęteris vitijs vtroq; mõ in Cęſarẽ cõgruit. (Impotens.) Sicut inſolẽs bifariã dicit:& q nõ ſolet,vt in Andria, Quid tu Athenas inſolẽs:& qui q̃ fieri nõ ſolẽt,nec debẽt facit.vt inſolẽtiſſimus glorię captator. (Inſolens.) Aquã,intercutẽ ſc3.Podagrici pedes,nõ quidẽ ſunt,ſed aut patiũtur,aut faciũt cęteris membris moleſtum ocium.

De ſententiis ac dictis Laberii & Publii Mimographorum. Cap.VII.

SEd qa & paulo ante Aurelius Symmachus,& ego nũc,Laberii fecimus mẽtionẽ:ſi aliqua huius atq; Publii dicta referem⁹,videbimur,& adhibẽdi cõuiuio Mimos vitaſſe laſciuiã: & tñ celebritatẽ quã quũ adſunt illi excitare pollicent,imitari.Laberiũ aſꝑerę libertatis equitẽ Romanũ Cæſar qngẽtis milibus inuitauit,vt prodiret in ſcænam,& ipſe ageret (Laberi⁹.) Mimos quos ſcriptitabat.Sed poteſtas non ſolũ ſi inuitet,ſed etiã ſupplicet,cogit.Vnde ſe & Laberius a Cęſare coactum in prologo teſtatur his verſibus.

Neceſſitas,cuius curſu auerſi impetum
Voluerunt multi effugere,pauci potuerunt:
Quo me detruſit pene extremis ſenſibus?
Quem nulla ambitio,nulla vnq̃ largitio,
Nullus timor,vis nulla,nulla authoritas
Mouere potuit in iuuenta de ſtatu:
Ecce in ſenecta,vt facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submiſſa placide blandiloquens oratio?
Etenim ipſi dii negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare quis poſſet pati?
Ego bis tricenis annis actis ſine nota,
Eques Romanus ex lare egreſſus meo,
Domum reuertar Mimus:nimirum hoc die
Vno plus vixi mihi q̃ viuendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æque atq; in malo,
Si tibi erat libitum literarum laudibus
Floris cacumen noſtræ famę frangere:
Cur quum vigebam membris pręuiridantibus,
Satfacere populo & tali cum poteram viro
Non flexibilem me concuruaſti,vt caperes?
Nunc me quo deiicis? quid ad ſcænam affero?
Decorem formæ,an dignitatem corporis?
Animi virtutem,an vocis iocundę ſonum?
Vt hedera ſerpens vires arboreas necat:
Ita me vetuſtas amplexu annorum necat.
Sepulchris ſimilis;nil niſi nomen retineo.

In ipſa quoq; actione ſubinde ſe qua poterat vlciſcebatur,inducto habitu Syri, qui
Pub.di- velut flagris cęſus,pręripiétiq; ſe ſimilis exclamabat , Porro quirites libertatē pdidi-
cta. mus.Et paulo poſt adiecit: Neceſſe eſt multos timeat,quē multi timēt. Quo dicto vni-
†potētiā uerſitas populi ad ſolū Cęſ. oculos & ora cōuertit,notātes eius† impotentiā hac dica-
Publius citate lapidatā.Ob hęc in Publiū vertit fauorē. Is Publius natione Syrus,quū puer ad
Syrus. patronū domū eſſet adductus, promeruit eū nō minus ſalibus & ingenio,q̄ forma . Nā
forte quū ille ſeruū ſuū hydropicum iacētē in area vidiſſet, increpuiſſetq; quid in ſole
faceret,reſpōdit: aquā calefacit. Ioculari deinde ſuper cœnam exorta quęſtione,quod-
Ociū mo nā eſſet moleſtum ocium:aliud alio opinante,ille podagrici pedes dixit. Ob hæc & alia
leſtum. manumiſſus,& maiore cura eruditus,quū Mimos cōponeret, ingētiq; aſſenſu in Italiæ
oppidis agere cœpiſſet: pductus Romę per Cæſaris ludos, oēs qui tūc ſcripta & operas
ſuas in ſcænā locauerant,prouocauit: vt ſinguli ſecū poſita inuicē materia pro tēpore
cōtenderēt.Nec vllo recuſante,ſuperauit oēs:in quis & Laberiū. Vnde Cæſar arridens
hoc modo pronūciauit:Fauēte tibi me,victus es Laberi a Syro.Statimq; Publio palmā,
& Laberio annulum aureū cū quingentis ſeſtertiis dedit.Tūc Publius ad Laberium re-
cedentem ait.Quicum contendiſti ſcriptor,hunc ſpectator ſubleua.Sed & Laberius ſe-
quenti ſtatim commiſſione,mimo nouo interiecit hos verſus.

Gel.li.17 Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.
cap.xiiii. Summum ad gradum quum claritatis veneris,
Citius Conſiſtes ægre,& q̄ deſcendas,decides.
vacat. Cecidi ego:cadet qui ſequitur:laus eſt publica.
Publii Publii autem ſententiæ feruntur lepidæ, & ad communem vſum accommodatiſſimæ.
ſentētię Ex quibus has fere memini ſingulis verſibus circunſcriptas.
lepidę. Beneficium dando accepit qui digno dedit.
Feras,non culpes,quod mutari non poteſt.
Cui plus licet,q̄ par eſt:plus vult q̄ licet.
Comes facundus in via pro vehiculo eſt.
Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.
Hęredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Improbe Neptunum accuſat,qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando veritas amittitur.
Pars beneficii eſt,quod petitur ſi cito neges.
Ita amicum habeas,poſſe vt fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunq̄ periculum ſine periculo vincitur.

ASCEN.σὺ μακρον &c.tu longum non tranſmutas. σὺ βλέπεις, tu aſpicis.μῶρον &c.i.Sannionem inſanien tem ſalto.ſed conſtitui his ſuperſedendum mihi.

De Pylade & Hyla hiſtrionibus. Cap.VIII.

Pylades SEd quia ſemel ingreſſus ſum ſcænā loquēdo:non Pylades hiſtrio no-
hiſtrio. bis omittēdus eſt:q clarus in ope ſuo fuit tēporibus Auguſti,& Hylā
diſcipulū vſq; ad æqualitatis cōtentionē eruditione prouexit. Popu-
lus deinde inter vtriuſq; ſuffragia diuiſus eſt. Et quū cāticū quoddā
ſaltaret Hylas,cuius clauſula erat,τὸν μέγαν ἀγαμέμνονα, ſublimē ingē
Hylas tēq; Hylas velut metiebat. Non tulit Pylades,& exclamauit a cauea,
hiſtrio. σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς.Tūc eū populus coegit idē ſaltare cāticū.Quūq; ad locū veniſſet,
quē rephenderat,expreſſit cogitātē:nihil magis ratus magno duci cōuenire,q̄ p oībus
cogitare.Saltabat Hylas Oedipodē:& Pylades hac voce ſecuritatē ſaltātis caſtigauit.
σὺ βλέπεις.Quū in Herculem furentē prodiſſet,& nōnullis inceſſum hiſtrioni cōueniētē
nō ſeruare videretur,depoſita perſona,ridentes increpuit : μωρὸν μαινόμενον ὀρχοῦμαι.
Hac fabula & ſagittas iniecit in populū. Eandē perſonā quū iuſſu Auguſti in triclinio
ageret,& intēdit arcū,& ſpicula immiſit.Nec idignatus eſt Cæſar eodē ſe loco Pyladi,
quo Po.Ro.fuiſſe.Hic quia ferebat mutaſſe rudis illius ſaltationis ritū quę apud maio
res viguit, & venuſtā induxiſſe nouitatē,interrogatus ab Auguſto quę ſaltationi con-

tuliſſet,reſpondit,λυδῶν συριγμῶν.Idē quū propter populi ſeditionē pro cōtētione inter ſe Hylāꝙ habita concitatam indignationē excepiſſet Auguſti,reſpondit.βασιλεῦ ἔασον αὐτοὺς περὶ ἡμᾶς ἀπλεῖσθαι καὶ εὐχαρίστεις.

Quomodo Plato vino indulgēdū non præceperit: Et ꝗ perniciosum turpeꝙ ſit,tactus ac guſtus voluptatibus eſſe obnoxium. Cap.IX.

HIs dictis & excitata lętitia,quū in Auieno memoria florida & amœnitas laudaretur ingenii,menſas ſecundas miniſter admouit.¶Et Flauianus.Multi vt extimo in hoc a Varrone diſſentiunt,qui in illa lepidiſſima ſatyra Menippea,quę īſcribitur,Neſcis quid veſper ſerus vehat, de ſecunda menſa placentas remouit. Sed quæſo dicas Cecinna verba ipſa Varronis,ſi tibi beneficio memoriæ tenacioris hęſerunt. Et Albinus .Locus,inquit,Varronis,quem referri a me imperas,in his fere verbis eſt . Bellaria ea maxime ſunt mellita,quæ mellita non ſunt . Dulcibus enim cū pepſi ſocietas infida. Significant autē bellaria omne menſæ ſecundæ genus.Nam quæ πέμματα græci,vel τραγήματα, dixerunt,ea veteres noſtri appellauere bellaria.Vina quoꝙ dulciora eſt in uenire in comœdiis antiquioribus hoc vocabulo,dictaꝙ ea Liberi bellaria . ¶Et Euangelus.Agite anteꝗ ſurgendū nobis ſit,vino indulgeamus,qđ decreti Platonici authoritate faciemus, qui exiſtimauit fomitē eſſe quēdam & incitabulum ingenii virtutiſꝙ, ſi mens & corpus hominis vino flagret.Tum Euſtathius,quid agis,inquit,Euangele ? an Platonem extimas haurienda paſſim vina ſuaſiſſe, & non magis inter minuta pocula iucundiorem liberalioreꝙ inuitationem quæ fieret ſub quibuſdā quaſi arbitris & magiſtris conuiuiorū ſobriis,nō improbaſſe? Et hoc eſt qđ in primo & in ſecundo de legibus non inutile viris eſſe decernit. Nam & modicis honeſtiſꝙ inter bibendum remiſſionibus refici integrariꝙ animos ad inſtauranda ſobrietatis officia extimauit, reddi toſꝙ ſenſim lętiores,& ad intētiones rurſus capeſſendas fieri habiliores: & ſimul ſiqui penitus in his affectionū cupiditatūꝙ errores ineſſent, quos celaret alioqui pudor reuerens,ea omnia ſine graui periculo libertate per vinū data detegi,& ad corrigendum medendūꝙ fieri opportuniora.Atꝙ hoc etiam Plato ibidē dicit,non diffugiendas eſſe huiuſcemodi exercitationes aduerſus propulſandā vini violentiā,neꝙ vllum vnꝗ continentem prorſum aut temperantem ſatis fideliter viſum eſſe , cui vita non inter ipſa errorum pericula & in mediis voluptatum illecebris explorata ſit.Nā cui libentiæ gratięꝙ omnes conuiuiorum incognitę ſint,quiꝙ illarum omnino expers ſit,ſi eū forte ad participandas huiuſmodi voluptates,aut voluntas tulerit,aut caſus induxerit,aut neceſſitas impulerit,mox deliniri & capi,neꝙ mentē eius animūꝙ conſiſtere.Cōgrediēdū igiť,& tāꝗ in acie quadā cū voluptariis rebus, cūꝙ iſta vini licentia cominus decernēdum,vt aduerſus eas nō fuga nec abſentia ſimus tuti,ſed animi vigore, & conſtanti pſentia,moderatoꝙ vſu temperantiam continentiāꝙ tueamur,& calefacto ſimul refotoꝙ animo,ſiquid in eo vel frigidę triſtitię,vel torpentis verecundię fuerit, diluamus . Sed quia voluptatum fecimus mentionem,docet Ariſtoteles a quibus voluptatibus ſit cauendum.Quinꝙ enim ſunt ſenſus hominū,quos græci αἰσθήσεις appellant,per quos voluptas animo aut corpori quęri videtur,tactus,guſtus,odoratus,viſus,auditus. Ex iis omnibus voluptas quæ immodice capitur,ea turpis atꝙ improba eſt.Sedenim quę nimia ex guſtu atꝙ tactu eſt,ea voluptas ſicut ſapientes viri cenſuerunt,omniū rerū fœdiſſima eſt,eoſꝙ maxime qui ſeſe duabus iſtis voluptatibus dediderunt, grauiſſimi vitii vocabulis græci appellauerunt,vel ἀκρατεῖς, vel ἀκολάστους. nos eos vel incontinētes dicimus vel intemperantes. Iſtas autem voluptates duas,guſtus atꝙ tactus,id eſt cibi atꝙ Veneris,ſolas hominibus communes videmus eſſe cum bęluis.Et iccirco in pecudum ferorūꝙ animalium numero habetur quiſquis eſt his ferarū voluptatibꝰ occupatus.Cæteræ ex tribus aliis ſenſibus proficiſcentes hominū tātū proprię ſunt.Verba ſuper hac re Ariſtotelis philoſophi in medium proferam,vt quid de his infamibus voluptatibus tam clarus atꝙ inclytus vir ſentiat,publicetur. Διατὶ οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν γιγνομένην ἂν ὑπερβάλλωσιν ἀκρατεῖς λέγονται; οἵτε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι, οἵτε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις; τῆς δὲ κατὰ τὴν τροφὴν ἀπ᾽ ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ, ἀπ᾽ ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι. διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν

Vide Gel.lib. xiii.cap. xi.

Bellaria

De vino Gel.lib. xv.ca.ii. Vinū fomes & icitabulū ingenii virtutiſꝙ.

Libētię.

Decernēdū cū vino cominus.

Sēſus hominū qnꝙ.

Voluptates duę.

Gel.lib. xix.ca.ii

καὶ τὴν ἀκολουθοῦσαν. ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις; ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ ἀτιμόταταί εἰσι, καὶ μάλιστα μόναι ἐπονείδιστοι. ὥς τε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῷα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. Quis igitur habens aliquid humani pudoris voluptatibus iſtis duabus coeundi atq; comedendi, quę homini cũ ſue atq; aſino
Socrates cõmunes ſunt, gratuletur? Socrates quidem dicebat, homines multos propterea velle viuere, vt ederent & biberẽt: ſe bibere atq; eſſe, vt viueret. Hippocrates autẽ diuina vir
Coitus quid eſt. ſcientia, de coitu venereo ita exiſtimabat: Partẽ eſſe quãdã morbi teterrimi, quẽ noſtri comitialẽ dixerũt. Nãq; ipſius verba hęc tradũtur: τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. id eſt coitum eſſe paruum morbum comitialem.

VESALIENSIS.

Secũdo huic libro ſuũ deeſſe finẽ, & ſequẽti item principiũ, id facili⁹ perſpectu eſt: q̃ vt admonẽdus ſit lector. Siquid tamẽ lucis tantis addi tenebris queat, hanc librorũ putẽ fuiſſe cohęrentiã. In fine primi libri mentio facta erat de poeta Virgilio: Sed cũ cœnę tẽpus interpellaret, placitum fuit ſermonẽ eũ reſeruari colloquio diei ſequentis. Quare cũ ſecũdus liber ea contineat, quę dicta erant inter cœnandum reſtabat, vt tertio ea quæ de Virgilio dicenda erãt, explicarentur: quorum magnã certe partẽ deſiderari, nemo non facile animaduertit. Sed hęc deplorari a nobis poſſunt, emendari non poſſunt.

ASCEN. Quo potiſſimũ: ipſe dixiſſem, quo poti⁹, qa ſequit̃ q̃: nec refert ꝙ ad multa reſpicit̃ loca, qa cõparatiuus comparatiue tentus in multa locum habet. Loca autem Virgiliana in ſuis locis, quæ adnotauimus, ſatis explicantur.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER. III.

Q̃ accurate Virgilius expreſſerit diuerſos ritus ſacrificandi. Cap. I.

Æne.ii. VIOLATVM quũ ſe noſſet Æneas & multa cæde pollutũ, ait. Tu genitor cape ſacra manu patri oſq; Penates. Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero.

Æn.vii. Poſt Caietę quoq; nutricis ſepulturam, quo potiſſimũ nauigãs appellitur, q̃ ad eam partem per quã fluuio Tyberinus amœno in mare prorumpit, vt cõfeſtim in ipſo Italiæ limine fluuiali vnda ablutus poſſet q̃puriſſime Iouem Phry-
Æn.viii. giãq; ex ordine matrem inuocare? Quid ꝙ Euandrum aditurus per Tyberim nauigat, ꝙ eum eſſet reperturus Herculi ſacra celebrantẽ, vt ſic purificatus ſacris poſſet hoſpitalibus intereſſe? Hinc & Iuno ipſa conqueritur, non magis ꝙ Æneam contigiſſet contra ſuũ velle in Italiam peruenire, q̃ ꝙ optato potiretur Tybridis alueo, quia ſciret eũ
Ablutio in ſacris ſuperoꝶ. hoc amne purificatum poſſe ſacra etiam ſibi rite perficere: Nam ne ſupplicari quidem ſibi ab eo vellet. Nũc (quoniam purificationem ad ſacra ſuperorum pertinẽtem deorũ in Virgiliana obſeruatione mõſtrauimus) videamus vtrum etiam circa inferorũ deo-
Aſperſio in ſacris inferoꝶ. rum cultum proprietatem moris idem poeta ſeruauerit. Conſtat diis ſuperis ſacra facturum corporis ablutione purgari: Quũ vero inferis litandum eſt, ſatis actũ videtur, ſi laſperſio ſola contingit. De ſacris igitur ſuperorum ait Æneas: Donec me flumine viuo abluero. At Dido quũ ſacra diis inferis inſtituit, ait.

Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem: ·Æn.iiii.
Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.
Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.
Necnõ quũ Miſenũ ſepulturę mãdari facit,refert idẽ.Ter ſocios pura circũtulit vnda, Æn.vi.
Spargens rore leui.Sed & cũ facit Æneam apud inferos ramũ Proſerpinę conſecratu-
rum,ita refert.
Occupat Æneas aditum,corpuſq; recenti Ibidem.
Spargit aqua.

ASCEN. Talis obſeruatio &c.quia obſeruamus & aĩaduertimus ea q̃ rara ſunt, aut rarẽter cõtingũt: vt fruſtra laboret qui in euãgelio q̃d vere & ſancte dictũ obſeruet, cũ nullũ ſit aliter dictũ. Voti reus eſt qui aliquid ſub conditione vouit. damnatus voto.i.ad votũ perſoluẽdum,vbi illud aſſecutus eſt:vñ in Buco. Vt Baccho Cererię;,tibi ſic vota quotãnis Agricolę faciẽt: damnabis tu quoq; votis.i. ad vota pſoluẽda,quũ p te acceperint petita. Hanc partẽ plenius executus eſt:ex hoc liquet in hoc ope multa deſiderari. Litare eſt placato per ſacrificiũ deo,q̃d petat impetrare. Anſa eſt in vaſe id quo teneri facile põt,Gallis notũ vocabulũ: transfert aũt ad ſignificãdũ mediũ opportunũ aut occaſionẽ cuiuſlibet faciendi,loquendi,atq; tenendi,&c.

Q̃ proprie Virgilius vſus ſit verbis ad ſacra pertinentibus. Cap.II.

VErborum proprietas tam poetæ huic familiaris eſt,vt talis obſeruatio in Virgilio eſſe iam deſinat:nullis tamen magis proprie vſus eſt,q̃ ſa-
cris vel ſacrificialibus verbis.Et primum non omiſerim in quo plerią;
falluntur:Extaq; ſalſos Porriciã in fluctus: non vt quidam proiiciam, Æn.v.
exiſtimãtes dixiſſe Virgilium proiicienda exta, qui adiecit in fluctus: Porriciã
ſed non ita eſt. Nam ex diſciplina aruſpicum & ex præcepto pontifi-
cum,verbum hoc ſolenne ſacrificantibus eſt, ſicut Veranius ex.i.lib.Pictoris ita diſer-
tationem huius verbi executus eſt.Exta porriciũto diis tantũ in altaria,arãve,focũve,
eove quo exta dari debebunt.Porricere ergo,non proiicere,propriũ ſacrificii verbũ eſt. Porrice-
Et quia dixit Veranius in aram focũve,eove quo exta dari debebunt, nunc pro ara & re.
pro foco mare accipiendum eſt,quũ ſacrificium diis maris dicetur.Ait enim.
Dii quibus imperium eſt pelagi,quorum æquora curro, Æne.V.
Vobis lętus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus,extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus,& vina liquentia fundam.
Ex his docetur in mare rite potuiſſe porrici exta,non proiici.Conſtituam ante aras vo
ti reus.Hęc vox propria ſacrorum eſt,vt reus vocetur,qui ſuſcepto voto ſe numinibus Reus &
obligat:damnatus autẽ qui promiſſa vota iã ſoluit.Sed de hoc non opus eſt a me plura Dãnat⁹
proferri,quũ vir doctiſſimus Euſtathius paulo ante hanc partem plenius executus ſit. voti.
¶Eſt profundam ſcientiam huius poetæ in vno ſæpe reperire verbo,quod fortuito di-
ctum vulgus putaret. Multifariam enim legimus q; litare ſola non poſſit oratio,niſi is Litare.
qui deos precatur,etiam aram manibus apprehendat.Inde Varro diuinarum lib.v.di- Tenere
cit aras primum anſas dictas,q; eſſet neceſſarium a ſacrificantibus eas teneri. Anſis au aras.
tem teneri ſolere vaſa quis dubitet? Commutatione ergo literarum aras dici cœptas: Ara.
vt Valeſios & Fuſios dictos prius,nũc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo poeta Anſa.
executus eſt verſu.Talibus orantem dictis,araſq; tenentem Audiit omnipotens. Nõne Æn.iiii.
eo additum credideris,non quia orabat tãtum,ſed quia & aras tenebat auditum? Nec
non quum ait.Talibus orabat dictis,araſq; tenebat. Item.Tango aras,medios ignes & Æn.vi.
numina teſtor.Eandem vim nominis ex apprehenſione ſignificat.¶Idem poeta tã ſcien Æn.xii.
tia profundus, q̃ amœnus ingenio,nonnulla de veteribus verbis,quę ad proprietatem
ſacrorum nouerat pertinere,ita interpretatus eſt, vt mutato verbi ſono integer intel-
lectus maneret. Nam primo pontificii iuris libro apud Pictorem verbum hoc poſitum
eſt,vitulari.De cuius verbi ſignificatu Titius ita retulit.Vitulari eſt voce lętari.Var- Vitula-
ro etiam in lib.xv.rerum diuinarum ita refert, q; pontifex in ſacris quibuſdã vitulari ri.
ſoleat,q̃d græci παιωνίζειν vocant. Has tot interpretationis ambages q̃ paucis verbis
docta Maronis elegantia expreſſit!Lętũq; choro pęana canentes.Nam ſi vitulari eſt vo Æn.vi.
ce lętari,q̃d eſt παιωνίζειν: nonne in cantu lęti παιᾶνος enarratio verbi pfecta ſeruata?
Et vt huic vocabulo diuti⁹ immoremur:Hyllus libro quẽ de diis cõpoſuit ait, Vitulã Vitula
vocari deã,quæ lętitię pręeſt. Piſo ait vitulam victoriã nominari. Cuius rei hoc argu- dea.
mentum profert,q; poſtridie nonas Iulias re bene geſta, quum pridie populus a Tuſcis

Populi- in fugam verſus ſit, vnde Populifugia dicuntur, poſt victoriam certis ſacrificiis fiat
fugia. vitulatio. Quidam nomen eius animaduerſum putant, ꝙ potens ſit vitæ tolerādę: Ideo
Bucol. 3. huic deæ pro frugibus fieri ſacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur. Vn-
de hoc eſſe animaduertimus qđ ait Virgilius: Quum faciam vitula pro frugibus, ipſe
Vitula. venito. vt vitula dixerit pro vitulatione, qđ nomen eſſe ſacrificii ob lętitiam facti ſupe-
rius expreſſimus. Meminerimus tamen ſic legendum per ablatiuū, Quū faciam vitula
Æneas pro frugibus. i. quū faciam rem diuinam, non oue, non capra, ſed vitula: tāq̄ dicat, quū
pōtifex. vitulam pro frugibus ſacrificauero, qđ eſt, quū vitula rem diuinam fecero. Pontificem
Annales Æneam vel ex nomine referendorum laborū eius oſtendit. Pontificibus enim permiſſa
maximi. eſt poteſtas memoriam rerum geſtarum in tabulas conferendi, & hos annales appellāt
Æn. i. equidem maximos, quaſi a pontificibus maximis factos. Vnde ex perſona Æneæ ait. Et
vacet annales noſtrorum audire laborum.

De ſacro, profano, ſancto & religioſo, quid ea ſint, & q̄ diligenter eorum proprietates expreſſerit Maro.

Cap. III.

Sacrum quid. ET quia inter decreta pontificum hoc maxime quęritur, quid ſacrum, quid ſanctum, quid religioſum: quęrendum vtrum iis ſecundum definitionem ſuam Virgilius vſus ſit, & ſingulis vocabuli ſui proprietatem more ſuo ſeruauerit. ¶Sacrum eſt, vt Trebatius libro primo de religionibus refert, quicquid eſt qđ deorum habet. Huius definitionis poeta memor, vbi ſacrū nominauit, admonitionē deorum pene ſemper
Æn. iii. adiecit. Sacra Dioneæ matri diuiſꝙ ferebam. Item. Sacra Ioui ſtygio quæ rite incepta
iiii. viii. paraui. Item. Tibi enim tibi maxima Iuno Mactat ſacra ferens. Profanum omnes pene
Profanū conſentiunt id eſſe, quod extra fanaticam cauſam ſit, quaſi porro a fano & religione ſe-
cretum. Cuius ſignificatus exemplum conſequutus eſt, quū de luco & adytu inferorū
Æn. vi. ſacro vtroꝙ loqueretur. Procul o procul eſte profani Conclamat vates, totoꝙ abſiſtite
luco. Eo accedit, ꝙ Trebatius profanum id proprie dici ait, qđ ex religioſo vel ſacro in
hominū vſum proprietatēꝙ conuerſum eſt. Qđ vel apertiſſime poeta ſeruauit quū ait:
Æn. xii. Faune pcor miſerere, inquit, tuꝙ optima ferrum Terra tene, colui veſtros ſi ſemper ho-
nores, Quos contra Æneadę bello fecere profanos. Dixerat enim, Sed ſtirpem Teucri
Ibidem. nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant. Vnde oſtēdit proprie profanum eſſe, qđ ex ſacro
promiſcuū humanis actibus accommodatum eſt.

Sanctū. Sanctum eſt, vt idem Trebatius libro. x. religionum refert, interdum idem quod ſa-
crū, idemꝙ qđ religioſum, interdum aliud, hoc eſt nec ſacrū nec religioſum eſt. Qđ ad
Æn. xii. ſecundā ſpeciem pertinet: Sancta ad vos anima atꝙ iſtius neſcia culpę Deſcendam. Nō
enim ſacro aut religioſo eius anima tenebatur, quā ſanctam hoc eſt incorruptam vo-
Æn. xi. luit oſtendere, vt in illo quoꝙ: Tuꝙ o ſanctiſſima coniunx Felix morte tua. In quo ca-
Sanctę ſtitatis honorem incorruptę vxoris amplexus eſt. Vnde & ſanctæ leges, quæ non debēt
leges. pœnę ſanctione corrumpi. Quod autem ad priorem ſpeciei definitionem de ſancto at-
Æn. ii. tinet, id eſt vt non aliud ſit q̄ ſacrum aut religioſum: Ecce leuis ſummo de vertice vi-
ſus Iuli Fundere lumen apex. Et paulo poſt: Nos pauidi trepidare metu crinemꝙ fla-
grantem Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes. Hic enim ſanctos acſi ſacros
Æn. vi. accipiemus, quia diuinitus contigerunt. Item, Tuꝙ o ſanctiſſima vates Pręſcia venturi:
non aliud niſi ſacram vocat, quā videbat & vatem & deo plenam & ſacerdotem.

Gel. li. 4 Supereſt vt quid ſit religioſum cū Virgilio cōmunicemus. Seruius Sulpitius reli-
cap. ix. gionē eſſe dictam tradidit, quæ propter ſanctitatem aliquam remota ac ſepoſita a no-
Religio. bis ſit, quaſi a relinquendo dicta, vt a carendo cerimonia. Hoc Virgilius ſeruans ait.
Cerimo- Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem Relligione patrum late ſacer. Et adie-
nia. cit quo proprietatem religionis exprimeret: Vndiꝙ colles Incluſere caui, & nigra ne-
Æn. viii. mus abiete cingit: Quæ res vtiꝙ faciebat lucum a cōmunione populi ſecretū. Et vt re
lictum locum oſtenderet nō ſola adeundi difficultate, adiecit & ſanctitatē: Syluano fa-
ma eſt veteres ſacraſſe Pelaſgos Agroꝝ pecoriſꝙ deo. Secūdū Pōpeiū Feſtum, Religioſi
Geor. i. ſunt, q facięda & vitāda diſcernūt. Hic Maro ait: Riuos deducere nulla Relligio vetuit.
Deduco Qđ aūt ait deducere, nihil aliđ ē q̄ detergere. Nā feſtis dieb⁹ riuos veteres ſordidatos

detergere licet:nouos fodere nō licet.In tranſcurſu & hoc notandū eſt,qđ & ipſe velut pteriens ſub vnius verbi ſignificatione proiecit. Cauet em̄ in iure pontificio,vt qm̄ oues duab⁹ ex cauſis lauari ſolent, aut vt curetur ſcabies, aut vt purgetur lana: feſtis diebus purgandæ lanæ gratia oues lauari non liceat:liceat autem ſi curatione ſcabies abluenda ſit. Ideo hoc quoq̧ inter conceſſa numerauit: Balantumq̧ gregem fluuio merſare.Quod ſi hucuſq̧ dixiſſet,licita & vetita confunderet: ſed adiiciendo ſalubri,cauſam conceſſæ ablutionis expreſſit.

Quid Delubrum, & dii penates: in quibus Maro ſuam ſequitur diligentiam.

CAP.IIII.

Nomina etiā ſacrorū locorū ſub congrua pprietate proferre pontificalis obſeruatio eſt.Ergo delubrū quid pontifices pprie vocēt,& qualiter hoc nomine Virgilius vſus ſit requiram⁹.Varro libro.viii.rerū diuinarum,Delubrum ait alios extimare,in quo pręter ędem ſit area aſſumpta deum cauſa,vt eſt in circo Flaminio Iouis ſtatoris: alios in quo loco dei ſimulacrum dedicatum ſit.Et adiecit, Sicut locū in quo figerent candelam, candelabrū appellatū,ita in quo deum ponerent nominatum delubrū. His a Varrone pſcriptis, poſſumus intelligere id potiſſimū ab eo probatum, qđ ex ſua conſuetudine in vltimo poſuit,vt ab dei dedicato ſimulacro delubrum cœperit nūcupari.Virgilius tamē vtrāq̧ rationē diligenter eſt executus.Vt enim a poſtrema incipiamus,obſeruauit delubrū nominaturus,aut pprie deorum nomina,aut ea quæ diis accōmodarentur inſerere. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones Effugiunt.Et vt mox ſimulacrū noīaret,ſubtexuit.Sęuæq̧ petūt tritonidis arcē,Sub pedibuſq̧ deæ clypeiq̧ ſub orbe tegunt.Itē,Nos delubra deū miſeri,quib⁹ vltim⁹ eſſet Ille dies.Illam vero opinionē de area quā Varro pdixerat,nō dimiſit.Principio delubra adeunt,pacēq̧ per aras Exquirūt.Et mox,Aut ante ora deū pingues ſpatiatur ad aras.Quid em̄ eſt aliud ſpatiari q̄ ſpatio lati itineris obābulare? ob qđ adiiciēdo āte aras,oſtēdit areā aſſumptā deorū cauſa.Ita ſuo more velut aliud agēdo īplet arcana.

Delubrū quid. *Æne.ii.* *Ibidem.* *Æn.iiii.*

¶De diis quoq̧ Romanorum propriis.i.penatibus aſpſa eſt huic operi nō incurioſa ſubtilitas.Nigidius enim de diis libro.xix.requirit,num Dii penates ſint Troianorū Apollo & Neptunus, qui muros eis feciſſe dicuntur: & num eos in Italiam Æneas aduexerit.Cornelius quoq̧ Labeo libro de diis penatibus eadem exiſtimat.Hanc opinionem ſequitur Maro quū dicit.Sic fatus meritos aris mactabat honores, Taurum Neptuno,taurum tibi pulcher Apollo.Varro humanarum ſecundo,Dardanum refert deos penates ex Samothrace in Phrygiam,& Æneam ex Phrygia in Italiam detuliſſe.Qui ſint autē dii penates in libro quidē memorato Varro nō exprimit. Sed qui diligentius eruunt veritatem,penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus,per quos rationem animi poſſidemus.Eſſe autē mediū æthera Iouem,Iunonem vero imū aera cum terra,& Mineruam ſummum ætheris cacumen. Et argumēto vtuntur,q̧ Tarquinius Demarathi Corinthii filius Samothraciis religionibus myſtice imbutus,vno templo ac ſub eodem tecto,numina memorata cōiungit.Caſſius vero Hemina dicit Samothracas deos,eoſdēq̧ Romanorum penates,proprie dici θεοὺς μεγάλους. Noſter hæc ſciens ait, Cum ſociis natoq̧ penatibus & magnis diis. quod exprimit θεοὺς μεγάλους.Sed & omnia hæc nomina quum in vno de ſupradictis numinibus ſeruat,doctrinam proculdubio ſuam de hac omni opinione confirmat.Quum enim ait,Iunonis magnæ primum prece numē adora, τὴν μεγάλην nominat.Adſit letitiæ Bacchus dator & bona Iuno,τὴν χρηστήν.Dominamq̧ potentem, τὴν δυνατήν.Eodem nomine appellauit & Veſtam:quam de numero penatum, aut certe comitem eorum eſſe manifeſtum eſt, adeo vt & conſules & prætores, ſeu dictatores quum ineunt magiſtratum,Lauinii rem diuinam faciant penatibus pariter & Veſtæ. Sed & Virgilius vbi ex perſona Hectoris dixit, Sacra ſuoſq̧ tibi commendat Troia penates:mox adiecit.Sic ait,& manibus vittas Veſtamq̧ potentem Aeternūq̧ adytis effert penetralibus ignem.Addidit Higinius in libro quem de diis penatibus ſcripſit, vocari eos θεοὺς πατρώους. Nec hoc Virgilius ignoratum reliquit.Dii patrii ſeruate domum,ſeruate nepotem.Et alibi. Patriiq̧ penates.

Penates Dii. *Æne.iii.* *Æne.iii.* *Magni dei.* *Aen.iii.* *&.i.* *Iuno magna, bona, & potens.* *Veſta.* *Aene.ii.* *Ibidem.* *Dii patrii.*

Qꝫ Maro diligenter expreſſit Hoſtiarum genera:& cur Mezentium deorum dixe-
rit contemptorem. Cap.V.

NEc minus de ſacrificiorum vſu, q̃ de deorum ſcientia diligentiam ſu-
am pãdit.Quum enim Trebatius libro primo de religionibus doceat
Hoſtia-rũ gña. Hoſtiarum genera eſſe duo: Vnum in quo voluntas dei per exta diſ-
quiritur, alterum in quo ſola anima deo ſacratur (Vnde & aruſpices
animales has hoſtias vocant) Vtrunq́ hoſtiarum genus Virgilius in
carmine oſtendit. Et primo quidem illud quo voluntas numinum per
Æn.iiii. exta monſtratur.Mactat lectas de more bidentes. Et mox. Pecudumq́ recluſis Pectori-
bus inhians ſpirantia conſulit exta.Alterũ illud in quo hoſtia animalis dicitur, ꝙ eius
tantum anima ſcrutatur, oſtendit,quũ facit Entellum victorem Eryci mactare taurũ.
Æn.v. Nam vt expleret animalis hoſtiæ cauſas,ipſo vſus eſt nomine.Hãc tibi Eryx meliorem
Perſol-uo. animam pro morte Daretis.Et vt nuncupata vota ſignificaret,ait, Perſoluo:qđ de vo-
to proprie dicitur.Vtq́ oſtenderet perſolutum diis,ſignificauit,dicẽs.Sternitur exani
miſq́ tremens procumbit humi bos. Videndũ etiam,ne & illam hoſtiam oſtendat ani-
Æn.ii. malem:Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa,Quũ primum Iliacas Danai veniſtis
ad oras:Sanguine quęrẽdi reditus,animaq́ litandum Argolica. Nam & animam,id eſt
Litare. hoſtiæ nomen poſuit:& litare,quod ſignificat ſacrificio facto placare numen.

Hoſtiæ iniuges. In ipſis hoſtiis vel animalibus,vel conſultatoriis,quædam ſunt quæ hoſtiæ iniuges
vocantur.i.quæ nunq̃ domitæ,ac iugo ſubditæ ſunt.Harum quoq́ noſter poeta ſic me
Æn.vi. minit: Nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos Præſtiterit: totidem lectas de
Hoſtia eximia. more bidentes.Et vt iniuges euidentius exprimeret,adiecit.Et intacta totidem cerui-
ce iuuencas.Eximii quoq́ in ſacrificiis vocabulum,non poeticum ἐπίθετον,ſed ſacerdo
tale nomen eſt.Veratius enim in pontificalibus quæſtionibus docet,eximias dictas ho
ſtias,quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximantur e grege:vel ꝙ eximia ſpecie quaſi offerẽ-
Geor.4. dæ numinibus eligantur.Hinc ait,Quattuor eximios præſtanti corpore tauros. Vbi ꝙ
Hoſtia ambar-ualis. eximuntur,eximios:ꝙ eliguntur,pręſtanti corpore monſtrauit. Ambarualis hoſtia eſt,
vt ait Pompeius Feſtus, quæ rei diuinæ cauſa circum arua ducitur ab iis qui pro fru-
gibus faciunt.Huius ſacrificii mentionẽ in bucolicis habet,vbi de apotheoſi Daphni-
dis loquitur.Hæc tibi ſemper erunt:& quum ſolẽnia vota Reddemus nymphis:& quũ
Luſtrare luſtrabimus agros.vbi luſtrare ſignificat circuire.Hinc enim videlicet & nomen hoſtię
acquiſitum eſt,ab ambiendis aruis.Sed & in Georgic.libro primo. Terq́ nouas circum
felix eat hoſtia fruges.

Obſeruatum eſt a ſacrificantibus,vt ſi hoſtia quæ ad aras duceretur, fuiſſet vehe-
mentius reluctata,oſtẽdiſſetq́ ſe inuitam altaribus admoueri,amoueretur:quia inuito
deo offerri eam putabant.Quæ autem ſtetiſſet oblata, hanc volenti numini dari exiſti
Geor.ii. mabant.Hinc noſter:Et ductus cornu ſtabit sacer hircus ad aras. Et alibi. Et ſtatuam
Æn.ix. ante aras aurata fronte iuuencum.

Adeo aũt omnem pietatem in ſacrificiis,quę diis exhibenda ſunt,poſuit: vt propter
Mezẽtiꝰ q̃re cõtẽ-ptor de-orum. contrariam cauſam,Mezentium vocauerit cõtemptorem deorũ. Neq́ enim (vt Aſpro
videtur) ideo cõtemptor diuum dictus eſt ꝙ ſine reſpectu deorum in homines impius
fuerit.Alioqui multo magis hoc de Buſiride dixiſſet:quem longe crudeliorem,illauda
tum vocaſſe contentus eſt.Sed veram huius contumaciſſimi nominis cauſam,in.i.lib.
Æn. viii originum Catonis diligens lector inueniet. Ait enim Mezentium Rutulis imperaſſe,
vt ſibi offerrent,quas diis primitias offerebant: & Latinos omnes ſimilis imperii metu
ita vouiſſe: Iuppiter ſi tibi magis cordi eſt,nos ea tibi dare potius q̃ Mezentio, vti nos
victores facias.Ergo ꝙ diuinos honores ſibi exegerat,merito dictus eſt a Virgilio con-
Æn.xi. temptor deorum.Hinc pia illa inſultatio ſacerdotis. Hæc ſunt ſpolia & de rege ſuper-
bo.Primitiæ.vt nomine contumaciæ,cuius pœnas luit,raptas de eo notaret exuuias.

ASCEN. Profanauit.i.in fano Herculi obtulit.Cætera manifeſtaria cenſeo.

Miranda Virgilii circa ſacra tum Romana,tum externa doctrina.
Cap.VI.

MIranda eſt huius poetę & circa noſtra & circa externa ſacra,doctrina.
Neq̧ em̃ de nihilo eſt,ꝙ quũ Delon venit Aeneas,nulla ab eo cęſa eſt Æn.iii.
hoſtia:niſi quũ ꝓficiſceret, Apollini & Neptuno res diuina facta eſt.
Conſtat em̃(ſicut Cloacius Verrius ordinatorũ libro ſecũdo docet)
eſſe Deli aram,apud quã hoſtia nõ cędit:ſed tantum ſolẽni deũ prece
venerãtur.Verba Cloacii hæc ſunt. Deli ara eſt Apollinis γενέτορος, Apolli-
in qua nullũ aĩal ſacrificatur:quã Pythagorã velut inuiolatã adoraſſe produ͂t. Hanc nis are ĩ
ergo eſſe q̃ adorat̃ ab Aenea γενέτορος arã poeta demõſtrat. ſiquidẽ templũ ingreſſus Delo ho
pontifex nullo acto ſacrificio ſtatim inchoat ꝑcem. & vt genitora expreſſius nomina ſtia non
ret.Da pater augurium. At vero quũ taurũ mox immolat Apollini & Neptuno,apud cęditur.
aliã vtiq̧ aram factum intelligimus. Et bene ſupra tantũmodo patrẽ, q̄d ibi propriũ Apollo
eſt:& infra,q̄d cõmune eſt, Apollinẽ nominat. Meminit huius aræ & Cato de liberis pater.
educandis in hæc verba.Nutrix hæc oĩa faciebat in verbenis ac tubis ſine hoſtiis: vt
Deli ad Apollinis genitiui aram. Eodem verſu non omittendum puto, cur ſaxo ve- Aen.iii.
tuſto dixerit extructum templum. Velius Longus ĩmutatio eſt,inquit,epitheti,vult Tẽplum
enim dicere vetuſtatẽ tẽpli.Hunc multi alii cõmentatores ſecuti ſunt:ſed frigidũ eſt vetuſto
ædificii ætatem notare.Epaphus autẽ vir plurimæ lectionis,lib.xvii.ait,Delphis quo ſaxo ex-
dam tempore eueniſſe,vt templũ religioſum antea & intactum,ſpoliatum inceſumq̧ tructũ.
ſit,& adiicit,multas circa Corinthum vrbes inſulaſq̧ proximas terræ motu hauſtas,
Delon neq̧ antea neq̧ poſtea hoc incõmodo vexatam, ſed ſemper eodẽ manere ſaxo. Delos
Thucydides etiã hiſtoriarũ lib.iii.idem docet.Non mirũ ergo ſi ꝑſidio religiõis tutã terræ
inſulã ſemp oſtẽdens,& reuerentiã ſibi locorũ acceſſiſſe dicit,cõtinuã ſaxi eiuſdem.i. motus
inſulæ firmitatem. Vt ſeruauit Apollinis genitoris ꝓprietatem patrem vocando: expers.

Idem curauit Herculem vocando victorem.Hæc,inquit,limina victor Alcides ſubiit. Hercu-
Varro diuinarũ lib.iiii.Victorẽ Herculẽ putat dictum,ꝙ omne animaliũ genus vicerit. les victor
Romæ aũt victoris Herculis ędes duæ ſunt,vna ad portã trigeminã, altera in foro boa- Æn.viii.
rio.Huius cõmenti cauſam Maſſurius Albinus memorabilium lib.i.aliter exponit.M.in Octauiꝰ
quit Octauius Herẽnius prima adoleſcentia tibicen, poſtq̃ arti ſuæ diffiſus eſt, inſtituit Herẽniꝰ
mercaturã:& bene re geſta,decimã Herculi ꝓfanauit.Poſtea quũ nauigans hoc idem age Profana
ret,a ꝑdonibus circũuentus fortiſſime pugnauit,& victor receſſit. Hunc in ſomniis Her uit.
cules docuit ſua opera ſeruatũ. Cui Octauius impetrato a magiſtratibꝰ loco ędem ſacra
uit,& ſignum,Victoremq̧ inciſis literis appellauit.Dedit ergo epitheton deo,quo & ar-
gumentum veterũ victoriarũ Herculis,& cõmemoratio nouę hiſtorię quę recẽti Roma
no ſacro cauſam dedit,contineretur. Nec fruſtra in eodẽ loco dixit.Et domus Hercu- Æn.viii.
lei cuſtos Pinaria ſacri.Quidam em̃ aram maximã quũ vicino flagraret incendio,libera-
tam a Pinariis ferunt: & ideo ſacri cuſtodem domũ Pinariã dixiſſe Virgilium κατὰ δια- Pinarii.
σολὼ inquit Potitiorũ,qui ab Appio Claudio præmio corrupti ſacra ſeruis publicis pro Potitii.
diderunt.Sed Veratius pontificalis in eo libro quem fecit de ſupplicationibus,ita ait.Pi
nariis qui nouiſſimi comeſo prandio veniſſent,quũ iam manus pranſores lauarent,ꝑce-
piſſe Herculem ne quid poſtea ipſi, aut ꝓgenies ipſorum ex decima guſtarent ſacranda
ſibi,ſed miniſtrandi tantũmodo cauſa,non ad epulas conuenirent. Quaſi miniſtros ergo
ſacri cuſtodes vocari,vt ipſe Virgilius alibi, At triuię cuſtos iãdudũ in montibus Opis Cuſtos.
.i.miniſtra. Niſi forte cuſtodem dixit eam, quę ſe prohibuerit & continuerit a ſacris, vt Æne. xi.
ipſe alibi.Et cuſtos furum atq̧ auium cum falce ſaligna Helleſpõtiaci ſeruet tutela Pria Geor.4.
pi.Hic vtiq̧ cuſtodem prohibitorem auiũ furũq̧ ſignificat.Hæc vbi dicta,dapes iubet & Æn.viii.
ſublata reponi Pocula,gramineoq̧ viros locat ipſe ſedili. Non vacat q̄d dixit ſedili. Nã Hercu-
propria obſeruatio eſt,Herculis ſacris epulari ſedentes.Et Cornel.Balbus ἐξηγητικῶν libr. lis ſacris
xviii.ita ait.Apud Aram maximã obſeruatum,ne lectiſternium fiat.Cuſtodit̃ in eodẽ lo epulant̃
co,vt omnes aperto capite ſacra faciant. Hoc fit,ne quis in ęde dei habitum eius imite- ſedentes
tur.Nam ibi operto ipſe capite eſt.Varro ait græcum hunc eſſe morẽ:quia ſiue ipſe ſiue
ab eo relicti,qui aram maximã ſtatuerũt,gręco ritu ſacrificauerũt.Hoc amplius addidit
Caius Baſſus.Idcirco em̃ hoc fieri dicit,quia ara maxima ante aduẽtũ Æneę in Italia cõ
ſtituta eſt,qui hunc ritum velandi capitis inuenit.

ASCEN.Tranſmittuntur,ſine attentione legũtur,ſicut cibaria a voracibus minus illis profutura.Obſeruã-
tiam,receptius obſeruationem dixiſſet.

Multa negligenter in Virgilio a pluribus tranſmiſſa nõ carere ſenſu profundo. Et homines ſacros cur occidere licuerit. CAP. VII.

Trãſmitti. Virg. lo. Aries indutus ĩſolito colore portẽdit imperatori felicitatem.

EA quoqꝫ quę incurioſe tranſmittunẽ a legentium plebe, non carent ꝑfunditate. Nam quũ loquereẽ de filio Pollionis, id qđ ad principẽ ſuũ ſpectaret adiecit. Ipſe ſed in pratis Aries iam ſuaue rubẽti Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Tradiẽ aũt in libro Hetruſcorũ, ſi hoc animal inſolito colore fuerit indutũ, portẽdi imperatori rerũ omniũ felicitatem. Eſt ſup hoc liber Tarquinii tranſcriptus ex oſtentario Tuſco, ibi reperitur. Purpureo, aureove colore ouis arieſve ſi aſpergetur, principi ordinis & generis ſumma cum felicitate largitatem auget, genus progeniemqꝫ propagat in claritate, lætioremqꝫ efficit. Huiuſmodi igitur ſtatum imperatori in tranſitu vaticinatur.

Æneí. x. Sacrum quid. obſeruãtia. Hominẽ ſacrum cur occidere liceat.

Verbis etiam ſingulis de ritu ſacro q̃ ex alto petita ſignificet, vel hinc licebit aduertere. Iniecere manũ parcę, teliſqꝫ ſacrarunt Euandri. Nam quicquid deſtinatum eſt diis, ſacrum vocatur. Peruenire autem ad eos nõ poteſt, niſi libera ab onere corporis fuerit anima, quod niſi morte fieri nõ poteſt. Ita ergo opportune ſacrum Haleſum facit, quia erat oppetiturus. Et hic proprietatẽ & humani & diuini iuris executus eſt. Nam ex manus iniectione pene mancipiũ deſignauit, & ſacrationis vocabulo obſeruantiã diuini iuris impleuit. Hoc loco non alienũ videtur, de conditione eorũ hominũ referre, quos leges ſacros eſſe certis diis iubent: quia non ignoro quibuſdã mirũ videri, ꝙ quũ cætera ſacra violari nefas ſit, hominẽ ſacrũ ius fuerit occidi. Cuius rei cauſa hęc eſt. Veteres nullum animal ſacrũ in finibus ſuis eſſe patiebanẽ, ſed abigebãt ad fines deorũ, qbus ſacrũ eſſet. Animas vero ſacratorum hominũ, quos ζωάνας græci vocant, diis debitas exiſtimabant. Quẽadmodũ igitur qđ ſacrũ ad deos ipſos mitti non poterat, a ſe tamẽ dimittere nõ dubitant: ſic animas quas ſacras in cęlum mitti poſſe arbitrati ſunt, viduatas corpore q̃primum illo ire voluerunt. Diſputat de hoc more etiam Trebatius religionũ lib. ix. Cuius exemplum ne ſim prolixus omiſi. Cui cordi eſt legere, ſatis habeat, & authorem & voluminis ordinem eſſe monſtratum.

ASCEN. Conſtat ἀφροδίτην Venerem dici ꝙ e ſpuma ſit nata. hic aũt ἀφρόδιτον legunt: quod ſi recte ſcriptum doceant, neſcio quid ad rem faciat. putem ſuppoſititiã eſſe vocẽ: ſcribendumqꝫ ἀνδρόγυνον. i. ſemiuirum, vel vtrũqꝫ ſexum habẽtem: q & Hermaphroditos dicitur: ſed Veneri non congruit: Dicitur enim e Mercurio & Venere genitus, & vtriuſqꝫ ſexum habere. ſed Venus quomodo e Venere genita? Mutata parte: Veriorem lectionem nonnulli cenſent, mutilata: qa dempta ſ litera.

Quę male enunciando corrumpantur apud Maronẽ: apud quẽ nec ea ratione careant quę fortuita eſſe videntur: & de aliis quibuſdam. CAP. VIII.

Æneí. ii. † Diſcedo. Venus mas & fœmina. Aphroditon.

NOnnullorũ quę ſcientiſſime prolata ſunt, male enunciando corrũpim⁹ dignitatẽ. vt quidã legunt, † Deſcẽdo, ac ducẽte dea flãmã inter & hoſtes Expedior. quũ ille doctiſſime dixerit, Ducente deo, nõ dea. Nam & apud Caluũ Acterianus affirmat legendũ, Pollenteqꝫ deũ Venerẽ, non deam. Signũ etiam huius eſt Cypri barbatũ corpore, ſed veſte muliebri, cũ ſceptro ac ſtatura viri. Et putant eandẽ marẽ ac fœminã eſſe. Ariſtophanes eam ἀφρόδιτον appellat. Leuinus etiam ſic ait. Venerẽ igitur almũ adorans ſiue fœmina ſiue mas eſt: ita vti alma noctiluca eſt. Philochorus quoqꝫ in Atthide, eandẽ affirmat eſſe lunam: & ei ſacrificium facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili, ꝙ eadem & mas exiſtimatur & fœmina.

Æneí. v. Aues ſtellis litãdę

Hoc quoqꝫ de prudentia religionis a Virgilio dictum eſt. Decidit exanimis, vitãqꝫ reliquit in aſtris Aereis. Higinus eñ de proprietatibus deorum, quũ de aſtris ac ſtellis loqueretur, ait oportere his volucres immolari. Docte ergo Virgilius dixit apud ea numina animã volucris remanſiſſe, quibus ad litandum data eſt.

Æne. xi. Camilla Camill⁹ Ibidem.

Nec nomẽ apud ſe qđ fortuitum eſſe poterat, vacare permittit: Matriſqꝫ vocauit Nomine Caſmillę mutata parte Camillã. Nã Statius Tullianus de vocabulis rerum lib. i. ait dixiſſe Callimachũ, Tuſcos Camillum appellare Mercuriũ: quo vocabulo ſignificant prę miniſtrum deorum. Vnde Virgilius ait Metabum Camillam appellaſſe filiam, Dianæ ſcilicet pręminiſtram. Nam & Pacuuius, quũ de Medęa loqueretur, Cœlitum camilla expectata aduenis, ſalue hoſpita. Romani quoqꝫ pueros puellaſve nobiles & inueſtes Camillos & Camillas appellant, flaminicarũ & flaminum pręminiſtros.

Hanc quoqꝫ obſeruationē eiꝰ nō cōuenit ꝓterire.Mos erat(inqt)heſperio in Latio,quē ꝓtinus vrbes Albanę coluere ſacrū,nūc maxima rerū Roma colit.Varro de moribꝰ,Morē eſſe dicit in iudicio animi,quē ſeq debeat cōſuetudo. Iulius Feſtꝰ de verboꝝ ſignificationibus lib.xiii.Mos eſt,inqt,inſtitutū patriū,ꝑtinēs ad religiones ceremoniaſqꝫ maiorū. Ergo Virg.vtrūqꝫ auctorē ſecutꝰ,& primo qdē Varronē: qm̄ ille dixerat morē ꝓcedere, ſequi cōſuetudinem, poſtq̄ dixit mos erat,ſubiūxit, quem protinꝰ vrbes Albanæ coluere,& nūc maxima rerū Roma colit.quo ꝑſeuerātiā cōſuetudinis mōſtrat.Et qm̄ Feſtꝰ ꝑtinere ad ceremonias ait,hoc idē docuit Maro,adiiciēdo ſacrū:Quē ꝓtinꝰ vrbes Albanę coluere ſacrū.Mos ergo ꝓceſſit,& cultꝰ moris ſecutꝰ eſt,qđ eſt cōſuetudo:& hic deffinitionē Varronis īpleuit.Adiiciēdo deinde ſacrū,oſtēdit morē ceremoniis dicatū,qđ Feſtus aſſeruit.Idē ſeruauit & in.xii.lib.cū ait.Morē rituſqꝫ ſacroꝝ Adiiciā.in quo oſtēdit aperte morē eſſe ritus ſacrorū.Sed hiſtorię quoqꝫ fidē in his verſibꝰ ſecutꝰ eſt: Mos erat heſperio in Latio,& reliqua.Seruauit eīm regnorū ſucceſſionē:Quippe primi regnauerūt latini,inde Albani,& inde Romani.Ideo mos erat primum dixit heſperio in Latio,& poſtea, quē ꝓtinus vrbes Albanę coluere ſacrū:deinde ſubiecit,Nūc maxīa rerū Roma colit.

Æn.vii. Mos. Cōſuetudo.

ASCEN.Vt vrbis proprium nomen ignotū nomē cēſet Macrobiꝰ, ita & tutelaris eiꝰ dei Virgiliꝰ:cuiꝰ verba Aene.viii.miror huc non citata:ſunt aūt hęc de capitolij, & tarpeię arcis loco Euādri apud eū verba: Hoc nemus,hūc,inqt,frondoſo vertice collē(Quis deꝰ incertū eſt)habitatꝰ deꝰ:arcades ipſum Credūt ſe vidiſſe Iouē &c.

De carmine quo euocari ſolebant dii tutelares,& aut vrbes aut exercitus deuoueri. CAP.IX.

EXceſſere oēs adytis ariſqꝫ relictis Dii qbꝰ imperiū hoc ſteterat.Et de vetuſtiſſimo Romanorū more, & de occultiſſimis ſacris vox iſta ꝓlata eſt.Cōſtat eīm oēs vrbes ī alicuiꝰ dei eē tutela, moreqꝫ Romanorū arcanū & multis ignotum fuiſſe: vt quū obſiderēt vrbē hoſtiū, eāqꝫ iā capi poſſe cōfiderēt,certo carmine euocarēt tutelares deos,qꝫ aut aliter vrbē capi poſſe nō crederēt,aut etiā ſi poſſet,nefas exiſtimarēt deos habere captiuos.Nā ꝓpterea ipſi Romani & deū in cuius tutela vrbs Roma eſt, & ipſius vrbis latinū nomē ignotū eſſe voluerūt.Sed dei quidē nomen nonnullis antiquorū,licet inter ſe diſſidentiū libris inſitū,& ideo vetuſtas ꝑſequētibꝰ qcquid de hoc putat innotuit.Alii eīm Iouē crediderūt,alii lunā:ſunt q Angeronā, quę digito ad os admoto ſilētiū denūciat.Alii aūt,quorū mihi fides videt firmior,Opē Cōſiuiā eſſe dixerūt.Ipſius vero Vrbis nomē etiā doctiſſimis ignoratū eſt,cauētibus Romanis,ne qđ ſępe aduerſus vrbes hoſtiū feciſſe ſe nouerāt,idē ipſi quoqꝫ hoſtili euocatione paterētur,ſi tutelę ſuę nomē diuulgaret.Sed videndū ne qđ nonnulli male exiſtimauerunt,nos quoqꝫ confundat:opinātes vno carmine & euocari ex vrbe aliqua deos, & ipſam deuotā fieri ciuitatē.Nā repperi in lib.v.rerū reconditarū Sāmonici Sereni vtrūqꝫ carmē,qđ ille ſe ī cuiuſdā Furii vetuſtiſſimo libro reperiſſe ꝓfeſſus eſt.Eſt aūt carmē hmōi,quo dii euocant,quū oppugnatione ciuitas cingit.Si deus,ſi dea eſt,cui populus ciuitaſqꝫ Carthaginenſis eſt in tutela,teqꝫ maxime ille,q vrbis huius populiqꝫ tutelā recepiſti:p̄cor,venerorqꝫ,veniāqꝫ a vobis peto:vt vos populū ciuitatēqꝫ Carthaginēſiū deſeratis:loca,tēpla,ſacra vrbēqꝫ eorū relinquatis,abſqꝫ his abeatis:eiqꝫ populo ciuitatiqꝫ metū,formidinē,obliuionē iniiciatis:ꝓditiqꝫ Romā ad me meoſqꝫ veniatis:noſtraqꝫ vobis loca,templa,ſacra,vrbs acceptior,probatiorqꝫ ſit:mihi quoqꝫ populoqꝫ Romano militibuſqꝫ meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus intelligamuſqꝫ.Si ita feceritis,voueo vobis tēpla ludoſqꝫ facturū. In eadē verba hoſtias fieri oportet,auctoritatēqꝫ videri extorum,vt ea ꝓmittant futura.Vrbes vero exercituſqꝫ ſic deuouent,iā numinibus euocatis.Sed dictatores imperatoreſqꝫ ſoli poſſūt deuouere his verſibus.Dis pater ſiue Iouis manes,ſiue quo alio noīe fas eſt noīare:vt oēs illā vrbē Carthaginē exercitūqꝫ,quē ego me ſentio dicere,fuga,formidine,terrore cōpleatis:quiqꝫ aduerſus legiones exercitūqꝫ noſtrū arma telaqꝫ ferent,vti vos eos exercitꝰ,eos hoſtes,eoſqꝫ hoīes, vrbes agroſqꝫ eoꝝ, & q in his locis regionibuſqꝫ agris vrbibuſqꝫ habitant,abducatis,lumine ſupero priuetis:exercitūqꝫ hoſtiū,vrbes agroſqꝫ eoꝝ,quos me ſentio dicere,vti vos eas vrbes agroſqꝫ,capita ętateſqꝫ eorū deuotas cōſecrataſqꝫ habeatis,illis legibus,qbus qn̄qꝫ ſunt maxime hoſtes deuoti:eoſqꝫ ego vicarios ꝓ me fide magiſtratuqꝫ meo,& ꝓ populo Romano exercitibꝰ legionibuſqꝫ noſtris do,deuoueo:vt me meāqꝫ fidē imperiūqꝫ legiones exercitūqꝫ noſtrū,q in his rebꝰ gerundis ſunt,bene ſaluos ſinatis

Æneī.ii. Deorum euocatio. Deus tutelaris Romæ. Angerona. Ro.nomē proprium ignotū. Euocatiōis deorū carmē. Deuotionis vrbiū & exercituū verba.

eſſe. Si hæc ita faxitis, vt ego ſciam, ſentiam, intelligã: tũc quiſqs votũ hoc faxit, vbi faxit recte factum eſto: ouibus atris tribus, Tellus mater, teq; Iuppiter obteſtor. Quũ tellurem dicit, manibus terrã tangit: quũ Iouem dicit, manus ad cælũ tollit: quũ votum recipere dicit, manibus pectus tangit. In antiquitatibus aũt hæc oppida inueni deuota: Stonios, Fregellas, Gabios, Veios, Fidenas: Hęc intra Italiam. Pręterea Carthaginẽ, & Corinthũ: ſed & multos exercitus oppidaq; hoſtium Gallorũ, Hiſpanorũ, Afrorum, Maurorũ, aliarũq; gentiũ, quas priſci loquunt annales. Hinc eſt ergo, q; propter eiuſmodi euocationem numinũ diſceſſioneq;, ait Virgilius. Exceſſere oẽs adytis ariſq; relictis Dii. Et vt tutelares aſſignaret adiecit: quibus imperiũ hoc ſteterat. Vtq; pręter euocationem etiam vim deuotionis oſtenderet, in qua pręcipue Iuppiter (vt diximus) inuocatur, ait. Ferus oĩa Iuppiter Argos Tranſtulit. Videtur ne vobis probatum, ſine diuini & humani iuris ſciẽtia, non poſſe profunditatem Maronis intelligi?

Ciuitates & copię deuotę a Pop. Roma.

ASCEN. Et nos inquit manũ. Alludit ad illud Iuuenalis ſatyr. j. Et nos ergo manũ ferulę ſubduximus, & nos Cõſilium dedimus Syllę priuat⁹ vt altũ Dormiat. qbus verbis Iuuenalis innuit ſe in Grãmaticorũ & Rhetorũ ludis eruditũ poſſe ſaltẽ ſatyrã ſcribere: & hic Euangelus ſe de ſacrorũ ritib⁹ eruditũ poſſe de illis diſputare.

Cur Ioui Virgilius immolari taurum fecerit, & quibus diis tauri immolari ſoleant. Cap. X.

Hic quũ omnes concordi teſtimonio, doctrinã & poetæ & narrantis ęquarent, exclamauit Euãgelus, diu ſe ſuccubuiſſe patientiæ, nec vltra diſſimulandum, quin in medium detegat inſcientię Virgilianę vulnera. Et nos, inquit, manũ ferulę aliquando ſubduximus, & nos cepimus pontificii iuris auditũ: & ex iis quæ nota ſunt nobis, Maronẽ huius diſciplinã iuris neſciſſe conſtabit. Quando enim diceret, Cœlicolum regi mactabã in littore taurũ, ſi ſciret taurũ immolari huic deo vetitum? aut ſi didiciſſet qđ Atteius Capito cõphendit? Cuius verba ex libro primo de iure ſacrificiorũ hęc ſunt. Itaq; Ioui, tauro, verre, ariete ĩmolari nõ licet. Labeo vero. lx. & . viii. libro ĩtulit, niſi Neptuno Apollini & Marti taurũ nõ ĩmolari. Ecce põtifex tuus, qd apud quas aras mactet ignorat: quũ vel ędituis hęc nota ſint, & veterũ nõ tacuerit induſtria. Ad hęc Pretextatus renidens: Quibus deorũ immolet tauro, ſi vis cũ Virgilio cõmunicare, ipſe te docebit: Taurũ Neptuno, taurũ tibi pulcher Apollo. Vides in opere poetæ verba Labeonis. Igit vt hoc docte, ita illud argute. Nã oſtẽdit deo nõ litatũ, ideo ſecutũ Horrẽdũ dictu & viſu mirabile mõſtrũ. Ergo reſpiciẽs ad futura, hoſtiã contrariã fecit. Sed & nouerat hũc errorẽ non eſſe inexpiabilẽ. Atteius. n. Capito, quẽ in acie cõtra Maronẽ locaſti, adiecit hęc verba. Si quis forte Ioui tauro fecerit, piaculũ dato. Cõmittitur ergo res nõ quidẽ impiãda, inſolita tamen. Et cõmittitur nõ ignorãtia, ſed vt monſtro locum faceret ſecuturo.

Æn. iii.

Taur⁹ qbus diis ĩmolat.

Æn. iii.

ASCEN. Ara Chriſtianis in ea cõuiuiũ ſaluificũ celebrantibus mẽſę loco haberi rite poteſt: nec mulſũ vini, quũ ipſum non liceat conſecrare, ſed vinum tm̃, licet aqua tenui dilutum.

Mulſo Cereri, q̃uis non vino libari poſſe, & in Menſam loco arę. CAP. XI.

Georg. i.

Cereri vino nõ libatur.

Subiecit Euãgelus. Si euentu excuſant illicita: dic q̃ſo, qđ erat mõſtrum ſecuturũ, quũ Cereri libari vino iuberet, qđ oĩbus ſacris vetat: Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho? Vinũ aũt Cereri non libari, debuit illũ vel Plautus docere, q in Aulularia ait, Cererin mi Strobile hi ſunt facturi nuptias? Qui? qa temeti nihil allatũ intelligo. At hic veſter flamẽ & põtifex oĩa, tã qd ĩmolet, q̃ qd libet, ignorat. Et ne nõ vbiq; in libando pari errore ſit deui⁹, in octauo ait, In menſam lęti libãt, diuoſq; p̃cant: quũ nõ in mẽſã, ſed in arã ſecũdũ morẽ libare debuerint. Vt prius tibi (Pretextat⁹ inqt) de poſteriore q̃ſtione reſpõdeã, fateor te nõ immerito de vſurpata in mẽſam libatiõe quęſiſſe: ampliuſq; ſpeciem difficultatis auxeras, ſi magis Didonẽ in menſa ſimiliter libãtem notaſſes. Dixit, & in menſa laticum libauit honorem. Nam & Pub. Tertius quũ de ritu ſacrorum multa diſſereret, ait ſibi hunc locum in quęſtionẽ venire, nec tamẽ hęſitationem ſuam requiſita ratione diſſoluit. Ego aũt quid mihi magiſtra lectione cõpertũ eſt, publicabo. In Papyria no eni iure euidenter relatũ eſt, Arę vicẽ pręſtare poſſe mẽſam dicatã: vt in templo inqt Iunonis populonę auguſtata mẽſa eſt. Nãq; ĩ fanis alia vaſorũ ſunt & ſacrę ſupellectilis, alia ornamẽtorũ. Quæ vaſorum ſunt, inſtrumẽti inſtar habent, quib⁹ ſemp ſacrificia cõficiuntur: Quarũ rerũ principẽ locũ obtinet menſa, in qua epulæ libationeſq;, & ſtipes

Æneid. i.

Mẽſa dicata aræ vicẽ præſtat.

reponũtur.Ornamenta vero ſunt clypei,coronæ,& huiuſcemodi donaria.Neq; enim do-
naria dedicantur eo tempore,quo delubra ſacrantur. At vero menſa arulæq; eodem die
quo ędes ipſę dedicari ſolent.Vnde mẽſa hoc ritu dedicata in tẽplo, arę vſum & religio
nem obtinet puluinaris.Ergo apud Euandrũ quidẽ fit iuſta libatio:quippe apud eã men
ſam quæ cũ ara maxima more vtiq; religionis fuerat dedicata,& in loco ſacrato,& inter
ipſa ſacra in quibus epulabanť.In conuiuio vero Didonis,qđ tantũ regiũ conſtat,nõ etiã Didus
ſacrũ fuiſſe,apud humanã mẽſam in triclinio,nõ in tẽplo,qa nõ erat religioſa,ſed vſurpa libatio.
ta libatio,ſolã fecit libaſſe reginã:in cui⁹ pſona nulla obſeruationis neceſſitas, & multa
ad vſurpandũ in poteſtate pmiſſio.At vero hic oẽs in mẽſa lęti libant,diuoſq; precãtur:
qa qđ recte fieri nouerat,ab oĩb⁹ ſimul in tẽplo epulãtibus,& vni ſacratę aſſidẽtib⁹ men-
ſę factũ eſſe memorauit.De illo aũt verſu:Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho: pau-
cis ꝙ Maro accuſatur abſoluã.Poeta eñ ęque in reb⁹ doctrinę,& in verbis ſectator elegã Mulſo
tię,ſciẽs Cereri mulſo libari,adiecit, miti baccho fauos dilue, ſcilicet miteſcere vinũ di- Cereri li
cens,quũ mulſum cœperit fieri.Nã mite hic vinũ ita dixit,vt alibi ait domitũ : Et durũ tari.
bacchi domitura ſaporem. Notũ autem eſſe nõ diffitebere,ꝙ ad diẽ duodecimã Calen-
das Ianuarias Herculi & Cereri faciunt ſue prægnante,panibus,mulſo.

ASCEN.Gemino errore cõmiſit.i.peccauit:eſtq; elegãtius q̃ ſi dicas geminũ errorem. Salij,vt ſæpe diximus Salij.
ſacerdotes erant martis,& vt hic probať,etiã Herculis,qa pro eodẽ deo idẽ eſt habitus:a ſaliendo dicti ꝙ ancilia
.i.breuia & circũciſa ſcuta facta inſtar illius qđ de cælo delapſum credebãt,ſaltando ferebant:eorum aũt antiſtes
præſul dictus eſt:qđ nomẽ ſummo martis ſacerdoti attributũ eſt.in oĩ tñ ſaltatione q choreã ducebat,pſultor di Pręſul.
ctus eſt:vnde apud Liuiũ Iuppiter in ludis ſibi celebratis pſultorẽ diſplicuiſſe dixit. Eſtq; pſultor ab effectu & of Pręſultor.
ficio dictus,vt ductor,cũ pręſul & dux ſint etiã dignitatis.Mira aũt verſutia ad decipiẽdos mortaliũ aĩos ad tri
pudia propenſos dęmones ſibi ludos & ſaltationes cordi eſſe ſimulabãt,vnde euocãs dicebat ſe illis tẽpla & ludos
facturum:quem errorem multo ante incuſſerãt Iſraelitis circa vitulum conflatilẽ ex inauribus.

Herculi cur Salios aſſignarit Virgilius,& cur eos populeis ramis coronatos induxerit. CAP.XII.

OPportune mehercule Prætextate feciſti Herculis mentionẽ:In cuius ſa
cra hic veſter gemino errore commiſit.
Tum ſalii ad cantus incenſa altaria circum Æn.viii.
Populeis adſunt euincti tempora ramis.
Nã & ſalios Herculi dedit,quos tantũ Marti dicauit antiquitas:& po
puleas coronas nominat,quũ ad arã maximã ſola lauro capita , & alia
frõde non vinciãt.Videmus & in capite prætoris vrbani laureã coronã, quũ rem diui-
nam Herculi facit.Teſtať etiam Terẽtius Varro in ea Satyra,quæ inſcribitur περὶ κεραυ
νοῦ,maiores ſolitos decimã Herculi vouere:Nec decẽ dies intermittere,quin pollucerent
populum ad ἀσύμβολον,cum corona laurea dimitterẽt cubitũ. Hiccine eſt (Vectius ait)
error geminus? At ego in neutro dico erraſſe Virgiliũ. Nã vt primũ de frõdis genere di
camus,conſtat quidẽ nũc lauro ſacrificantes apud arã maximã coronari.Sed multo poſt
Romã conditam hęc conſuetudo ſumpſit exordium,poſtq̃ in auẽtino lauretũ cœpit vi-
rere:quã rẽ docet Varro humanatũ lib.ii.E monte ergo proximo decerpta laurus ſume
batur operãtibus,quã vicina offerebat occaſio.Vnde recte Maro noſter ad tempora reſpe
xit,quibus Euander ante vrbẽ conditã,apud arã maximã ſacra celebrat,& vtebať popu- Populus
lo vtiq; Alcidę gratiſſima.Salios aũt Herculi ꝑpter vbertatẽ doctrinæ altioris aſſignat: arbor.
quia is deus & apud pontifices idẽ qui & Mars habetur.Et ſane ita Menippea Varronis Salii
affirmat,quæ inſcribitur ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς:qua quũ de Hercule multa loquereť, eũdẽ Hercul.
eſſe ac Martẽ ꝓbauit.Chaldęi quoq; ſtellã Herculis vocant, quã reliq omnes Martis ap- Hercu-
pellant.Eſt pterea Octauii Herſenii liber,q inſcribiť de ſacris ſaliarib⁹ Tyburtiũ,in quo les idẽ &
ſalios Herculi inſtitutos operari dieb⁹ certis & auſpicato docet.Item Antonius Enipho Mars.
vir doctus,cuius ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat,Salios Herculi datos ꝓ
bat in eo volumine,quo diſputat quid ſit feneſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacra Feneſtra
rio:quo verbo Ennius etiam vſus eſt.Idoneis (vt credo) auctoribus certiſq; rationibus
error qui putabatur vterq; defenſus eſt.Siqua ſunt alia quę nos cõmouẽt,in medium ꝓ
feramus:vt ipſa collatio noſtrum,non Maronis,abſoluat errorem. Æn.iiii.

Tunc Euangelus:Nunq̃ ne tibi Prætextate venit in mentem,toto vt aiunt cęlo erraſ
ſe Virgilium,quum Dido ſuam rem diuinã pro nuptiis faceret?Mactat enim,inquit,le-
ctas de more bidẽtes Legiferę Cereri Phœbo patriq; Lyæo. Et quaſi expergefactus adie-
cit,Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ.

VESALIENSIS.

Et hic multa deeſſe verba, quis tam ſtupidus vt non vel ſine admonitione omni animaduertat? Nam
neq; reſpondetur ad quæſtionem ab Euangelo propoſitam: neq; ſequentia vlla ratione cum ijs quæ præcedunt
cohærent. Nobis apparet loci continentiam habuiſſe hoc modo. In bibliotheca (vt ex fine primi libri intelligere
licet) oſtenſum iam erat q̃ peritus iuris pontificij eſſet Virgilius: Quare cum cœnę tempus ſermonem de Virgi
lio interrumperet, dilatus eſt ſermo hic in diem ſequentem: atq; interim inter cœnãdum hilariora quędam tra
ctata: queãdmodũ & in ſecundo libro factũ videmus. Quantũ itaq; ſuſpicari licet, ort⁹ inter cœnandũ ſermo fuit
de luxu: Vbi quũ Horus ſui ſeculi luxuriam nimiã reprehenderet, Cecinna ita ei reſpondet vt oſtendat antiqui
tati maiorem deliciarum curam fuiſſe q̃ ſeculo ſuo. Hori verba oĩa deſiderant: nec Cecinnę reſpõſio plena adeſt.
ASCEN. Deſiderari multa in hoc authore nunq̃ ignorauimus: verum hoc mihi perpetuum hactenus fuit in-
ſtitutum, vt ea quæ emendare aut ſupplere certo neſcirẽ, vt a maioribus impreſſa inuenerim imprimerem. cũ
itaq; Macrobium non negligenter apud Venetos impreſſum haberem, eorum exemplar per omnia fere ſecutus
ſum: nunc quũ maiori diligentia & capita diſtincta, & argumenta præpoſita, & deſiderata præmonita in germa
nico exemplari conſpicerẽ, id quoq; germanię ſecutus ſum, retentis ſine liuore bene emendatis, & repoſitis ſine
ſuperbia, quæ adhuc emendanda viſa ſunt: additis nonnullis ſaneq̃ leuiculis ſcholijs, qualia & huic capiti qui nõ
aſpernabit legere, vel nunc addita conſpexerit. Ad quęſtionem itaq; quia reſpõſio deſideratur, potuit Prętextat⁹
Reſponſio ad Euãgeli obiecta. reſpondiſſe, ſicut ad primã Euangeli obiectionẽ: ideo errantẽ in ſacrificando inductam, vt ſignificetur Dido ſibi
infelices conciliaſſe nuptias: aut Seruius qui adeſſe fingitur, vt reſpondet in cõmentarijs in dictum locum dicẽs.
Legiferę Cereri, quę leges dicit inueniſſe, quia ante inuentũ a Cerere frumentũ homines paſſim ſine legibus va-
gabant. Phœbo qui pręeſt auſpicijs, quibus vrbes reguntur. Patriq; Lyęo, qa vrbibus aptę libertatis eſt de⁹. Sa
crificabat ergo primo dijs qui vrbibus pręſunt quaſi nuptura pro vtilitate reip. Deinde Iunoni cui vincla iuga
lia curę. Eſt etiam ſenſus altior. Nã facturi aliq̃d ante aduerſos placamus, vt Nigrã hyemi pecudẽ, Zephyris fe
licibus albã. Ergo nuptura placat prius Cererẽ, quæ ꝑpter raptũ Proſerpinę nuptias execratur, Apollinem qui
expers vxoris eſt, & Liberũ qui niſi raptaꝫ coniugem habere nõ potuit &c. Continuationẽ aũt ſermonis duplici
filo conficere poſſumus, vel quo Veſalienſis, vel vt finita reſpõſione qualẽ iã tetigimus, aut ſimili, puer a triclinio
nũciauerit paratã cœnã, ad quã vt ſe recepiſſent, Horus dur⁹ philoſophus, viſo cœnæ luxu, ſtatim in regẽ iuect⁹,
laudata priſcorũ frugalitate, præſentẽ luxũ acerbe taxarit: in cuius purgationẽ cũ Cecinna quędã nõ extantia di
Librorum mutiloruꝫ cauſæ. xiſſet, ea quę proxime ſequent ſubiunxit. Propter pluſculas aũt rationes conijcio pluſculos veterũ mutilos: qua
rũ prima eſt, pœnuria materiæ in qua ſcribebant, ſiue mẽbranę, ſeu libri, ſeu chartę fuerint aut papyri: & ſcribẽ
di labor, quo nos impreſſoria ars mirifica nunc leuat. Altera prolixitas ſermonis, ob quam reiecto integro ope-
re epitomas amplexi ſunt: vt Iuſtini in Trogũ, & Flori in Liuiũ. Tertia manifeſtariũ furtũ, vt dũ eadẽ argumẽ
ta in ſuo fonte & inuentore libentius legerent, vt huius authoris plurima collectanea in Au. Gel. In alijs quar-
ta poteſt eſſe paucitas bene dictorum, quibus receptis & retentis reliqua neglexerint & ſcribere & legere morta-
les: quę res fecit, vt q̃ plurima veterũ etiã citra deſideriũ nõ extẽt ſcripta: eaq; in oĩni vt dicũt ſcibili: pręcipue tñ
& in grãmatica, & in poetica. Sed finẽ facio, ne & ipſe prolixitate diſpliceã: paucula meo mõ explicatur⁹. Qđ factũ
poti⁹ tũ luxurioſe &c. laudabãt. i. citabãt & ꝯmẽorabãt, tũ magis vt factũ luxurioſe q̃ ſeuere: nõ. n. laudi dat luxu
rioſe factũ. Quinis denarijs: ne albulo minore ea ęſtimes, lege Budęũ de Aſſe, q locũ hũc mirifice explicat: q̃re Pa
Denarius. uonũ precia: apud quẽ etiã diſces denariũ trib⁹ duodenarijs gallicis & ſemiſſe ęſtimandum, atq; ita ouum ſcuta
Platanus. to, vt dicunt regio, ſaltẽ dũ. xxxv. ꝧ. tſ. ęſtimabatur. Platanos arbores a latitudine dictas: extendunt enim mirũ
in modũ ramos. Flandri Lindas vocant, & per errorem quidam tilias putant. tanto in precio apud nõnullos ha
Mollis. bitæ, vt aurea torque circũdarent. Mollis vir ad libidinem propenſus, & quaſi pathicus & ita vitio datur: in cæ
teris mollities laudi eſt, vnde cum laude dicimus, molles aditus, molles verſus, mollẽ carnem, mollia vina, mol
les caſtaneas &c. Vt rugas. i. plicas togę. Non forte, nomen eſt. i. caſu. Induſtria, data opera. Luxuria vicit. Hoc
latius Iuue. Nunc patimur longę pacis mala, ſęuior armis Luxuria incubuit, victũq; vlciſcitur orbem. Gurgi
Trãſenna. tem. ſ. Fabiũ. Tranſenna proprie eſt ꝑ quã viſus tranſit, qualis contexitur ex viminibus in feneſtris ponenda, vt
per eam qui intus ſunt videant foris tranſeuntes, & nõ videantur ab eis: Galli caueã vocãt. in ſimili ergo taber-
naculo cancellato, perinde atq; in throno ſedebat Metellus. Calepinus hunc locum Salluſtij corrupte citans pro
fune extento accepit, qa non apponit vocabulũ ſedẽti. Demiſſum. ſ. ꝑ funẽ. Strepitu tonitruũ, quia Iouis ſunt in
ſignia: vnde Flandri diem Iouis diẽ tonantis vocant. imitatus eſt in hoc Metellus Salmonea. Alienę luxurię ob
iurgator: ſignãter ſed & notãter dictũ, qa Salluſt. ob ꝓpriã male a Cicerone alijſq; audiebat luxuriã. Inaugura-
Echini. tus, augurio p̃cẽpto cõſecrat⁹, & vt nũc dicit, inueſtit⁹. Echinos etiã Flandri paſſim crudos apponũt. ſunt de can
Pelorides. crorũ gñe ſed minutuli: ſi coxeris vt gãmari rubeſcũt. Pelorides, murices, & purpurę cõchę ſunt. Horat. Murice
Sphõdyli. Baiano melior lucrina peloris. Sphõdylos piſces nũc Schinalos vocãt. Turdus auis eſt de qua Mart. Inter aues
Aſparagus Turdus (ſi qs me iudice certet) Inter quadrupedes gloria prima lepus &c. Aſparagus ſpecies hęrbę inter ſpinas
Balanus. creſcẽs ad irritãdã gulã mẽſis appoſita. Balanus glãs eſt & gen⁹ ſuppoſitorię hęrbę loco cliſteris: opinor ꝯfectu
Glycomaridæ. rę ſpeciẽ fuiſſe in glãdiũ formã. Glycomaridas a dulcedine cũ amarore grato dictas. Vrticas ſeu hęrbas, ſeu pi-
ſces: vtriſq; veſcimur. Lũbos capragines: lege caprugnos & aprugnos. i. caprarũ & aprorũ, in qb⁹ lumbi cõmen-
Sumen. dant. Sumina ex papillis ſuis primiperę delicatiſſima fiebãt: de qb⁹ multa ĩ illud Perſ. Calidũ ſcis ponere ſumẽ.
Patina. Sinciput anteriorẽ partẽ capitis, Aprugnũ ab apro deductũ. Patinã vbiq; quaſi pro eo quẽ nũc paſtillũ vocãt ac
Querq̃dulæ. cipere videt: nã ſi ꝓ eſcario patẽte etiã alia in patinis apponebant. Suminis, ſunt q hic ſumen interpretentur lac
ſuis extractũ & denſatũ ſuẽ occiſa. Querquedulas vulgo Itali anqualias vocãt: ſunt de gñe anatũ ſemꝑ in aqs ver
Amylum. ſantes. Elixas. i. vt dicunt bullitas, in iure coctas. Amylum genus cibi ex tritico non molito factum, vnde dictuꝫ
eſt ab a priuatiua particula, & mylos mola, quaſi ſine mola: fit eñ ex triticeo lacte expreſſo, cum triticũ per ali-
quot dies in aqua purgatum & temperatum ſit: vulgus Amydum vocat. Panes picentes a loco credo dictos ꝙ
in Piceno delicatiſſimi fiebant. Edulium genera, quia adiectiue dicitur hic & hęc edulis & hoc edule. Horatius.
Vinea ſummittit capreas non ſemper eduleis. Vulgatius tamen ſubſtantiue hoc edulium dicitur. Hier. Cuius
edulio primogenita perdidit. Porcus Troianus aut hærbis ac condimentis fartus, aut alijs obſonijs vt turdis
lepporibus &c. quæ illius pingui coquerentur, vt ſuum minus perdant: ſicut nuper in Aduerſa præclara Braban
tinorum vrbe, quidam mendicus claudus & impotens anguillam Philippeo æſtimatã & tanti emptam in an-
ſere pingui rotatu concoxit.

De luxu ſeu luxuria Q. Hortẽſii, Fabii Gurgitis, Metelli Pii, ac Metelli pontifi-cis maximi: Tum de Porco Troiano, deq; leporum ac cochlearum ſaginatione.

CAPVT. XIII.

ACcipite & M.Varronis verba de agricultura libro tertio,qui quū de pauonibus in villa nutriendis loqueretur,ſic ait.Primus hos Quintus Hortenſius augurali adiiciali cœna dicitur poſuiſſe.Qđ potius factū tū luxurioſe q̄ ſeuere boni viri laudabāt.Quē cito ſecuti multi extulerūt eorū precia,vt oua eorū denariis vęneant quinis,ipſi facile quīquagenis.Ecce res nō admiranda ſolū ſed & pudenda,vt oua pauonū quinis denariis vęneant,q̄ hodie nō dicā vilius,ſed oīno nec vęneūt.Is Hortenſius platanos ſuas vino irrigare cōſueuit, adeo vt ī quadā actione quā habuit cū Cicerone ſuſcepta,p̄cario a Tullio poſtulaſſet,vt locū dicēdi p̄mutaret ſecū:Abire eñ in villā neceſſario ſe velle,vt vinū platano,quā in Tuſculano poſuerat,ipſe ſuffunderet.Sed forte ad notā ſeculi ſui non ſufficit Hortenſius:vir alioqui ex profeſſo mollis,& in præcinctu ponens omnē decorem. Fuit enim veſtitu ad munditiem curioſo. Et vt bene amictus iret,faciem in ſpeculo quęrebat:vbi ſe intuens,togam corpori ſic applicabat,vt rugas non forte,ſed induſtria locatas artifex nodus aſtringeret:& ſinꝰ ex compoſito defluens modum lateris ambiret.Is quondam quum incederet elaboratus ad ſpeciem,collegæ de iniuriis diem dixit,ꝙ ſibi in anguſtiis obuius,offenſu fortuito ſtructurā togæ deſtruxerat: & capitale putauit, ꝙ in humero ſuo locum ruga mutaſſet.Ergo hoc prætermiſſo,ad viros venio triumphales,quos victores gentium luxuria vicit. Et vt taceam Gurgitem a deuorato patrimonio cognominatum,quia inſignibus virtutis ſecutæ vitia prioris compenſauit ætatis: in quam foueam luxus & ſuperbiæ Metellus Pius ſucceſſuum continuatione peruenit? Et ne multis morer, ipſa de eo Salluſtii verba ſubieci. At Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus,magna gloria ,cōcurrentibꝰ vndiq; virili & muliebri ſexu, per vias & tecta omniū viſebatur.cum queſtor Caius Vrbinus,aliiq; cognita voluntate eum ad cœnā inuitauerant:vltra Romanorum ac mortaliū etiam morem,curabant,exornatis ædibus per aulęa & inſignia,ſcæniſq; ad oſtentationem hiſtrionū fabricatis.Simul croco ſparſa humus:& alia in modum tēpli celeberrimi.Præterea quū ſedenti in tranſenna demiſſum Victorię ſimulacrū cū machinato ſtrepitu tonitruū,coronā ei imponebat: tū veniēti thure quaſi deo ſupplicabat. Toga picta plerūq; amiculo erat ei accūbēti. Epulę queſitiſſimæ:neq; per omnē modo p̄uinciā,ſed trans maria ex Mauritania volucrū & ferarū īcognita antea plura genera.Quibꝰ rebꝰ aliquātā partē glorię dēpſerat,maxime apud veteres & ſanctos viros,ſupba illa,grauia, īdigna Romano imperio exiſtimantes.Hæc Salluſtius,grauiſſimus alienæ luxuriæ obiurgator & cenſor.

Pauonū primus vſus.

Quintus Hortēſiꝰ mollis.

Gurges guloſus & Metellus Pius.

Accipite inter grauiſſimas pſonas nō defuiſſe luxuriā.Refero eñ pontificis vetuſtiſſimā cœnā,quę ſcripta eſt in indice quarto Metelli illius pontificis maximi in hæc verba. Ante diē nonū Kalen.Septēbris,quo die Lētulus flamē martialis inauguratus eſt,domus ornata fuit:Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt.Duobus tricliniis pontifices cubuerunt,Quintus Catulus,Mar.Æmilius Lepidus,D.Syllanus,C.Cæſar rex ſacrorū,P.Scæuola Sextus,Quin.Cornelius,P.Volumnius,P.Albinouanus, & Lucius Iulius Cæſar augur,qui eum inaugurauit.In tertio triclinio Popilia,Perpenia, Licinia, Aruncia, virgines veſtales:& ipſius vxor Publicia flaminica,& Sempronia ſocrus eius.Cœna hæc fuit. Ante cœnā,echinos,oſtreas crudas quantū vellēt,peloridas,ſphondylos, turdū,aſparagos,ſubtus gallinā altilē,patinā oſtrearū,peloridū:balanos nigros,balanos albos.Iterum ſphondylos,glycomaridas,vrticas,ficedulas,lūbos†caprugnos & aprugnos,altilia ex farina inuoluta,ficedulas,murices,& purpuras.In cœna ſumina,ſincíput aprugnū,patinā piſciū,patinā ſuminis,anates,querquedulas elixas,lepores,altilia aſſa,amylū, panes picētes.Vbi iā luxuria tūc accuſaret:quādo tot rebꝰ farta fuit cœna pōtificū? Ipſa vero eduliū gn̄a q̄ dictu turpia?Nā Cincius in ſuaſione legis Fannię obiicit ſeculo ſuo,ꝙ porcum Troianū mēſis inferat.Quē illi ideo ſic vocabāt,quaſi aliis incluſis aīalibꝰ grauidū,vt ille Troianꝰ equus grauidus armatis fuit.Exigebat hoc quoq; illa gulę intēperātia:vt & lepores ſaginarent teſte Varro,q de agricultura lib.iii.quū de leporibꝰ loqret,ſic ait.Hoc quoq; nup inſtitutū,vt lepores ſaginaret:quū exceptos e leporario qdā in caueis & loco clauſo faciāt pigues. Sicui hoc mirū videt qđ ait Varro,lepores ętate illa ſolitos ſaginari,accipiat aliđ qđ maiore admiratiōe ſit dignū,Cochleas ſaginatas:qđ idē Varro ī eodē

Cœna lautiſſima Pōtificum.

Oſtrea. †Capragines. Querq̄dulæ. Porcus Troianꝰ Lepores ſaginati.

libro refert. Verba ipſa q volet legere, vbi debeat quęrere indicaui. Neq; ego nunc antiquitati nos p̃ferendos vel cõparandos dico, ſed reſpondi obiurgãti Horo, aſſerẽs vti res habet, maiorem illis ſeculis deliciarum curam fuiſſe q̃ noſtro.

Omitto.
Crotalum

ASCEN. Non omitto.i.non penitus p̃termitto: id enim eſt omittere: differre aũt intermittere: lentius & minus attente facere, remittere. Qua nunc caremus.i.vacui ſumus. Crotalũ Calepinus varie interpretatur: ego credo etiam talia crepitacula ſignificare, qualibus vtuntur qui Moriones & moriſcos nunc ſaltitant: aut qualibus vtuntur mendicantes ferrum triãgulũ, in quo ſit annulus percutiẽtes: nã vt dicit Calepinus κρότον latine plauſum, & κρόυειν pulſare atq; percutere dicunt. Sed priori magis cõſonat qđ de Coppa dixit Virg. Criſpũ ſub Crotalo docta mouere latus. Plus quingentis.i.plus q̃ quingentos. Filium petitoris.i.qui candidatus magiſtratũ a populo, p̃ximo petiturus erat. Cinędi ſunt pueri turpiſſimo lucro expoſiti, dicti ꝙ verenda turpiter moueant: vide Calepinũ: aut q̃ ſcribunt in illud Iuue. Inter Socraticos notiſſima foſſa Cinędos. Spatiatorẽ, oſcitabũdã deambulatorẽ: & erratorẽ authore Feſto. Feſceniũ. ꝙ feſceninis.i.nuptialib⁹ & mollib⁹ cãtilenis indulgebat. Cãtheri⁹ eſt caſtratus equus dict⁹ ꝙ captus ſit teſtibus: is aũt mãſuetior eſt & inter equas & mulas cohibilior, molliuſq; ingrediens: Galli vngarum, Flandri runũ vocant. Staticulos.i.ſaltationes, in quibus ſubito nunc quaſi ſtandũ, nunc proſiliẽdũ eſt. Plautus in Perſa eo vtitur vocabulo. Dare.i.exhibere, aut in ſe aut alijs per tibicines. Nã & ſaltus dantur: vt Det motus ĩcõpoſitos &c. Ridicularia, dicteria laſciuiuſcula ad riſum excitandum excogitata: aut ad deriſum. Plautus in Aſi. Mitte ridicularia. Hiſtrio vt tuſca lingua dicitur eſt ludio & mimus, geſtu corporis variarũ ſentẽtiarũ ętatum & perſonarũ decora & põdera imitans: vt tragœdiarũ, comœdiarũ, planipediarumq; & ſimilium actores. Ducenties ſeſtertium: quanti ęſtimes conſule aureum opus Budęi de Aſſe. De ſaltationis autem laude, antiquitate, & generibus Ludouicum Cælium lege in antiquarum lectionum opere. Sed etiam, ſi dijs placet, peritiam: grauiter interpoſita parentheſis, ſi dijs placet, ea enim interponi ſolet, dum quod dicitur minime placere cenſetur: vti vero deo talis ſaltandi peritia. Data autem opera in fine huius partis, Licinij meminit, vt per eius cõmemorationem ad, quod intermiſerat, de piſcibus pręſertim marinis differẽdũ rediret.

Cãtherius
Staticuli.
Hiſtrio.

hystrio

Nec ſaltandi nec cantandi deniq;, nec hiſtrionicam artem apud priſcos Romanos inter turpia nominatam fuiſſe. CAP. XIIII.

SVbiecit Furius Albinus antiquitatis nõ minus q̃ Cecinna peritus: Miror te inquit non retuliſſe quãta illis affluentia marinarũ p̃curari ſolita fuerit copiarũ: cuius relatu maximã conuiuiorũ noſtrorũ ſobrietatẽ diceres. Et Cecinna, Profer, inq̃t, in mediũ q̃ de hac quoq; p̃te lectu cõperiſti. Vltra oẽs eñ polles memoria vetuſtatis. Et Furius ſic ingreſſus eſt. Vetuſtas quidẽ nobis ſemp(ſi ſapimus)adoranda eſt. Illa quippe ſecula ſunt, quę hoc imperiũ vel ſanguine, vel ſudore pepererunt: qđ nonniſi virtutũ faceret vbertas. Sed, qđ fatendũ eſt, in illa virtutũ abundãtia, vitiis quoq; ætas illa non caruit: e quibus nonnulla noſtro ſeculo morũ ſobrietate correcta ſunt. Et de luxu quidẽ illius tẽporis circa marinas copias dicere inſtituerã, ſed quia in aſſertionẽ noſtræ emẽdationis, alia ex aliis p̃ferenda ſe ſuggerunt: de piſcibus non omitto, ſed differo, dũ de alia laſciuia qua nũc caremus admoneo. Dic eñ Hore qui antiquitatẽ nobis obiicis, ante cuius triclíniũ modo ſaltatricẽ, vel ſaltatorẽ te vidiſſe meminiſti? At inter illos ſaltatio certatim vel ab honeſtis appetebat. Ecce eñ vt ab illo ordiar tẽpore, qđ fuit optimis morib⁹, inter duo bella punica: ingenui, quid dicã ingenui? filii ſenatorũ in ludũ ſaltatoriũ cõmeabant & illic Crotala geſtantes ſaltare diſcebãt. Taceo ꝙ matronę etiã ſaltationẽ nõ inhoneſtã putabãt, ſed inter probas quoq; earũ erat ſaltãdi cura, dũmodo nõ curioſa vſq; ad artis p̃fectionẽ. Quid eñ ait Salluſtius? Pſallere, ſaltare elegantius q̃ neceſſe eſt probę. Adeo & ipſe Semproniã reprehendit, non ꝙ ſaltare, ſed ꝙ optime ſcierit. Nobilium vero filios, & (qđ dictu nefas eſt) filias quoq; virgines inter ſtudioſa numeraſſe ſaltandi meditationẽ, teſtis eſt Scipio Africanus Æmilianus, q in oratione cõtra legẽ iudiciariã Tyberii Gracchi ſic ait. Docent p̃ſtigias inhoneſtas, cũ cinędulis & ſambuca pſalterioq; eũt in ludum hiſtrionũ, diſcũt cantare: quę maiores noſtri ingenuis p̃bro ducier voluerũt. Eũt inquã in ludũ ſaltatoriũ inter cinędos virgines puerique ingenui. Hęc quũ mihi quiſq̃ narrabat non poteram animũ inducere, ea liberos ſuos nobiles hoĩes docere: ſed quũ ductus ſum in ludũ ſaltatoriũ, plus mediuſfidius in eo ludo vidi pueris virginibuſq; quingentis. In his vnũ (quo me reipu. maxime miſertũ eſt) puerũ bullatũ petitoris filiũ nõ minorẽ annis duodecim cũ crotalis ſaltare: quã ſaltationẽ impudicus ſeruulus honeſte ſaltare nõ poſſet. Vides queadmodũ ingemuit African⁹, ꝙ vidiſſet cũ crotalis ſaltãtẽ filiũ petitoris .i. candidati: quẽ ne tũ qdẽ ſpes, & ratio adipiſcendi magiſtratus, quo tẽpore ſe ſuoſq; ab omni p̃bro debuit vindicare, potuit coercere quo minus faceret, qđ.ſ. turpe nõ habebat? Cęterũ ſuperius pleraq; nobilitatẽ hęc propudia celebrare conqueſtus eſt. Sic nimirũ M. Cato ſenatorem non ignobilẽ Cęcilium, ſpatiatorẽ & Feſceniũ vocat, eũq; ſtaticulos dare his verbis ait. Deſcẽdit de cãtherio: inde ſtaticulos dare, ridicularia fũdere. Et alibi in

Omitto.
Saltatio in mẽſa.
Crotala.
Saltationis exprobratio.
Sal. ĩ Catilina.
Cęcilius ſpatiator &c.

eundem.Pręterea cantat vbi collibuit:interdũ græcos verſus agit,iocos dicit,voces de-
mutat,ſtaticulos dat. Hæc Cato:cui vt videtis,etiã cantare non ſerii hominis videtur:
quod apud alios † adeo non inter turpia numeratũ eſt:vt Lucius Sylla vir tanti nomi-
nis,optime cantaſſe dicatur.Cæterũ hiſtriones nõ inter turpes habitos,Cicero teſtimo-
nio eſt,quem nullus ignorat Roſcio & Æſopo hiſtrionibꝰ tam familiariter vſum,vt res
rationeſqꝫ eorũ ſua ſolertia tueretur.Quod quũ aliis multis,tum ex epiſtolis quoqꝫ eius
declaratur.Nã illã orationẽ quis eſt qui nõ legerit,in qua populũ Ro.obiurgauit,ꝙ Ro
ſcio geſtũ agente,tumultuauerit? Et certe ſatis cõſtat, cõtendere eũ cum ipſo hiſtrione
ſolitũ:vtrũ ille ſæpius eandẽ ſententiã variis geſtibus efficeret:an ipſe per eloquẽtię co-
piã ſermone diuerſo pronũciaret.Quę res ad hanc artis ſuæ fiduciã Roſcium abſtraxit,
vt librũ cõſcriberet,quo eloquentiã cum hiſtrionia compararet. Is eſt Roſcius,qui etiã
Lucio Syllę chariſſimus fuit:& annulo aureo ab eodem dictatore donatus eſt.Tanta au
tem fuit gratia & gloria, vt mercedem diurnã de publico mille denarios ſine gregalibꝰ
ſolus acceperit. Æſopum vero ex pari arte ducenties ſeſtertiũ reliquiſſe filio cõſtat.Sed
quid loquor de hiſtrionibus,quũ Appius Claudius vir triũphalis, qui ſalius advſqꝫ ſe-
nectutem fuit,pro gloria obtinuerit,ꝙ inter collegas optime ſaltitabat?Ac priuſq̃ a ſal-
tatione diſcedo,illud adiiciam.Vno eodemqꝫ tempore tribus nobiliſſimis ciuibꝰ nõ mo-
do ſtudium ſaltandi,ſed etiam (ſi diis placet) peritiam qua gloriarentur fuiſſe,Gabinio
conſulari Ciceronis inimico, quod ei Cicero non diſſimulanter obiecit:& M.Cælio noto
inter turbas viro,quẽ idem Cicero defendit:& Licinio Craſſo,Craſſi eius qui apud Par-
thos extinctus eſt,filio.

† ad decorem. Hiſtriones non iter turpes habiti. Roſcius Hiſtrio. Æſopus Hiſtrio ditiſſimꝰ. Appius. Claudiꝰ Saltatores clari. Licinius Craſſus.

ASCEN.Ad prædę marinę luxum.Argute capturam piſcium prædam marinam vocat:quaſi ab hoſte extor-
tam,cum mare piſces ſuos ęſtu,procellis,ventis,ſcopulis,aliiſqꝫ multis defendat. Murenã Calepinus eã definit,
quam vulgo lampetram vocamus:Gręcis μυραινα dicitur.Orata,vel aurata ab auro quo veſcitur, & cuius co
lorem fert,etiã in Rhodano capitur.Balneę penſiles,quaſi pendentes & ſuſpenſę:vt horti penſiles ſuper domos &
muros ſuſpẽſi.Oſtrearia,viuaria oſtrearũ.in Baiano,ſ.lacu. De quo Horat.Ianua Baiarũ eſt,& gratum littus
amœni Seceſſus.Quadraginta milibus.ſ.ſeſtertiũ.

Tanto in precio piſces fuiſſe apud priſcos Romanos,vt ab illis cognomina cõtra-
xerint,vt Murenę,Oratę,&c. CAP.XV.

SEd de ſaltatione veterũ ad prædę marinę tranſire luxum,Liciniorũ me
nomen admonuit:quos Murenas cognominatos, ꝙ hoc piſce effuſiſſi-
me delectati ſunt,ſatis conſtat.Huic opinioni M.Varro cõſentit,aſſerẽs
eodẽ modo Licinios appellatos Murenas,quo Sergius Orata cognomi-
natus eſt,ꝙ ei piſces qui auratę vocãtur,chariſſimi fuerint.Hic eſt Ser-
gius Orata,qui primus balneas penſiles habuit:primus oſtrearia in Ba
iano locauit:primus optimũ ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit.Fuit autẽ ætate Lucii
Craſſi illius diſerti:qui q̃ grauis & ſerius habitus ſit,etiã Cicero docet.Is tamen Craſſus
vir cẽſorinus (nam cum Cn.Domitio cenſor fuit) cũ ſupra cæteros diſertus haberetur,
eſſetqꝫ inter clariſſimos ciues princeps:tamen murenã in piſcina domus ſuæ mortuam
atratus tanq̃ filiam luxit.Neqꝫ id obſcurũ fuit,quippe collega Domitius in ſenatu hoc
ei quaſi deforme crimen obiecit.Neqꝫ id confiteri Craſſus erubuit:ſed vltro etiã (ſi diis
placet) gloriatus eſt cenſor,piam affectuoſamqꝫ rem feciſſe ſe iactans. Piſcinas autem q̃
refertas habuerint precioſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi principes,Lucius Phi
lippus,& Hortenſius,quos Cicero piſcinarios appellat:etiã illud indiciũ eſt, ꝙ M.Var-
ro in lib.de agricultura refert,M.Catonem,qui poſt Vticæ periit,quũ hęres teſtamento
† Lucilii eſſet relictus,piſces de piſcina eius.xl.milibus vęndidiſſe.Accerſebant autẽ mu
renæ ad piſcinas noſtræ vrbis abuſqꝫ freto ſiculo:quod Rhegyũ a Meſſana deſpicit.Illic
eñ optimę a prodigis eſſe credũtur,tam Hercule,q̃ anguillę.& vtręqꝫ ex illo loco græce
plotæ vocantur,latine flutæ:ꝙ in ſummo ſupernantes ſole torrefactę curuare ſe poſſe &
in aquã mergere deſinunt,atqꝫ ita faciles captu fiunt.Et ſi enumerare velim,q̃ multi ma
gniqꝫ authores Murenas e freto ſiculo nobilitarint,longũ fiet. Sed dicã quid M.Varro
in libro qui inſcribit Gallus,de Murenis dixerit his verbis. In Sicilia quoqꝫ,inquit,ma-
nu capi murenas flutas,ꝙ hæ in ſumma aqua præ pinguitudine fluitent. Hæc Varro.
Sed quis neget indomitã apud illos & (vt ait Cęcilius) vallatam gulã fuiſſe,qui ex tam
longinquo mari inſtrumẽta luxurię cõpararent? Nec rarus hic Romæ piſcis vt peregre
accitus erat.Author eſt Plinius,C.Cæſarẽ dictatorẽ quum triũphales cœnas populo da

Murenæ cognomen. Sergius Orata. Balneæ penſiles. L.Craſſus. † L.Philippi. Plotæ. Flutæ.

ret,ſex milia murẹnarũ a C.Hirrio ad pondus accepiſſe.Huius Hirrii villã,q̃uis nõ am=
plã aut latã,cõſtat propter viuaria quẹ habuit quadragies ſeſtertiũ vẹnundatam.

ASCEN.Acipenſer,vt hic ſatis deſcribitur,piſcis eſt rarus inuentu,& ob id pluris ẹſtimatus:qui præter alio
rũ naturã ſquamas ad os verſas habet:vnde in caudã facilius natat. De Mullo etiã Iuuenalis dicit:Mullum ſex
milibus emit Aequantem ſane paribus ſeſtertia libris.quorũ ẹſtimationẽ Budẹus de Aſſe docte vt omnia expli=
cat. Corripitur in acipenſere prima:ideo c ſimplice ſcribitur. Scarus ſolus piſciũ ruminat.Lupus is,vt opinor,
eſt piſcis ,quem Luciũ vocamus,eo ꝙ Lycos lupus nobis dicitur:eſt eñ piſcis acutis dentibus,vt lupus vorax.
In Lucilij verſu tertio ponit̃ duo ꝑ duos:ſed ſi duos legat̃ poſſet s cũ vocali abſumi minore licẽtia a vocali ſequẽ
ti q̃ abſumitur in tyberinos ſolius finalitatis gratia:quod in ſyllaba os prẹſertim longa rarius fiebat:in us bre=
ui quãdocũq; volebant:vt in eodem:captus catillo:vbi Lupus ipſe catillo dicitur.i.guloſus & deuorator,quia ta
lis pinguis eſſe ſolet.

De Acipenſere,Mullo,Scaro,Lupo. CAP.XVI.

Acipen= Ec acipenſer quẽ maria prodigis nutriunt, illius ſeculi delicias euaſit.
ſer piſcis Et vt liq̃at ſecũdo Punico bello celebre nomẽ huiꝰ piſcis fuiſſe,accipite
vt meminerit eiꝰ Plautꝰ ĩ fabula,q̃ ĩſcribit̃ Bacchariа,ex pſona paraſiti.
Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus vnq̃,
Q̃ ego nunc ſum:cuius hæc ventri portatur pompa?
Vel nunc qui mihi in mari acipenſer latuit antehac:
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

Et ne vilior ſit teſtis Poeta,accipite aſſertore Cicerone,in quo honore fuerit hic pi=
ſcis apud Publiũ Scipionẽ Africanũ illũ & Numãtinũ.Hẹc ſunt in dialogo de fato ver=
ba Ciceronis.Nã quũ eſſet apud ſe ad Lauerniũ Scipio vnaq; Põtius:allatꝰ eſt forte Sci=
pioni Acipẽſer,q admodũ raro capit̃.Sed eſt piſcis(vt ferũt)in primis nobilis.Quũ autẽ
Scipio vnũ & alterũ ex his,q eũ ſalutatũ venerãt,inuitaſſet,pluresq; etiã inuitaturꝰ vi=
deret̃:in aurẽ Põtius,Scipio,inqt,vide qd agas:acipẽſer iſte paucorũ hoĩm eſt.Nec infi=
cias eo,tpibus Traiani hũc piſcẽ in magno pcio nõ fuiſſe,teſte Plinio Secũdo,q in natu=
rali hiſtoria,quũ de hoc piſce loqueret̃ ſic ait.Nullo nũc in honore eſt:qd quidẽ miror,
quũ ſit rarus inuẽtu.Sed nec diu ſtetit hẹc parſimonia. Nã tpibus Seueri principis,qui
oſtẽtabat duritiã morũ,Sãmonicus Serenus vir vt eo ſeculo doctꝰ, quũ ad principẽ ſuũ
ſcriberet,faceretq; de hoc piſce ſermonẽ,verba Plinii quẹ ſuperiꝰ poſui,pmiſit:& ita ſub
iecit.Pliniꝰ(vt ſcitis)aduſq; Traiani imperatoris venit ẹtatẽ.Nec dubiũ eſt,ꝙ ait nullo
honore hũc piſcẽ tpibꝰ ſuis fuiſſe,verũ ab eo dici. Apud antiquos aũt in pcio fuiſſe,ego
teſtimoniis palã facio:vel eo magis ꝙ gratiã eiꝰ video ad epulas quaſi poſtliminio rediſ=
ſe.Quippe q dignatiõe veſtra quũ interſum cõuiuio ſacro,aĩaduerto hũc piſcẽ a corona
tis miniſtris cũ tibicine introferri.Sed qd ait Plinius de acipenſeris ſquamis,id verũ eſſe
maximꝰ rerũ naturaliũ indagator Nigidius Figulꝰ oſtẽdit:in cuiꝰ libro de aĩalibꝰ quar
to ita poſitũ eſt.Cur alii piſces ſquama ſecũda,acipẽſer aduerſa ſit.Hæc Sãmonicꝰ,q tur
pitudinẽ cõuiuii principis ſui laudãdo notat:pdẽs venerationẽ q̃ piſcis habebat̃,vt a co
ronatis inferret̃ cũ tibicinis cãtu,q̃ſi qdã nõ deliciarũ,ſed numinis põpa.Sed vt minꝰ mi
Taxare. remur acipẽſerẽ graui pcio taxari ſolitũ,Aſiniꝰ Celer vir cõſularis (vt idẽ Sãmonicꝰ re=
Aſinius fert)mullũ vnũ ſeptẽ milibus nũmũ mercatꝰ eſt.In qua re luxuriã illius ſeculi eo magis
Celer. licet ẹſtimare,ꝙ Pliniꝰ Secũdus tpibus ſuis negat facile mullũ repertũ qui duas pondo
Mullu libras excederet. At nũc & maioris põderis paſſim videmus,& precia hæc inſana neſci=
piſcis. mus.Nec cõtenta illa ingluuies fuit maris ſui copiis. Nã Octauius præfectꝰ claſſis ſciẽs
Inglu= Scarũ adeo Italicis littoribus ignotũ,vt nec nomen latinũ eius piſcis habeamus,incredi
uies. bilem ſcarorũ multitudinẽ in variis nauibus huc aduectã inter Hoſtiã & Cãpaniæ littꝰ
Octauiꝰ in mare ſparſit:miroq; ac nouo exẽplo piſces in mari tanq̃ in terra fruges aliquas ſemi=
præfectꝰ nauit.Ideq; tanq̃ ſumma in hoc vtilitatis publicẹ verteret̃,qnquẽnio dedit operã,vt ſiqs
claſſis. inter alios piſces ſcarũ forte cepiſſet,incolumẽ cõfeſtim & ĩuiolatũ mari redderet.Quid
Scarus ſtupemꝰ captiuã illius ſeculi gulã ſeruiſſe mari,quũ in magno,an dicã maxĩo apud pro
piſcis. digos honore fuerit etiã tyberinus lupus, & omnino oẽs ex hoc amne piſces?qd equidẽ
Lupus cur illis ita viſum ſit ignoro.Fuiſſe autẽ etiã M.Varro oſtẽdit,qui enumerãs quẹ in qui
piſcis. bus Italiẹ partibꝰ optima ad victũ gignantur,piſci tyberino palmã tribuit,his verbis in
libro rerũ humanarũ.xi. Ad victũ optima fert,ager Cãpanus frumentũ,Falernus vinũ,
Caſſinas oleũ,Tuſculanus ficũ,mel tarẽtinus,piſcẽ Tyberis. Hæc Varro de omnibus.ſ.
huius fluminis piſcibꝰ:ſed inter eos,vt ſupra dixi,pcipuũ locũ lupus tenuit:& quidẽ is
qui inter duos pontes captus eſſet.Id oſtendunt cũ multi alii,tũ etiã Caius Titius vir

ætatis Lucilianę,in oratione,qua legẽ Fanniã ſuaſit.cuius verba ideo pono:quia nõ ſolũ Lex Fannia.
de lupo inter duos põtes capto erũt teſtimonio:ſed etiã mores,quibꝰ plęriq; tũc viuebãt,
facile publicabũt. Deſcribẽs eñ hoĩes prodigos in forũ ad iudicandũ ebrios cõmeantes,
quęq; ſoleãt inter ſe ſermocinari,ſic ait.Ludũt alea ſtudioſe vnguẽtis delibuti,ſcortis ſti
pati.Vbi horę.x.ſunt,iubẽt puerũ vocari, vt comitiũ eat ꝑcontatũ, quid in foro geſtũ
ſit,qui ſuaſerint,q̃ diſſuaſerint,quot tribus iuſſerint,quot vetuerint.Inde ad comitiũ va
dũt,ne litẽ ſuã faciãt.Dũ eunt,nulla eſt in angiporto amphora,quã nõ impleãt:quippe q̃
veſicã plenã vini habeãt.Veniũt in comitiũ triſtes,iubẽt dicere.Quorũ negociũ eſt,nar-
rãt.Iudex teſtes poſcit.Ipſus it mictũ.Vbi redit,ait ſe oĩa audiuiſſe.Tabulas poſcit,Lite-
ras inſpicit,Vix prę vino ſuſtinet palpebras. Eunti in conſilium ibi hęc oratio.Quid mi
hi negocii eſt cũ iſtis nugatoribꝰ, potius q̃ potamus mulſum miſtũ vino græco,edimus
turdũ pinguẽ,bonũq; piſcẽ,lupũ germanũ,qui inter duos põtes captus fuit?Hæc Titiꝰ.
Sed & Luciliꝰ acer & violẽtus poeta oſtẽdit ſcire ſe hũc piſcẽ egregii ſaporis,q̃ ĩter duos
pontes captus eſſet:eũq; quaſi liguritorẽ Catillonẽ appellat,ſcilicet q̃ proxime ripas ſter
cus inſectaret.Proprie aũt Catillones dicebãtur, qui ad polluctũ Herculis vltimi quum Catillones.
venirent,catillos ligurĩbant. Lucilii verſus hi ſunt.

Fingere præterea afferri quod quiſq; volebat:
Illum ſumina ducebant,atq; altilium lanx:
Hunc pontes Tyberinos duo inter captus catillo.

ASCEN.Patẽtibus ianuis.Vnde Iuue.Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus?Tertio anno q̃: eleganter ſubaudit ante.Secũdũ Gellij opinionẽ.Semel tandẽ Gelliũ laudat.Duplex fuit cauſa: Prima & potiſſima:Valla dixiſſet,prior & potior.Salſamẽtũ pro cõdimẽto nũc accipit:cũ frequentius ſit,caro aut piſcis ſale cõditus in vſum cibi:vt ſues & thynni ſalſi.Antianę legis verba nõ ponit,ĩnuit tñ inter alia cauiſſe,neq; foris cœnitaret. Sponſione,depoſitione qua ſpondebat ſe centies ſeſtertiũ cœnaturã.Dignus culina:quid hoc loco hæc verba ſignificẽt,vt ingenue fateor nõ accipio:forte legendũ eſt,pignus cuſtodiẽte.nã ſic vetuſta exẽplaria ſubinde exeſa ſunt,vt aut elemẽtũ deſit,vt in pignꝰ p,pro quo lector fecerit dignꝰ: aut ſyllaba tm̃ extet,vt cu.pro quo culina repoſitũ eſt cũ cuſtodiente reponi debuerit:nihil tñ definio.Pollucibilẽ,ſplendidã.Eas aũt ſummas omnes Budęus in opere de aſſe ad noſtratis monetę ſummaꝫ redegit. Iudex ſeueriſſimus:ironicos dictũ,quia in re ſtulta.Pantheũ omnium deorũ:quod omnibus ſanctis poſt dicatum eſt.

De legibus latis cõtra luxuriã veterũ Romanorum. CAP.XVII.

LOngũ ſiat ſi enumerare velim,quot inſtrumẽta gulę vel ingenio excogi
tata ſint,vel ſtudio cõfecta.Et hę nimirũ cauſę fuerũt,ꝑpter quas tot nu
mero leges de cœnis & ſumptibꝰ ad populũ ferebantur,& imperari cœ-
pit,vt patentibus ianuis pranſitaretur & cœnitaretur: Sic oculis ciuiũ
teſtibus factis,luxuriæ modus fieret. Prima autẽ omnium de cœnis lex
ad populũ Orchia peruenit.Quã tulit C.Orchius tribunus plebis de ſe Lex Orchia.
natus ſentẽtia tertio anno q̃ Cato cẽſor fuerat.Cuius verba(quia prolixa ſunt) ꝑtereo.
Summa eius pręſcribebat numerum conuiuarũ.Et hæc eſt lex Orchia,de qua Cato mox
orationibus ſuis vociferat̃, ꝙ plures q̃ pręſcripto eius cauebatur,tũ ad cœnã vocarent̃.
Quũq; authorẽ nouæ legis aucta neceſſitas imploraret,poſt annũ viceſimũſecũdũ legis
Orchiæ,Fãnia lex lata eſt,poſt Romã cõditã,ſecũdũ Gellii opinionẽ,quĩgẽteſimo octoge Lex Fannia.
ſimooctauo.De hac lege Sãmonicus Serenus ita refert.Lex Fãnia ſanctiſſimi Auguſti in
genti oĩm ordinũ cõſenſu ꝑuenit ad populũ. Neq; eã prętores aut tribuni,vt plæraſq; Gellii locus.
alias:ſed ex oĩm bonorũ conſilio & ſententia ipſi conſules ꝑtulere,quũ reſpublica luxu
ria conuiuiorũ maiora q̃ credi poteſt detrimẽta pateret̃.Siquidem eo res redierat,vt gu
la illecti plęriq; ingenui pueri,pudicitiam & libertatẽ ſuam vęnditarent:plęriq; ex plebe
Romana vino madidi in comitium venirẽt,& ebrii de reipublicę ſalute cõſulerent.Hęc
Sammonicus.Fanniæ autẽ legis ſeueritas in eo ſuꝑabat Orchiã legem, ꝙ in ſuꝑiore
numerus tantũmodo cœnãtiũ cohibebat̃,licebatq; ſecũdum eam vnicuiq; bona ſua ĩter
paucos conſumere:Fannia autẽ & ſumptibus modũ fecit aſſibus centũ. Vnde a Lucilio
poeta feſtiuitatis ſuę more centuſſis vocatur.Fanniam legem poſt annos decem & octo
lex Didia conſecuta eſt.Eius ferundę duplex fuit cauſa. Prima & potiſſima, vt vniuerſa Lex Didia.
Italia,non ſola vrbs,lege ſumptuaria teneret̃:Italis æſtimãtibus,Fanniã legem non in ſe,
ſed in ſolos vrbanos ciues eſſe conſcriptã.Deinde vt nõ ſoli qui prandia cœnaſve maio-
re ſumptu feciſſent,ſed etiã qui ad eas vocati eſſent,atq; omnino interfuiſſent,pœnis le
gis tenerẽtur.Poſt Didiam Licinia lex lata eſt a Publio Licinio Craſſo diuite. Cuius fe- Lex Licinia.
rũdę probandæq; tantũ ſtudium ab optimatibus impenſum eſt,vt conſulto ſenatus iu-

Trinũdinum.

beretur,vt ea tantũmodo promulgata priuſq̄ trinũdino confirmaretur,ita ab omnibus obſeruaretur,quaſi iam populi ſententia cõprobata.Lex vero hęc paucis mutatis in plęriſqꝫ cum Fannia congruit.In ea eñ ferenda quęſita eſt nouæ legis authoritas exoleſcente metu legis antiquioris.Ita Hercules,vt de ipſis.xii.tabulis factum eſt:quarũ vbi contemni antiquitas cœpit,eadem illa,quæ illis legibus cauebantur,in alia latorũ nomina tranſierunt. Sed legis Licinię ſumma,vt Calendis,nonis,nũdinis Romanis,cuiqꝫ in dies ſingulos.xxx.dũtaxat aſſes edũdi cauſa conſumere liceret. Cæteris vero diebus,qui excepti non eſſent,ne amplius apponeretur,q̄ carnis aridę pondo tria,& ſalſamentorũ pondo libra,quod ex terra,vite,arboreve natũ ſit. Video quid remordeat. Ergo indiciũ ſobrii ſeculi eſt,vbi tali pręſcripto legũ coercetur expenſa cœnarũ? Non ita eſt.Nam leges ſumptuarię a ſingulis ferebãtur,qui ciuitatis vitia corrigerent.Ac niſi peſſimis effuſiſſimiſqꝫ moribus viueretur,profecto opus ferundis legibus non fuiſſet.Vetus verbum eſt: Leges bonę ex malis moribus procreantur. Has ſequitur lex Cornelia, & ipſa ſumptuaria,quam tulit Cornelius Sylla dictator, in qua non conuiuiorum magnificentia prohibita eſt,nec gulę modus factus,verũ minora precia rebus impoſita:& quib⁹ rebus dii boni,q̄qꝫ exquiſitis & pene incognitis generibus deliciarũ?Quos illic piſces,quaſqꝫ offulas nominat?& tamen precia illis minora cõſtituit,auſim dicere vt vilitas eduliũ animos hominũ ad parãdas opſoniorũ copias incitaret,& gulę ſeruire etiã qui paruis eſſent facultatibus,poſſent.Dicam plane qđ ſentio.Apprime luxurioſus mihi videtur & prodigus, cui hæc tanta in epulis vel gratuita ponãtur.Itaqꝫ tanto hoc ſeculũ ad omnem incõtinentiã promptius,vt plæraqꝫ earum rerũ quæ Syllana lege,vt vulgo nota,comprehendunt,nemo noſtrũ vel fando cõpererit.

Lex Cornelia.

Sylla mortuo Lepidus conſul legem tulit & ipſe cibariã.Cato enim ſumptuarias leges cibarias appellat.Dehinc paucis interiectis annis alia lex peruenit ad populũ ferente Antio Reſtione:quã legem,q̄uis ſit optima,obſtinatio tamen luxurię,& vitiorũ firma concordia,nullo abrogante,irritam fecit. Illud tamẽ memorabile de Reſtione latore legis fertur:eum quoad vixit,foris poſtea non recœnaſſe,ne teſtis fieret contemptę legis,quã ipſe bono publico pertuliſſet.His legibus annumerarem edictum de ſumptib⁹ ab Antonio propoſitũ,qui poſt triumuir fuit, ni indignum crederẽ inter cohibẽtes ſumptus Antonio locũ facere:cuius expenſę in cœnã ſolitæ cõferri ſola vnionis a Cleopatra vxore cõſumpti æſtimatione ſuperatę ſunt.

Lepidi Lex cibaria.

Lex Antii Reſtionis.

Antonii edictũ.

Nam quũ Antonius quicquid mari,aut terra,aut etiã cælo gigneretur,ad ſatiandã ingluuiem ſuã natũ exiſtimans,faucibus ac dentibus ſuis ſubderet,eaqꝫ re capt⁹ de Romano imperio facere vellet Ægyptiũ regnum:Cleopatra vxor,quæ vinci a Romanis nec luxuria dignaretur,ſponſione prouocauit inſumere ſe poſſe in vnam cœnã ſeſtertiũ centies.Id Antonio mirum viſum,nec moratus ſponſione contendit,pignus cuſtodiente Numatio Planco,q̄ tam honeſti certaminis arbiter electus eſt.Altera die Cleopatra pertentans Antoniũ,pollucibilem ſane cœnam parauit,ſed quã non miraretur Antonius:quippe qui omnia quę apponebantur ex quotidianis opibus agnoſceret. Tunc regina arridens phialam popoſcit,cui aceti nonnihil acris infudit, atqꝫ illuc vnionem demptum ex aure altera feſtinabunda demiſit,eumqꝫ mature diſſolutum,vti natura eſt eius lapidis,abſorbuit.Et q̄uis eo facto ſponſione viciſſet,quippe quum ipſa margarita centies ſeſtertiũ ſine contentione valuiſſet:manum tamen & ad alterius vnionis aurem ſimiliter admouit,niſi Numatius Plancus iudex ſeueriſſimus ſuperatum Antonium mature pronunciaſſet.Ipſe autẽ vnio cuius magnitudinis fuerit,inde colligi poterit,ꝙ qui ſuperfuit poſtea victa regina & capta Ægypto Romam delatus, diſſectuſqꝫ eſt, & factæ ex vna margarita duæ, impoſitæqꝫ ſimulacro Veneris, vt monſtruoſæ magnitudinis, in templo quod Pantheum dicitur.

Cleopatrę lux⁹ in dapibus.

Vnio Cleopatrę.

Pantheũ templũ.

ASCEN.Auellana,ab Auella oppido Cãpanię Italicę dicta:quia exigua eſt,Gallis nucula dicitur.Molluſca eſt perſicũ malũ,ſeu nux,aut ꝑperſicũ Gallis abricox.In verſuũ Sueuianorũ,ſi recte ſcribũtur,ꝓmo eſt anapęſt⁹ in quarto,& ſpõdęus in quinto.In tertio legã cũ rege potenti,nõ ponti.In libro Faborini:credo eundem eſſe quẽ Gellius Phauorinũ vocat:Sed Gellius Romanus vt ſe græce ſcientẽ edoceat,gręce ſcripſit & protulit.Macrobi⁹ gręcus vt ſe Romane, Romane ſcripſit:nãquę Gręcis ph,Romanis f habẽt,vt fagus,fama ,fuga &c.& quæ illis vt v,Romanis ſępe vt b,proferuntur:vt gręce Macroui⁹,Phoiuos,Vaſileus:latine Macrobius,Phœbus,Baſileus dicuntur.Faborini ergo pro Fauorini dixit,ſicut qui Hegeſippũ tranſtulit,quẽ Romani Gabinium vocãt Gauiniũ tranſtulit.A tereno,lego a Terento,vt in Liuio aliiſqꝫ legitur.Nux pinea,ſupra,ſed iocoſe,inter mala numeranda cenſetur.

De nucum generibus. CAP.XVIII.

ADhuc dicēte Furio,ſecūdę mēſę illata bellaria nouo ſermoni principiū dederūt.Symmach⁹ duas attrectās manu nuces:vellē,inqt,ex te audire Serui,tāta nucibus noīa quæ cauſa vel origo variauerit,vnde tot mala cū hac vna appellatiōe vocitentur,ſiāt tñ ſeorſum diuerſa tā vocabulo q̄ ſapore.Ac prius de nucib⁹ abſoluas volo quę tibi memoria crebrę le¬ctionis occurrūt.Et Serui⁹.Nux iſta ioglās ſcd̄m nōnulloꝝ opinionē a iuuādo,& a glāde dicta exiſtimaẗ.Caius Baſſus vero ī lib.de ſignificatiōe verboꝝ hoc re¬fert:Ioglās arbor dicta inde eſt ꝑinde ac Iouis glās. Nam id arboris gen⁹ nuces habet, q̄ ſunt ſuauiore ſapore q̄ glans eſt.hūc fructū antiqui illi,q egregiū glādiq̃ ſimilē ipſāq̃ arborē deo dignā exiſtimabāt,Iouis glandē appellauerūt:quę nūc literis īterliſis ioglās nominatur.Cloacius autē Verrius in libro a gręcis tractorū ita memorat. Ioglās quaſi diuglans.i. διὸς βάλανος: ſicut Theophraſtus ait. Hanc Græci etiam Baſilicam vocant.

¶Nux hæc auellana ſeu præneſtina quę eſt eadē,ex arbore eſt,quæ corylus diciẗ:de qua Virg.dixit.Neue īter vites corylū ſere.Eſt aūt natio hoīm iuxta agrū Pręneſtinū,q Car¬ſitani vocanẗ,ἀπὸ τ̃ καρυῶν.Cui⁹ rei meminit Varro in logiſtorico,q inſcribiẗ,Marius de fortuna.Inde.ſ.præneſtinę nuces.Eſt & illud apud Nęuium in fabula Ariolo. Quis heri apd̄ te Præneſtini & Lanuuini hoſpites ſuapte vtroſq̃ decuit acceptos cibo,alteris inanē bullā madidā dari,alteris nuces in procliui ꝓfundere.Hāc autē nucem Gręci Ponticam vocant,dum vnaquæq̃ natio indit huic nuci nomen ex loco, in quo naſcitur copioſior.

¶Nux caſtanea,de qua Virg.Caſtaneaſq̃ nuces.vocatur & heracleotica. Nā vir doctus Oppius in lib.quē fecit de ſylueſtribus arboribus ſic ait.Heracleotica hæc nux,quā qdā caſtaneā nomināt.Itēq̃ Pōtica nux,atq̃ etiā quę dicunẗ baſilicę ioglandes germina atq̃ flores agūt ſimiliter iiſdē tēporib⁹ quib⁹ gręcę nuces.

¶Nunc dicendū eſt quæ ſit græca nux:ac ſimul hoc dicēs amygdalam de lance tulit & oſtendit.Nux græca hæc eſt,quæ & amygdala dicitur.Sed & Thaſia eadē nux vocatur.Teſtis eſt Cloacius in ordinatoꝝ gręcorū lib.iiii.quū ſic ait.Nux græca amygdala.Acca vero in ſupplicatione,nucem græcā ait,fauūq̃ adde quātū libet.

¶Nucē molluſcā licet hyemis nobis tēpus inuideat,tñ quia de nucibus loquimur,indictā nō relinquimus.Plaut.in calceolo ſic eius meminit.Mollu¬ſcam nucem ſup eius dixit impendere tegulas. Ecce Plautus nominat quidē,ſed quæ ſit molluſca nux nō exprimit. Eſt autē Perſicū quod vulgo vocatur:& molluſca nux dici¬tur.ſ.q̃ cæteris omnibus nucib⁹ mollior ſit. Huius rei idoneus aſſertor eſt Sueuius vir longe doctiſſimus in edulio,quod inſcribitur moretū. Nā quum loquitur de hortulano faciente moretū,inter cætera quę eo mittit,& hoc pomum mitti ait his verbis.

Admiſce tu Acca baſilicis hæc,nux partim
Partim perſica:quod nomen ſic deniq̃ fertur
Propterea,q̃ qui quondam cum rege † potenti
Nomine Alexandro Magno,fera prælia bello
In Perſas retulere ſuo:poſt inde reuentum
Hoc genus arboris in prælatis finibus Graiis
Diſſeruere,nouos fructus mortalibus dantes.
Molluſca hæc nux eſt,nequis forte inſcius erret.

¶Nux tarentina dicitur,quæ ita mollis eſt,vt vix attrectata frangatur.De qua in libro Faborini ſic reperiẗ.Itemq̃ quidā Tarentinas oues vel nuces dicūt quę ſunt terentinæ a Terento,qd̄ eſt Sabinorū lingua molle.Vnde Terentinos quoq̃ dictos putat Varrro ad Libonē primo.Quā in culpā etiā Horatius poteſt videri incidere,q ait,Et molle Tarētū.

¶Nux pinea hos nobis,qui appoſiti ſunt,nucleos dedit.Plautus in Ciſtellaria.Qui e nu¬ce nucleos eſſe vult,frangat nucem.

ASCEN.Mala.i.poma cortice molli,q̄ mō pomū gen⁹ eſt,malū ſpecies,nā pyrū pomū eſt nō malū:hic tñ cō¬fundūẗ.Perſicū.ſ.malū aut pomū inter nuces ſupra poſuit,qa nucleos edules hn̄t:ad qs ſi reſpexeris nux eſt,ſi ad carnē exteriorē,pomū.Citroſa veſtis quę citrei odorē pręfert.Poma & pyra,vt in diuerſis regionibus diuer¬ſa ſunt,ita varia habēt noīa. Præcox generale nomen eius quod ante reliqua coctū.i.maturū eſt:Serū cōtra,qd̄ tardū eſt in matureſcēdo.Inter arbores felices nō capio quō ponaẗ ſuperus,nā propriū nō legi, ſi appellatiuū ſit dicatur ſupera:forte ſcribi debeat Sapinus. Neq̃ intelligo quid dicat his verbis, Alternū ſanguinē felicē:nō eñ noīat felices ſed infelices,vt ficū atrā.Vide nū legendū ſit,Alnū ſanguine infelicē,aut,At myrtū ſanguine infe¬licē.Ab alio lacte:ſi ntūs eſt lacte,vt credo,quia priſci in ntō hoc lacte dicebāt,qd̄ nos lac,ablatiuus eſſet lacti:ſi nominatiuus hęc lactis,ablatiuus ab hac lacte:ſed opinor lacte in nominatiuo vetuſte dici & accuſatiuo ac vo¬catiuo,ſed ablatiuū vſitatius a nominatiuo lac formari.

Nucum genera.
Ioglans.
Nux baſilica.
Nux auellana, ſiue Præneſtina.
Corylus
Carſitani ppl̄i.
Nux pōtica.
Nux caſtanea q̄ & heracleotica.
Nux gręca quę & amygdala & thaſia diciẗ.
Molluſca nux,q̄ & perſicum.
† Ponti.
Nux Tarētina.
Terētina.
Nux pinea.

De generibus malorũ,pyrorũ,ficuũ,olearũ,& vuarum. CAP.XIX.

ET quia mala videmus admiſta bellariis,poſt nuces de maloꝝ gñibus diſ-
Nuces. ſerẽdũ eſt.Sunt de agricultura ſcriptores,q nuces & mala ſic diuidũt,vt
nuces dicãt oĩe pomũ,qđ foris duro tegat,& intus habet quod eſui eſt:
Malum. Malũ vero qđ foris habeat qđ eſt eſui,& durũ intus includat.Scđm hãc
definitionẽ,perſicũ,qđ Sueuius poeta ſuperius inter nuces numerat,ma-
gis erit inter mala numerãdũ.His pmiſſis,malorũ enumerãda ſunt gña,
Malorũ quę Cloatiꝰ ordinatorũ gręcorũ lib.iiii.ita diligẽter enumerat. Sunt aũt gña malorũ,ar
genera. meniũ,cotoniũ,citreũ,couimelliũ,cõditiuũ,ἐπιμηλὶς,muſteũ,martianũ,orbiculatũ, ogrã
nũ,pręcox,pãnuceũ,perſicũ,quirianũ,proſiuũ,rubrũ,ſcãdianũ,ſylueſtre,ſirutium,tybur,
Perſicũ. verianũ.Vides perſicũ a Cloatio inter mala numeratũ:qđ nomen originis ſuę tenuit,li-
Citreũ. cet iãdudũ noſtri ſoli germen ſit. Quod aũt ait idem Cloatiꝰ,Citreũ,& ipſum perſicum
malum eſt,ſecundũ Virgiliũ:Felicis mali quo non præſtantius vllum:& reliqua. Et vt
nemo dubitet hæc de citreo dixiſſe Virgilium, accipite quæ Oppius in lib.de ſylueſtri-
bus arboribus dicat. Citrea item malus. & perſica, altera generatur in Italia, & in Me-
dia altera.Et paulopoſt de citreo loquẽs ait. Eſt aũt odoratiſſimũ,ex quo interiectũ veſti
tineas necat.Fertur aũt venenis cõtrariũ,ꝙ tritũ cũ vino purgatiõe viriũ ſuarũ bibẽtes
ſeruat.Generãtur aũt ĩ Perſide oĩ tpe mala citrea.Alia eñ pręcarpũtur,alia ĩterim ma-
tureſcũt.Vides hic & citreum nominari,& omnia ſigna poni,quæ de eo Virg. dixit:li-
cet nomẽ citrei ille nõ dixerit.Nã & Homerus q citreũ θύον appellat,oſtẽdit eſſe odoratũ
Citroſa pomũ.θύου ἀπὸ καλὸν ὀδώδει. Et quod ait Oppius inter veſtem poni citreũ,idẽ ſignificat &
veſtis. Home.quum dicit εἵματα. Hinc & Næuius poeta in bello punico ait,Citroſam veſtem.
Pyrorũ ¶Pyra hæc quæ videmus,varietas nominũ numeroſa diſcernit. Nam idem Cloatius ſic
genera. eorum vocabula deſcribit.Anicianũ,cucurbitinum,ciritum,ceruiſca,calculoſum,cruſtu-
minum,decimanum,græculum,lollianum,lanuuinũ,laureum,lateresianum, marapium,
mileſium,myrteum,næuianum,orbiculatũ, precianũ, rubile,ſigninum,tullianũ,titianũ,
turrinianũ,Timoſum,præcox,volemiũ,meſpiliũ ſerum,ſementinũ ſerum,ſextilianum ſe
Ficorũ rũ,tarentinũ ſerum,valerianũ ſerũ. ¶Admonent nos & fici aridę,vt enumeremus gene
genera. ra ficorum,eodem Cloatio nos de his,vt de aliis,inſtruente. Sic eñ diuerſas ficus dili-
gentiæ ſuæ more dinumerat. Africa,albula,harũdinea,aſinaſtra, atra,paluſca, auguſta,
Ficꝰ felix biſera,carica,caldica,alba,nigra,calphurniana,chia,cucurbitina,duricoria,herculanea,la
& ĩfelix. uiana,ludia,leptoludia,marſica,numidica,pulla,pompeiana,præcox, tellana,atra. Scien-
Arbores dum ꝙ ficus alba ex felicibꝰ ſit arboribꝰ, contra nigra ex infelicibus. Docent nos vtrũꝙ
felices & pontifices.Ait eñ Veranius de verbis pontificalibus.Felices arbores putãtur eſſe,quer
infelices. cus,ęſculus,ilex,ſapinꝰ,fagꝰ,corylus,ſorbꝰ,ficus alba,pyrꝰ,malus,vitis,prunꝰ,cornus,lo
† Alnũ, thus.Tarqnius autẽ Priſcꝰ in oſtẽtario arborario ſic ait.Arbores q̃ inferũ deorũ,auertẽ-
vel at tiũꝙ in tutela ſunt,eas infelices nominant.† Alternũ ſanguine infelicem,ficũ atrã,quę-
Myrtũ. ꝙ baccam nigram,nigroſꝙ fructus ferũt:itemꝙ acrifoliũ, pyrum ſyluaticum,pruſcum,
rubum,ſenteſꝙ, quibꝰ portenta prodigiaꝙ mala comburi iubere oportet. Quid ꝙ ficũ
tanq̃ non pomũ ſecerni a pomis apud idoneos reperimus?Afranius in ſelia.Pomum,ho-
lus,ficum,vuã.Sed & Cice.œconomicon libro.iii.Neꝙ ſerit vitem,neꝙ quæ ſata eſt di-
† Lactis. ligenter colit:oleũ,ficus,poma non habet.Nec hoc ignorandũ eſt,ficum ſolã ex omnibꝰ
Fici groſ arboribus nõ florere.† Lacte proprie ficorũ dicitur. Groſſi appellantur fici,quæ nõ ma-
ſi. tureſcũt:hos Gręci dicũt ὀλύνθους.M.Attilius.In milibꝰ tot ficoꝝ nõ videbitis groſſum.
Et paulopoſt ait.Sumas ab alio lacte diffluos groſſos.Et Poſthumius Albinus annali pri
mo de Bruto. Ea cauſa ſeſe ſtultum brutumꝙ faciebat:groſſulos ex melle edebat.
Olearũ ¶Olearũ genera hæc enumerantur:Africana, albigerus,aquilia,alexandrina, ægyptia,
genera. culminea,conditiua,liciniana,orchas,oleaſter, pauſia,paulia,radius,ſalentina,ſergiana,
Vuarũ termutia.Sicut vuarum iſta ſunt genera.Aminea.ſ.a regione:nam Aminei fuerunt,vbi
genera. nunc Falernũ eſt:aſinuſca,atruſca,albuierus,albena,apiana,apicia,bumãmia,aut vt gr-
Aminei ci dicunt,βουμάμαθος:duracina,labruſca,melampſithia,maronia,mareotis,numentana,pre
vbi Fa- cia,prannia,pſithia,pilliolata,rhodia,ſtephanitis,venucula,variola,lagea.Inter hęc Prę-
lernum. textatus:Vellem Seruiũ noſtrum diutius audire,ſed hora nos quietis admonet,vt exor
to iubare,eloquio Symmachi domi ſuæ fruamur:atꝙ ita facta diſceſſio eſt.

¶VESALIENSIS IN QVARTVM LIBRVM.

¶Quemadmodũ libro pręcedẽti pontificij iuris expertiſſimũ fuiſſe Virgiliũ Prętextatus oſtẽdit:ita hoc libro quãtus in rhetorica idem poeta fuerit demõſtrat Euſebius. Verũ quota pars horũ ſeruata ab interitu eſt? Quã do & principiũ & finis cũ alijs tã multis deſiderãtur, vt vix ſextam libri huius partẽ extare ſit veri ſimile. Vtinã vero aut caſu, aut ſtudioſorũ induſtria aliqñ contingat, vt hęc ſi nõ oĩbus modis, at aliqua certe ex parte integritati ſuę reſtituãtur. Id quod tũ demum fore ſperare licuerit, ſicubi forte emendatius aliquod ex puluerulẽtis iſtis bibliothecis eruatur exẽplar. Alioqui aut ego plane deſipio, aut fieri iſtuc nõ poterit. Hęc ille.

ASCEN. Pathos dicit̃ affectio & paſſio: quas eñ nos paſſiones vocam⁹, Gręci pathe vocãt: vt ſunt, miſeratio, clęmẽtia, ſpes, gaudiũ, cõdolẽtia, ira, indignatio, timor, horror, deſperatio, dolor, triſtitia, & ſiles: ad quas multis modis trahimur, ex ętate, ex pſona, ex tpe, loco, cauſa, caſu, & aliis mltis: de qb⁹ hic quartus pcipue eſt, nõ multis qa aptus, exponẽdus. Qd̃ erat damnũ verecũdiæ: lego qd̃ erat dandũ. Scintillę abſiſtũt, abſcidũt, defundũtur.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIO. LIB. IIII.

De affectu, quod pathos dicitur, mouendo ex habitu perſonę. CAP. I.

NEc magis incepto vultũ ſermone mouet̃: Qȝ ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Tãdẽ corripuit ſeſe, atq̃ iimica refugit. Itẽ Pathos — *Pathos ex habitu & perſona. Æne.vi.*
eſt & in hoc verſu. Obſtupui, ſteterũtq̃ — *Æne.iii.*
comę, & vox faucib⁹ hęſit. Sed tota Da
retis fatigatio habitu depingit̃. Aſt il — *Ænei.v.*
lũ fidi ęq̃les genua ęgra trahẽtẽ, Quaſ
ſantẽq̃ vtroq̃ caput, craſſũq̃ cruorẽ Ore eiectãtẽ. Sociorȝ quoq̃ ei⁹ trepidationẽ breuiter
oñdit. Galeãq̃ enſemq̃ vocati Accipiũt. q̃ſi nõ ſpõte accepturi mun⁹, qd̃ erat dãdũ vere
cũdię. Ex eodẽ gñe eſt illud. Totoq̃ loquẽtis ab ore Scintillæ abſiſtũt, oclĩs micat acribus — *Æne.xii.*
ignis. Eſt & in deſcriptiõe lãguoris habit⁹: vt eſt tota deſcriptio pęſtilẽtiæ apud Thucy
didẽ. & Labit̃ infelix ſtudiorũ atq̃ imemor hęrbę Victor equus. Et, Demiſſę aures, incer — *Gęor.iii.*
tus ibidẽ Sudor: & ille qdẽ morituris frigid⁹. Eſt iter Pathe & pudor: vt circa Deiphobũ — *Æne.vi.*
pauitãtẽ, & dira tegẽtẽ Supplicia. Et luct⁹ habitu pdit̃: vt in Euryali matre: Excuſſi ma — *Æne.ix.*
nibus radii, reuolutaq̃ pẽnſa, Euolat infelix. Et Latinus quia miratur, Defixa obtutu te — *Æn.vii.*
net ora. Et Venus qa rogatura erat: Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitẽtes. Et Si — *Ænei.i.*
bylla qa inſanit: Subito non vultus, nõ color vnus, Non comptę mãſere comę. — *Æne.vi.*

ASCEN. Qm̃ ſatis. i. ad ſatietatẽ & multũ indignãtib⁹. Ecphoneſis dr̃ pnũciatio, ſȝ hic accipit̃ p exclamatione. Exclamat. n. Iuno p indignationẽ dicẽs Aene. vij. Heu ſtirpẽ iuiſam: ſic etiã accipiet̃ i pncipio capitĩ. vij. hui⁹. li.

Pathos tenore ipſo orationis quomodo exprimitur. CAP. II.

NVnc videam⁹ Pathos quo tenore orõnis exprimit̃. Ac primũ q̃ram⁹ qd — *Pathetica orõ.*
de tali orõne rethorica arte pcipit̃. Oportet. n. vt orõ pathetica, aut ad
indignationẽ, aut ad mĩam dirigat̃: q̃ a græcis οικτὸς ϗ δείνωσις appellat̃.
Horũ alterũ accuſatori neceſſariũ eſt, alterũ reo. Et neceſſe ẽ initiũ abru
ptũ habeat: qm̃ ſatis indignãtib⁹ leniter incipe nõ cõuenit. Ideo apd̃ Vir
giliũ Iuno ſic icipit. Quid me alta ſilẽtia cogis Rũpere? Et alibi. Me ne i — *Ænei.x.*
cepto deſiſtere victã? Et alibi: Heu ſtirpẽ iuiſam, & fatis cõtraria nr̃is Fata Phrygũ. Et Di — *Ænei.i.*
do: Moriemur iultę? Sed moriamur, ait. Et eadẽ: Pro Iuppiter ibit Hic ait. Et Priam⁹. At — *Æn.vii.*
tibi p ſcelere exclamat p talib⁹ auſis. Nec iitiũ ſolũ tale eẽ debet: ſed oĩs (ſi fieri põt) orõ — *Æn.iiii.*
pathetica: & breuib⁹ ſentẽtiis & crebris figurarũ mutatiõib⁹ debet: velut iter ęſt⁹ iracũ — *Ænei.ii.*
dię fluctuare. Vna ergo nobis virgiliana orõ p exẽplo ſit. Heu ſtirpẽ iuiſam. Initiũ ab ec — *Pathetica orõ ex*
phoneſi. Deĩde ſequũt̃ breues iterrogatiũculę. Nũ Sigeis occũbere cãpis? Nũ capti potue — *Æn.vii.*
re capi? nũ icẽſa cremauit Troia viros? Deiñ ſeqt̃ hypbole. Medias acies, medioſq̃ p ignes
Inuenere viã. Deĩde Ironia. At credo mea numina tãdẽ Feſſa iacẽt: odiis haud exaturata
qeui. Deinde auſus ſuos inefficaces q̃rit̃. Per vndas Auſa ſequi, & pfugis toto me oppo
nere põto. Secũda poſt hęc hypbole. Abſumptę i teucros vires cęliq̃ mariſq̃. Inde diſpſę
querelę. Quid ſyrtes aut ſcylla mihi, qd vaſta charybdis Profuit? Iũgit̃ inde argumẽtũ a

minore,vt Pathos augeatur.Mars perdere gentem Immanem lapithum valuit.Minor.ſ.
perſona.ideo illud ſequitur:Aſt ego magna Iouis coniunx.Deinde quũ cauſas quoq; cõ
tuliſſet,quãto impetu dea dixit!Infelix quę memet in omnia verti.Nec dixit nõ poſſum
perdere Æneam,ſed vincor ab Ænea.Deinde confirmat ſe ad nocendũ,& quod propriũ
eſt iraſcentis,etſi deſperet perfici poſſe,tamen impedire contenta eſt.
Flectere ſi nequeo ſuperos,Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis,eſto,prohibere latinis:
At trahere,atq; moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos excindere regum.
Poſt hęc in nouiſſimo,quod irati libẽter faciunt,maledicit.Sanguine Troiano & rutulo
dotabere virgo.Et protinus argumentũ a ſimili cõueniẽs ex pręcedẽtibus.Nec face tãtũ
Cyſſeis pręgnãs ignes enixa iugales. Vides q̃ ſæpe orationẽ mutauerit,ac frequentibus
figuris variauerit:qa ira,quę breuis furor eſt,nõ poteſt vnũ cõtinuare ſenſum in loquen
do.Nec deſunt apud eundẽ orationes miſericordiã cõmouentes.Turnus ad Iuturnam.
Æne.xii. An miſeri fratris letũ vt crudele videres!Et idem quũ auget inuidiã occiſorũ ꝑ ſe ami
corũ.Vidi oculos ante ipſe meos me voce vocãtẽ Muranũ. Et idem quũ miſerabilem for
tunã ſuã faceret,vt victo ſibi parceretur.Viciſti:& victum tendere palmas Auſonii vide
Ænei.x. re.Idem.Quos minime vellem.Et aliorũ preces orantium vitam.Per te,per qui te talem
genuere parentes.& ſimilia.

ASCEN.De habitu.i.qualitate,& firma diſpoſitiõe,pathus.i.affectiõis aut paſſionis:eſt em̃ genitiuus contra
ctus,cũ verus ab os neutri generis exeat in eos,vt pathos patheos,melos meleos,argos argeos. Loci oẽs ſunt
Virgiliani,in quo libro:notum eſt ipſum lectitantibus,inutile aũt diſcernere nõ lectitantibus.

Pathus ab ætate,a fortuna,debilitate,loco,tempore. CAP,III.

Pathos ab ętate. NVnc dicamus de habitu Pathus,quod eſt vel in ætate, vel in debilitate,
& cęteris quę ſequũtur.Elegãter hoc ſeruauit,vt ex oĩ ętate Pathos mi
ſericordię moueret.Ab infantia.Infantũq; aĩę flentes in limine primo.A
pueritia:Infelix puer atq; impar congreſſus Achilli.Et,Paruumq; patri
tendebat Iulum.Vt non minus miſerabile ſit periculum in paruo, q̃ in
filio.Et,Supereſt coniunx ne Creuſa,Aſcaniuſq; puer! Et alibi. Et par
ui caſus Iuli. A iuuenta vero. Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum. Pubenteſq;
genæ,iuuenili in corpore pallor. A ſenecta. Dauni miſerere ſenectæ. Et,Ducitur infelix
æuo confectus Aletes.Et,Canitiem multo deformat puluere.
Pathos a fortuna. Mouit & a fortuna modo miſericordiã,modo indignationem.Miſericordiã.Tot quõ
dam populis terriſq; ſuperbũ Regnatorem Aſiæ. Et Sinon:Et nos aliquod nomenq; de
cuſq; Geſſimus.Et,Auſoniiſq; olim ditiſſimus aruis.Indignationẽ vero ex verbis Didõ
nis:Et noſtris illuſerit aduena regnis. Eleganter em̃ ex contemptu Æneæ auget iniuriã
ſuã. Et Amata:Exulib[9] ne dať ducẽda Lauinia teucris! Et Numan[9]:Bis capti Phryges.
Pathos a debilitate. Mouit Pathos miĩę & ex debilitate.Ex quo me diuum pater atq; hominũ rex Fulminis
affiauit vẽtis,& cõtigit igni.Et alibi:Et trũcas inhoneſto vulnere nares. Et de Mezẽtio:
Attollit in ęgrũ Se femur.Et,Huc caput atq; illuc hũero ex vtroq; ꝑpẽdit.Et,Te deciſa
ſuũ Laride dextera quęrit. Et,Acerq; cruẽto Puluere ꝑq; ꝑdes traiectus lora tumẽtes.
Pathos a loco. Mouit Pathos miſericordię frequẽter & a loco:Quũ vitã in ſyluis ĩter deſerta ferarũ
Luſtra domoſq; traho,& Libyę deſerta pagro.Et,At nos hic alii ſitiẽtes ibim[9] afros,Pars
Scythiã,& rapidũ Cretę veniemus oaxẽ.Et illud egregie & breuiter:Ter circũ iliacos ra
ptauerat Hectora muros.Iliacos.i.patrię muros,quos ipſe defenderat,pro quibus effica
citer per.x.annorũ ſpatia pugnauerat.Et illud,Nos patriã fugimus.Et,Littora quũ pa
trię lachrymãs portuſq; relinquo.Et,Dulces moriens reminiſcitur Argos.Et,Ignarũ lau
rẽs habet ora mimãta Lyrneſi domus alta ſolo laurẽte ſepulcrũ.Et vt Agamẽnonẽ indi
gne oſtẽderet occiſum,aſſumpſit locũ:Prima inter limina dextra Oppetiit.Et illud.Mœ
nibus in patriis atq; ĩter tuta domorũ.Sacer vero locus ꝓcipue pathos mouet.Occiſum
Georg. iiii. inducit Orphea,& miſerabiliorẽ ĩteritũ ei[9] a loco facit.Inter ſacra deũ,nocturniq; orgia
Bacchi.Et in euerſiõe Troię.Perq; domos & relligioſa deoꝝ Limina. Caſſandrę quoq; ra
ptũ vel diminutionẽ q̃ miſerabilẽ facit ſacer loc[9]! Ecce trahebať a tẽplo adytiſq; Miner
uę.& alibi.Diuę armipotẽtis ad arã Procubuit.& Andromache,quũ de Pyrrhi nece dice
ret,vt ĩuidiã occidẽtis exprimeret:Excipit ĩcautũ,patriaſq; obtrũcat ad aras.Et Ven[9] q;

Æneas in mari vexatur ira Iunonis,q̃ inuidioſe q̃ritur Neptuno de loco?In regnis hoc auſa tuis.

Pathos a tẽpore

¶Fecit ſibi Pathos ſępe & ex tpe.Priuſq̃ Pabula guſtaſſent Troię Xãthũq; bibiſſent. Et Orpheus miſerabilis ex lõgo dolore.Septẽ illũ totos ꝑhibẽt ex ordine mẽſes. Et Palinurus.Vix lumine quarto proſpexi Italiam.Et Achimenides:Tertia iã lunę ſe cornua lumine complent.Et,Septima poſt Troiæ excidium iam vertitur æſtas.

ASCEN.In Galeſi cęde multiplex eſt pathos:dicit em̃ æneid.vij.Seniorq; Galeſus Dũ paci mediũ ſe offert,iuſtiſſimus vnus Qui fuit,Auſoniiſq; olim ditiſſimꝰ aruis &c.Vbi primũ pathos eſt ab ętate,q̃a ſenior:ſecũdũ a cauſa,q̃a dũ paci mediũ ſe offert:Tertiũ ab imerito,q̃a iuſtiſſimus vnus.Quartũ a ꝯditione fortunarũ,q̃a ditiſſimus:Durius aũt eſt diuiti ſua relinquere ꝑ mortẽ,q̃ pauperi in calamitatibus victuro. Q̃d aũt additur alieno vulnere,nõ eſt de Galeſo dictũ,ſed alterum exemplum patheos a cauſa,dum ſcilicet quis indignus ſternitur alieno vulnere.i.alteri debito,& telo in alium directo.Tertiũ a cauſa iniqua,quia bella vetabat,vt Aenei.ij.Multa gemens:pathos deſcribitur in bruto,vtpote in tauro:Gęorg.iij.Statuę impoſitum.i.loco ſtatuę aſſignato,vt e ſublimi nuditas ignominioſior eſſet.

Pathos a cauſa,modo & materia. Cap.IIII.

Pathos a cauſa.

FRequens apud illũ Pathos a cauſa , re vera em̃ plerũq; efficit cauſa, vt res aut atrox,aut miſerabilis videat:vt Cicero in Verrem.Qui ob ſepulturã in carcere necatorũ a parẽtibꝰ rogabat.Hoc em̃ nõ tam ob rogari,aut pecuniã exigere,q̃ ob hãc cauſam,indignũ erat.Et Demoſthenes quũ querit quẽdã inuidia circũuentũ ,ex cauſa auget iuidiã. Circũuenit inq̃t arbitrũ q̃ inter me atq; ſe integre iudicauerat.Ergo & Virgilius egregie ſępe ex hoc loco traxit affectũ.Occidit inquit in acie Galeſus.Hoc ꝑ ſe nõ eſt dignũ miſericordia belli tẽpore,ſed admouit cauſam , Dũ paci medium ſe offert.Idẽ alio loco.Sternit infelix. Deĩde ſubiicit cauſam miſerabilem, Alieno vulnere.i.quũ in aliũ telũ eſſet emiſſum.Et quũ Palamedẽ indigne occiſum vellet:Quẽ falſa ſub proditione pelaſgi Inſontẽ infando indicio,quia bella vetabat,Demiſere neci.Et Æneas vt oſtenderet magnitudinem timoris ſui,bene cauſam poſuit.Et pariter comitiq; onerıq; timentẽ.Quid Iapix vt contẽptis cęteris artificiis inglorius(quẽ admodũ poeta ait) viueret,qualis cauſa proponitur?Ille vt depoſiti proferret fata parẽtis.Ex eodem genere eſt:Fallit te incautũ pietas tua.Hæc em̃ cauſa illum hoſtibus etiã ſic miſerabilem fecit.Sed Æneas quũ hortatur vt ſepeliantur occiſi,quã cauſam proponit?Qui ſanguine nobis Hãc patriã peperere ſuo. Necnõ & indignatio demõſtrat a cauſa,vt illic.Multa gemens,ignominiam plagaſq; ſuperbi Victoris,tũ quos amiſit inultus amores.Et illud a cã eſt ex affectu idignãtis.An ſolos tãgit Atridas iſte dolor? ſoliſq; licet capere arma Mycenis?Et illud.At tu dictis albane maneres.Et illa oĩa.Vændidit hic auro patriam.Quiq; ob adulterium cæſi.Nec partem poſuere ſuis.

Æn.vii. — Iapix. — Geor.3.

Pathos a modo & a materia.

¶Ad Pathos mouẽdũ nec duos illos ꝑtermiſit locos,quos rhetores appellãt a modo & a materia.Modꝰ eſt quum dieo,occidit manifeſte vel occulte. Materia eſt,quũ dico ferro vel veneno.Demoſthenes de modo inuidiã Midię facit,ſe pulſatum cothurno: Cicero Verri,quũ nudũ quẽdã dicit ab eo ſtatuę impoſitũ.Virgilius nõ minus euidẽter:Altaria ad ipſa tremẽtẽ Traxit,& in multo lapſantẽ ſanguine nati.Et,capulo tenus abdidit enſem.Et illa oĩa a modo ſunt:Roſtroq; immanis vultur adunco Immortale iecur tundens,& reliqua.Et,Quos ſuper atra ſilex iamiã lapſura cadẽti Imminet aſſimilis.Sed & miſericordiã a modo ſæpe cõmouet,vt de Orpheo.Latos iuuenẽ ſparſere ꝑ agros. Et illud.Obruit auſter aqua inuoluẽs nauẽq; viroſq;.Et,Saxũ ingẽs voluũt alii. Et,Mortua q̃n etiã iũgebat corpora viuis.& in georgicis,Nec via mortis erat ſimplex.& cętera in deſcriptione morbi.Sed & materia apud rhetores pathos mouet,vt dũ q̃rit Cicero flãmã ex lignis viridibꝰ factã,atq; ibi incluſum fumo necatũ . Hoc.n.a materia eſt:q̃m hic vſus eſt fumo materia ad occidẽdũ,vt alius gladio,alius veneno:& ideo acerrimum pathos ex hoc motũ eſt.Idẽ facit & quũ flagellis cęſum q̃rit ciuẽ Romanũ. Inuenies idem apud Virgiliũ.At pater oĩpotẽs dẽſa inter nubila telũ Cõtorſit:nõ ille faces nec fumea tędis,& reliqua.Elegãter aũt illius q̃dẽ materia eluſit:ex huiꝰ aũt vera & vehemẽti materia expſſit iracũdiã.Et ſingula quidẽ enumerauimus,ex q̃bꝰ apud rhetores pathos naſcit,q̃bus oſtẽdimus vſum Maronẽ.Sed nõnunq̃ Virgiliꝰ in vna re ad augendũ pathos duobꝰ aut pluribꝰ locis cõiũctis vtit:vt in Turno ab ętate:Miſerere parẽtis Longęui.A loco.Quẽ nũc mœſtũ patria Ardea lõge diuidit.Et circa Caſſandrã ex mõ:Ecce trahe-

Pathos a pluribus.

bat.Ex habitu corporis.Paſſis priameia virgo crinib⁹.Ex loco.A tēplo adytiſq; Mineruę.Et circa Agamēnonē a patria.Ipſe Mycenęus.A fortuna.Magnoꝝ ductor achiuum. A neceſſitudine.Cōiugis infandū.A loco.Prima intra limina dextra. Tacite quoq; quaſi p deffinitionē pathos mouere ſolet,quū res q̄ miſeratione mouet,nō dilucide dicitur, ſed dat intelligi:vt quū Mezentius dicit,Nūc alte vuln⁹ adactū.Quid em̄ aliud ex hoc intelligēdū eſt,q̄ hoc altū vuln⁹ eſſe amittere filiū?Et rurſus idē:Hæc via ſola fuit qua perdere poſſes.Sed hic ſcilicet accipiēdū eſt pire eē amittere filiū. Et Iuturna quū q̄rit, ꝙ adiuuare fratrē ꝓhibeat,Immortalis ego.Quid em̄ ſequitur?non eſt immortalitas in luctu viuere.Hęc vt dixi vim definitionis habent,& a poeta elegāter introducta ſunt.

ASCEN.Vnius ob noxam.Signandum ꝙ dicit noxā leuis culpę nomen eſſe.Demeſſum.i.decerptu;: pollice .i.pollicis & proximi digiti vnguib⁹.Nimium pathetice,quia rei inanimę vtpote furori,attribuit pathos animatorum,vt eſt fremere &c.

Pathos a ſimili:vtpote ab exemplo,a parabola,& ab imagine. Cap.V.

Pathos circa rē. SVnt & in arte rhetorica ad Pathos mouendū etiam hi loci,qui dicūtur circa rem,& mouendis affectibus popportuni ſunt:ex q̄bus prim⁹ eſt a ſimili.Huius ſpecies ſunt tres,exemplum,parabola,imago.Gręce παράδειγμα,παραβολή,εἰκών.Ab exemplo.Virgilius.

Pathos ab exemplo.

Si potuit manes accerſere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara fidibuſq; canoris,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit: Quid Theſea?
Magnum quid memorem Alcidem? Antenor potuit mediis elapſus achiuis.&c.

Hęc em̄ oīa miſericordiā mouēt,qm̄ indignū videt negari ſibi,qđ aliis indultū eſt.Deīde vide vnde auget inuidiā:Si potuit manes accerſere coniugis Orpheus. Habes cauſā diſparem:manes illic coniugis,hic patris:illic accerſere,hic videre. Threicia fretus cithara.Hic miſericordiā eius irriſit.Si fratrē Pollux alterna morte redemit,Itq; reditq; viā toties.Hoc iā a modo:Plus eſt enim ſæpe ire,q̄ ſemel.Quid Theſea,magnū quid memorem Alcidem?Hic ꝓpter egregias pſonas nō habuit qd minueret,vel qd augeret,verum qđ in illis elucebat,hoc ſibi iactat cū iis eſſe cōmune.Et mi gen⁹ ab Ioue ſummo.Simile eſt & illud ab indignatione.Quid.n.ait Iuno?Pallas ne exurere claſſem Argiuum.Iā hoc plus eſt claſſem victricem,q̄ reliquias fugiētiū.Deinde cām minuit.Vni⁹ ob noxam

Noxa. & furias Aiacis Oilei.Quā minuit vt noxā diceret,qđ leuis culpę nomē eſt: Et vni⁹,ꝙ facile poſſit ignoſci:& furētis,vt nec culpa ſit.& alibi.Mars pdere gētē Immanē lapithū valuit.vides eaſdē obſeruatiōes,gētē & imanē.Deinde aliud exēplū:Conceſſit ī iras Ipſe deū antiquā genitor calydona Dianę.Antiquā,vt plus honoris accederet ex vetuſtate. Deinde ī vtro ꝑ cām minuit.Qđ ſcelus aut lapithis tātū,aut calydone merente.

Pathos a parabola. ❡Parabola vero,qm̄ magis hoc poetę cōuenit,ſępiſſime pathos mouit,quū aut miſerabilem,aut iracundum vellet inducere.Miſerabilem ſic.Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra.Qualis commotis excita ſacris Thyas.Qualē virgineo demeſſum pollice florem.& aliæ plurimæ patheticæ parabolæ,in quibus miſeratus eſt. Quid de ira? Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,Dum fremit ad caulas.Et,Mugitus veluti fugit quum ſaucius aram Taurus.Et alia plura ſimilia qui quęrit inueniet.

Pathos ab imagine. ❡Et imago,quę ē a ſimili pars tertia,idonea eſt mouēdis affectib⁹.Ea fit,quū aut forma corporis abſentis deſcribit,aut oīno q̄ nulla eſt fingit.Vtrūq; Virgili⁹ elegāter fecit. Illud pri⁹ circa Aſcaniū,O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago:Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat.Fingit vero quum dicit:Quam fama ſecuta eſt, Candida ſuccīctam latrantibus inguina mōſtris.Sed prior forma οἰκτρὸν pſtat,hęc δεινωσιν.i.prior miſericordiam commouet,horrorem ſecunda.Sicut alibi. Et ſciſſa gaudēs vadit diſcordia palla: Quam conſanguineo ſequitur bellona flagello.& omnia illa quæ de forma dixit.Sed illud nimium pathetice.Furor impius intus Sæua ſedens ſuper arma,& centum vinctus ahenis Poſt tergum nodis,fremit horridus ore cruento.

ASCEN.Sortitus nō ꝑtulit vllos.i.ꝑ ſortes īter victores miſſas nō agnouit dn̄m cui ſeruiret:vt ipſa prius pyrrhū,q eā poſt famulā famulo heleno trāſmiſit habendā.O terq; quaterq; beati:nō exprimit pathos,niſi ad dat qđ ſequit æнei.j.Quis an̄ ora patrū Troię ſub mœnib⁹ altis Cōtigit oppetere.Et Homer⁹:idē fecit. apponēda ſunt ꝟba Homeri ſicui loc⁹ occurrerit.Dicēdo aūt nō aliter,nō oīno pathos a maiore duci oñdit:qa lʒ cā videat maior,effectū tn̄ cēſet parē,vtpote luctū:& apte ad futuroꝝ hiſtoriā reſpiciēs exēplū hoc īducit:qa Scipio q eā deleuit,in eius cōflagratione fleuit.Tantū ſperare:qa ominis mali verbū & reginę indecorum fuiſſet timere aut timuiſſe:ideo ſperare dixit.Et ꝓdulce decus:qa plenū nō erat,adſcripſi:primo certamīe poſſet:ex æнei.xj.

Pathos a minori,a maiori,a præter ſpem,a ſimili paſſione,a ſermone ad inanima,ab addubitatione,ab atteſtatione,& ab hyperbole. Cap.VI.

Pathos a minori.

DIximus a ſimili,nunc dicamus a minore pathos a poeta poſitũ.Nempe quum aliquid proponitur quod per ſe magnũ ſit,deinde minus eſſe oſtenditur q̃ illud quod volumus augeri,ſine dubio infinita miſeratio mouetur.Vt eſt illud:O felix vna ante alias priameia virgo Hoſtilem ad tumulum Troię ſub mœnibus altis Iuſſa mori. Primum ꝙ ait felix comparationem ſui fecit:deinde poſuit a loco,Hoſtilẽ ad tumulum:& a modo,qđ non minus acerbũ eſt,Iuſſa mori.Sic ergo hęc accipienda ſunt:q̃uis hoſtilem ad tumulum,q̃uis iuſſa mori:felicior tñ q̃ ego,qa ſortitus non pertulit vllos.Simile eſt & illud.O terꝗ quaterꝗ beati.Et quod de Paſiphae dicit:Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.Deinde vt minus hoc eſſe monſtraret. At non tam turpes pecudũ tñ vlla ſecuta eſt Cõcubitus.Quid illud nonne vehementer patheticũ eſt a minore?Nec vates Helen⁹,quũ multa horrẽda moneret,Hos mihi pdixit luct⁹,nõ dira Celeno.Quid hic intelligimus,niſi omnia quę paſſus erat minora illi viſa,q̃ patris mortẽ?

Pathos a maiore.

CA maiore negauerunt quidã rem augeri poſſe.Sed eleganter hoc circa Didonẽ Virg. induxit.Non aliter q̃ ſi immiſſis ruat hoſtib⁹ omnis Carthago,aut antiqua Tyrus.Dixit enim non minorem luctum fuiſſe ex vnius morte,q̃ ſi tota vrbs,quod ſine dubio eſſet maius,ruiſſet.Et Homerus idem fecit.

Pathos a loco pręter ſpem

CEſt apud oratores & ille locus idoneus ad pathos mouendũ,qui dicitur, pręter ſpem. Hunc Virgilius frequenter exercuit:Nos tua progenies cæli quibus annuis arcẽ.& cætera.Et Dido.Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,Et perferre ſoror potero.Æneas de Euandro.Et nũc ille quidẽ ſpe multũ captus inani Fors & vota facit. Et illud: Aduena noſtri Quod nunq̃ veriti ſumus,vt poſſeſſor agelli Diceret, hęc mea ſunt,veteres migrate coloni.Inuenio tamen poſſe aliquem ex eo,quod iam ſperauerit,mouere pathos:vt Euander.Haud ignarus eram quantum noua gloria in armis,Et prędulce decus,primo certamine poſſet.

Pathos de ſimilitudine paſſionis.

COratores ὁμοιοπάθειαν vocant,quoties de ſimilitudine paſſionis pathos naſcit̃,vt apđ Virgiliũ.Fuit & tibi talis Anchiſes genitor.Et,Patrię ſtrixit pietatis imago.Et,Subiit chari genitoris imago.Et Dido.Me quoꝗ per multos ſimilis fortuna labores.

Pathos ad inanimalia & muta.

CEſt & ille locus ad pmouẽdũ pathos,in quo ſermo dirigitur,vel ad inanimalia,vel ad muta,quo loco oratores frequenter vtuntur. Vtrũꝗ Virgilius bene pathetice tractauit,vel quum ait Dido,Dulces exuuię dum fata deuſꝗ ſinebant.vel quum Turnus,Tuꝗ optima ferrum Terra tene.& idem alibi:Nunc o nunq̃ fruſtrata vocat⁹ Haſta meos. Et,Rhebe diu res ſiqua diu mortalibus vlla eſt,Viximus.

Pathos ab addubitatione.

CFacit apud oratores Pathos etiam addubitatio,quam græci ἀπόρησιν vocãt. Eſt enim vel dolentis vel iraſcentis,dubitare quid agas.En qđ ago?Rurſus ne procos irriſa priores Experiar?Et illud de Orpheo.Quid faceret?quo ſe rapta bis cõiuge ferret?Et de Niſo.Quid faciat?qua vi iuuenem,quib⁹ audeat armis Eripere?Et Anna permouet̃:Quid primum deſerta querar?comitem ne ſororem?

Pathos ab atteſtatione

CEt atteſtatio rei viſę apud rhetores pathos mouet.Hoc Virgilius ſic exequit̃. Ipſe caput niuei fultum Pallantis & ora Vt vidit,lęuiꝗ patens in pectore vulnus.& illud. Impleuitꝗ ſinum ſanguis. Et,Morienſꝗ ſuo ſe in ſanguine verſat.

Et,Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Et,Ora virum triſti pendebant pallida tabo.

Et,Voluit̃ Euryalus leto,pulchroſꝗ p artus It cruor.

Et,Vidi egomet duo de numero quũ corpora noſtro.

Pathos p hyperbolen.

CFacit hypbole.i.nimietas pathos,p quã exprimit̃ vel ira vel miſericordia.Ira,vt quũ forte dicim⁹,milies ille pire debuerat.qđ eſt apđ Virgiliũ.Oẽs p mortes aĩam ſontẽ ipe dediſſem.Miſeratio,quũ dicit,Daphni tuũ Pœnos etiã ingemuiſſe leones Interitum.

CNaſcitur præter hæc de nimietate vel amatorium,vel alterius generis pathos.Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.Et illud ſeorſum:Maria ante exurere Turno, q̃ ſacras dabitur pinus.

Et,Non ſi tellurem effundat in vndas.

ASCEN. Tuentibus hircis, verius q̃ hirquis legit: qa hiſtoriã reſpicit qua Hirci capræ amatorem trucidaue runt: apud Cęliũ. Ignarus & abſit: nõ omittẽda erat & coniunctio, vt habet Aeneid. x. Sane huic libro deeſt finis in quo ſaltẽ conuiuialis erat ſermo habendus. ¶ In ſequentes libros, quia alterius ſunt negocij, pendent em̃ ex cõparatione græcorũ & latinorũ poetarũ, & ex medicorũ de eſculẽtis placitis, ſũtq; alioq facili ſtilo, nulla nũc quidẽ adſcribam ſcholia: ſed eos in capita diſtinguã, & quod videbit marginibus adnotabo.

De Patho per exclamationẽ, Silentiũ, repetitionẽ, & obiurgationem. Cap. VII.

Pathos p exclamationem.

EXclamatio, q̃ apud grecos ἐκφώνησις dicit, mouet pathos. Hæc fit interdũ ex pſona poetæ, nõnunq̃ ex ipſius quẽ inducit loquẽtẽ. Ex pſona qdẽ poetę eſt. Mãtua vęh miſerę nimiũ vicina Cremonę. Infelix, vtcũq; ferẽt ea fata nepotes. Crimẽ amor veſtrum. & alia ſimilia. Ex perſona vero alterius. Dii capiti ipſius generiq; reſeruent. Et, Dii talia graiis Inſtaurate, pio ſi pœnas ore repoſco. Et, Dii talem terris auertite peſtem.

Pathos p ſilẽtiũ

¶ Contraria huic figurę ἀποσιώπησις, quod eſt taciturnitas. Nã vt illic aliqua exclamando dicimus, ita hic aliqua tacendo ſubducimus, quæ tamen intelligere poſſit auditor. Hoc autem præcipue iraſcentibus conuenit. vt Neptunus. Quos ego. ſed motos pſtat componere fluctus. Et Mneſtheus. Nec vincere certo!
Q̃q̃ o. ſed ſuperent, quibus hoc Neptune dediſti. Et Turnus.
Q̃q̃, o ſi ſolitæ quicq̃ virtutis adeſſet. Et in Bucolicis.
Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis,
Et quo, ſed faciles nymphæ riſere, ſacello. *Sed* & miſeratio ex hac figura mota eſt a *Si*none. Donec Calchante miniſtro. *Sed* quid ego hæc autem nequicq̃ ingrata reuoluo!

Pathos ex repetitione.

¶ Naſcitur pathos & de repetitione, quam gręci ἐπαναφορὰν vocant, quum ſentẽtiæ ab iiſdem nominibus incipiunt.
Hinc Vergilius. Eurydicen vox ipſa & frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen anima fugiente vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Et illud.
Te dulcis coniunx, te ſolo in littore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat. Et illud.
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fuſcinus vnda, Te liquidi fleuere lacus.

Pathos per obiurgationem.

¶ ἐπιτίμησις, quę eſt obiurgatio, habet & ipſa Pathos, id eſt, quum obiecta iiſdẽ verbis refutamus. Æneas ignarus abeſt! ignarus & abſit.

MACROBII AVRELII
THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER QVINTVS.

Virgilius ſi non in aliis, ſaltẽ in hoc Ciceroni pferendus eſt, ꝙ Cicero in vno tm̃ dicẽdi genere, Virgiliꝰ in oĩbꝰ excelluit. Et ꝙ quatuor ſint dicẽdi gña, & ſtilus duplex. Ca. I.

POST HÆC quũ pauliſp Euſebius qe uiſſet, oẽs inter ſe conſono murmure, Virgiliũ nõ minꝰ oratorem, q̃ poetam habẽdũ pnunciabant, in quo & tanta ornãdi diſciplina, & tã diligẽs obſeruatio rhetoricę artis oſtẽderet. Et Auienus, dicas mihi inquit volo doctorũ optime, ſi cõcedimꝰ (ſicut neceſſe eſt) oratorẽ fuiſſe Virgiliũ, ſiqs nũc velit orãdi artẽ cõſeq, vtrũ magis ex Virgilio, an ex Cicerone pficiat! Video qd agas inqt Euſebiꝰ, qd intẽdas, quo me trahere coneris, eo ſcilicet quo minime volo, ad cõparationẽ Maronis & Tullii. Verecũde enĩ interrogaſti, vter eoꝝ p-

ſtantior, qñquidẽ neceſſario is plurimũ collaturus ſit,qui ipſe plurimũ p̃ſtat.Sed iſtam mihi neceſſitatẽ altam,& ꝓfundã remittas volo,qa nõ noſtrũ inter illos tantas cõponere lites.Nec auſim in vtrãuis partẽ talis ſentẽtię author videri. Hoc ſolũ audebo dixiſſe,quia facundia Mantuani multiplex & multiformis eſt,& dicendi genus oẽ cõplectit̃: Ecce enim in Cicerone veſtro vnus eloquentię tenor eſt:ille abũdãs,& torrẽs,& copioſus.Oratorũ aũt nõ ſimplex,nec vna natura eſt,ſed hic fluit & redundat,cõtra ille breuiter & circũciſe dicere affectat:Tenuis qdã & ſiccus & ſobriꝰ amat quandam dicendi frugalitatem,alius pingui & luculenta & florida oratione laſciuit.In qua tãta oĩm diſſimilatione, vnus omnino inuenitur Virg.qui eloquentiam ex omni genere cõflauerit.

Virgilii laus.

¶Reſpõdit Auienus,Apertius vellẽ me has diuerſitates ſub pſonarũ exemplis doceres. Quatuor ſunt inqt Euſebiꝰ gña dicẽdi.Copioſum,in quo Cicero dominat̃.Breue,ĩ quo Salluſtius regnat.Siccũ,qđ Frontoni aſcribit̃.Pingue & floridũ,in quo Pliniꝰ ſecundus quõdã,& nũc nullo veterũ minor noſter Symmachus luxuriat̃. Sed apud vnũ Maronẽ hęc quatuor gña reperies.Vis audire illũ tãta breuitate dicẽrẽ,vt arctari magis & contrahi breuitas ipa nõ poſſit?Et cãpos vbi Troia fuit.Ecce pauciſſimis verbis maximam ciuitatẽ hauſit & abſorpſit,nõ reliqt illi nec ruinã.Vis hoc ipm copioſiſſime dicat? Venit ſumma dies & ineluctabile tẽpus Dardanię,fuimꝰ troes,fuit Iliũ & ingẽs Gloria teucrorũ:ferus oĩa Iuppiter Argos Trãſtulit,incẽſa danai dominant̃ ĩ vrbe. O patria,o diuũ domꝰ Iliũ,& ĩclyta bello Mœnia dardanidũ.Quis cladẽ illiꝰ noctis,quis funera fando Explicet,aut poſſit lachrymis ęquare labores? Vrbs antiqua ruit,multos dñata p annos.Quis fons,qs torrẽs,qđ mare tot fluctibꝰ,quot hic verbis inundauit?Cedo nũc ſiccũ illud genus elocutiõis.Turnus vt anteuolãs tardũ p̃ceſſerat agmẽ, Viginti lectis eqtũ comitatus,& vrbi Improuiſus adeſt,maculis quẽ thracius albis Portat equus,criſtaꝗ tegit galea aurea rubra.Hoc idẽ quo cultu,q̃ florida orõne quũ libuerit ꝓferet?Forte ſacer Cybele Choreus olimꝗ ſacerdos Inſignis lõge phrygiis fulgebat in armis,Spumãteꝗ agitabat equũ,quẽ pellis ahenis In plumã ſquãmis auro cõſerta tegebat:Ipſe pegrina ferrugine clarus & oſtro Spicula torqbat lycio Cortynia cornu,Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurũ.Sed hęc qdẽ inter ſe ſepata ſunt.Vis aũt videre quemadmodũ hęc quatuor gña dicendi Virgilius ipſe pmiſceat,& faciat vnũ qddã ex oĩ diuerſitate pulcherrimũ tẽpramẽtũ?Sępe etiã ſteriles incẽdere ꝓfuit agros,Atꝗ leuẽ ſtipulã crepitãtibus vrere flammis,Siue inde occultas vires & pabula terrę Pinguia cõcipiũt,ſiue illis omne per ignem Excoquitur vitium,atꝗ exudat ĩutilis humor:Seu plures calor ille vias & cæca relaxat Spiramenta,nouas veniat qua ſuccus in herbas: Seu durat magis,& venas aſtringit hiantes,Ne tenues pluuię rapidive potentia ſolis Acrior,aut boreæ penetrabile frigus adurat.Ecce dicendi genus, quod nuſq̃ alibi deprehendes,in quo nec præceps breuitas,nec infinita copia,nec ieiuna ſiccitas,nec lętitia pinguis.

Dicẽdi gña quatuor.

Abſorpſit.

¶Sunt p̃terea ſtili dicẽdi duo diſpari moralitate diuerſi.Vnꝰ eſt maturus,& grauis,q̃lis Craſſo aſſignat̃.Hoc Virgiliꝰ vtit̃,quũ Latinus pcipit Turno.O p̃ſtans animi iuuenis quãtũ ipſe feroci Virtute exuperas,tãto me impenſiꝰ ęquũ eſt Cõſulere,& reliq.Alter huic cõtrariꝰ,ardẽs & erectus & infenſus,quali eſt vſus Antoniꝰ. Nec hũc apđ Virgiliũ niſi fruſtra deſideraueris.Haud talia dudũ Dicta dabas:morere,& fratrẽ ne deſere frater.Vides ne eloquentiam omnium varietate diſtinctam?quã quidem mihi videt̃ Virgilius,non ſine quodam pręſagio,quo ſe omnium profectibus præparabat,de induſtria pmiſcuiſſe,idꝗ non mortali ſed diuino ingenio pręuidiſſe:atꝗ adeo non aliũ ducem ſecutus q̃ ipſam rerum omnium matrem naturã,hanc p̃texuit velut in muſica cõcordiã diſſonorũ.Quippe ſi mundũ ipſum diligenter inſpicias,magnam ſimilitudinẽ diuini illius & huius poetici operis inuenies.Nã qualiter eloquẽtia Maronis ad oĩm mores integra eſt,nũc breuis,nunc copioſa,nunc ſicca,nunc florida,nũc ſimul oĩa,interdũ lenis aut torrẽs:ſic terra ipſa hic lęta ſegetibꝰ & pratis,ibi ſyluis & rupibꝰ hiſpida,hic ſicca arenis,hic irrigua fontibꝰ,pars vaſto aperit̃ mari.Ignoſcite,nec nimiũ me vocetis,q naturę rerũ Virgiliũ cõparaui.Intra ipm eñ mihi viſum eſt,ſi dicerẽ decẽ rhetorũ q apud Athenas atticas floruerunt,ſtilos inter ſe diuerſos hunc vnum permiſcuiſſe.

Stili dicẽdi.ii.

Quę Virgilius traxerit a gręcis:ꝗꝙ tota Æneis effigiata ſit ad exemplar Iliados atꝗ Odyſſeę Homericæ. Cap.II.

TVnc Euāgelus irridēti ſimilis: Bene inquit opifici deo a rure Mantuā
no poetam comparas,quem gręcos rhetores,quoꝝ feciſti mentionē,nec
oīno legiſſe aſſeuerauerim. Vnde enim Veneto ruſticis parentibus na
to,inter ſyluas & frutices educato,vel leuis gręcarū notitia literarū?
¶Et Euſtathius:Caue inquit Euāgele,gręcorum quenq̄ vel de ſummis
authoribus tantā gręcę doctrinę hauſiſſe copiam credas,quantam ſoler
tia Maronis vel aſſecuta eſt,vel in ſuo opere digeſſit.Nam præter philoſophiæ & aſtro
nomiæ amplam illam copiam,de qua ſupra diſſeruimus,non parua ſunt alia quę traxit
a græcis,& carmini ſuo tanq̄ illic nata conſeruit.
¶Et Prætextatꝰ: Oratus ſis inq̄t Euſtathi,vt hęc quoq; communicata nobiſcum velis,
quantum memoria repente incitata ſuffecerit.Omnes Prætextatum ſecuti ad diſſeren
dum Euſtathium prouocauerunt.Ille ſic incipit.
¶Quę Virgiliꝰ traxit a gręcis dicturū ne me putatis ea q̄ vulgo nota ſunt,ꝙ Theocri-
tū ſibi fecerit paſtoralis operis authorē,ruralis Heſiodū,& ꝙ in ipſis georgicis tēpeſta-
tis ſerenitatiſq; ſigna de Arati phęnomenis traxerit?Vel ꝙ euerſionē Troiæ cū Sinone
Piſāder poeta. ſuo & equo ligneo cęteriſq; oībus q̄ librū ſecūdū faciūt,a Piſādro pene ad verbū trāſcri
pſerit?q̄ inter gręcos poetas eminet opere,ꝙ a nuptiis Iouis & Iunonis incipiēs, vniuer
ſas hiſtorias,q̄ mediis oībꝰ ſeculis vſq; ad ętatē ipſiꝰ Piſandri cōtigerūt, in vnā ſeriē co
actas redegerit,& vnū ex diuerſis hiatibꝰ tēporū corpus effecerit.In quo opē inter hi-
ſtorias cęteras īteritꝰ quoq; Troię ī hūc modū relatꝰ eſt.Quæ fideliter Maro īterptādo
fabricatꝰ eſt ſibi Iliacę vrbis ruinā.Sed & hęc & talia vt pueris decātata ꝓtereo.Iā vero
ęneis ipſa nōne ab Homero ſibi mutuata ē errorē primū ex Odyſſea,deīde ex Iliade pu
gnas?q̄a opis ordinē neceſſario rerū ordo mutauit, qū apđ Homerū prius Iliacū bellū
geſtū ſit,deīde reuertēti de Troia error cōtigerit Vlyſſi:apud Maronē vero Ænee naui
gatio bella q̄ poſtea ī Italia ſūt geſta,ꝓceſſerit.Rurſus Homerꝰ ī prīo qū vellet iniquū
gręcis Apollinē facere,cām ſtruxit de ſacerdotis iniuria:Hic vt Troianis Iunonem face
ret infeſtā,cauſarū ſibi cōgeriē cōparauit. Nec illud cū cura magna relaturꝰ ſum,licet
(vt exiſtimo)nō oībus obſeruatū,ꝙ qū primo verſu ꝓmiſiſſet ꝓducturū ſeſe de Troię
littoribꝰ Æneā:Troię q̄ primꝰ ab oris Italiā fato ꝓfugus Lauinaq; venit Littora:vbi ad
ianuā narrādi venit,Ænee claſſem nō de Troia,ſed de Sicilia ꝓducit: Vix e cōſpectu ſi
culę telluris in altū Vela dabāt lęti.qđ totū Homericis filis texuit. Ipſe enim vitans in
poemate hiſtoricorū ſimilitudinē,q̄bus lex eſt incipere ab initio rerū,& cōtinuā narra-
tionē ad finē vſq; ꝑducere,ipſe poetica diſciplina a rerū medio cœpit,& ad īitiū poſt re
Odyſſ. ſeries. uerſus eſt.Ergo Vlyſſis errorē non incipit a Troiano littore deſcribere,ſed facit eū pri
mo nauigātē de inſula Calypſonis,& ex perſona ſua perducit ad Phęacas: Illic in conui
uio Alcinoi regis narrat ipſe queādmodum de Troia ad Calypſonē vſq; ꝑuenerit.Poſt
Phæacas rurſus Vlyſſis nauigationē vſq; ad Ithacā ex perſona propria poeta deſcribit.
Æneid. ſeries. Quē ſecutus Maro,Æneā de Sicilia ꝓducit,cuiꝰ nauigationē deſcribēdo ꝑducit ad Li-
byā.Illic in cōuiuio Didonis narrat ipſe Æneas vſq; ad Siciliā de Troia nauigationem
ſuā,& addidit vno verſu,qđ iam copioſe poeta deſcripſerat: Hic me digreſſum veſtris
deus appulit oris.Poſt Africā quoq; rurſus poeta ex ꝑſona ſua iter claſſis vſq; ad ipſam
deſcribit Italiā:Interea mediū Æneas iā claſſe tenebat Certꝰ iter.Quid ꝙ & omne opus
Virgilianū velut de quodā Homerici opis ſpeculo formatū eſt?Nā & tēpeſtas mira imi
tatione deſcripta eſt.Verſus vtriuſq; q̄ volet cōferat.Vt Venus in Nauſicaę locū Alci
noi filię ſucceſſit.Ipſa aūt Dido refert ſpeciē regis Alcinoi cōuiuium celebrātis.Scylla
quoq; & Charybdis & Circe decēter attingit,& ꝓ ſolis armētis ſtrophades īſulę ſingū
tur.At ꝓ cōſultatione inferorū,deſcēſus ad eos cū comitatu ſacerdotis inducit. Ibi Pa
linurus Elpenori,ſed & infeſto Aiaci infeſta Dido,& Tireſiæ cōſiliis Anchiſę monita re
ſpondēt.Iā ꝓlia Iliadis,& vulnerū nō ſine diſciplinę ꝑfectione deſcriptio,& enumeratio
auxilioꝝ duplex,& fabricatio armoꝝ,& ludicri certaminis varietas,ictuſq; īter reges &
ruptū fœdus,& ſpeculatio nocturna,& legatio reportās a Diomede repulſam Achillis
exēplo,& ſup Pallante vt Patroclo lamētatio, & altercatio vt Achillis & Agamēnonis,
ita Drācis & Turni:Vtrobiq; eīm alter ſuū,alter publicū cōmodū cogitabat. Pugna ſin
gularis Ænee atq; Turni,vt Achillis & Hectoris:& captiui inferis deſtinati,vt illic Pa-

trocli,hic Pallantis.Sulmone creatos Quatuor hic iuuenes,totidē quos educat Vfens
Viuētes rapit inferias,quos imolet vmbris.Quid ꝙ ꝑ Lycaone Homerico, ꝗ iter fugiē
tes dephenſus,nō mirū ſi ad ꝑces cōfugerat,nec tñ Achilles ꝓpter occiſi Patrocli dolo
rē ꝑpcit,ſimili cōditione Magus in medio tumultu ſubornatꝰ eſt:Inde Mago ꝓcul infe
ſtam cōtenderat haſtā. Et quū ille genua amplectens vitā ſupplex ꝑtiſſet, reſpōdit:Bel
li cōmercia Turnus Suſtulit iſta prior,iā tū Pallante ꝑempto. Sed & inſultatio Achil
lis in ipſum Lycaonem iam ꝑemptum, in Tarquitium a Marone tranſfertur.Ille ait.

ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ᾽ ἰχθύσιν,οἵ σ᾽ ὠτειλῆς Ilia.xxi.
αἷμ᾽ ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες,οὐδέ σε μήτηρ
ἐνθεμένη λεχέεσσι γοήσεται,ἀλλὰ σκάμανδρος
οἴσει δινήεις,εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον. & cætera.

At hic noſter.Iſtic nunc metuende iace,& reliqua.

De diuerſis Virgilii locis ex Homero traductis. Cap.III.

ET ſi vultis me & ipſos proferre verſus ad verbum pene tranſlatos,licet omnes præſens memoria non ſuggerat, tamen qui ſe dederint obuios annotabo.

νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν,τόξῳ δὲ σίδηρον. Iliad.4.

Totam rem quanto compendio lingua ditior explicauit! Veſter,licet periodo vſus,idem tamen dixit.

Et duxit longe,donec curuata coirent
Inter ſe capita,& manibus iam tangeret ęquis Æne.xi.
Læua aciem ferri,dextra neruoꝙ papillam.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων,ἀλλ᾽ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, Ody.xii.
δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε κρονίων
νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς,ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ᾽ αὐτῆς.

Nec iā ampliꝰ vllæ Apparēt terrę,cęlū vndiꝙ & vndiꝙ pōtꝰ. Æne.iii.
Curuata ī mōtis faciē circūſtetit vnda. Et de tartaro ille ait. Geor.4.

τόσσον ἔνερθ᾽ ἀΐδεω,ὅσον οὐρανός ἐστ᾽ ἀπὸ γαίης. Iliad.8.

Bis patet in præceps tantum,tenditꝙ ſub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympum. Ænei.6.

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Iliad.i.

Poſtq̄ exempta fames,& amor compreſſus edendi. Ænei.8.

ὣς ἔφατ᾽ εὐχόμενος,τοῦ δ᾽ ἔκλυε μητίετα ζεύς, Iliad.16.
τῷ δ᾽ ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ,ἕτερον δ᾽ ἀνένευσε,
νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
δῶκε,σόον δ᾽ ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.

Audiit,& voti phœbus ſuccedere partem
Mente dedit,partem volucres diſperſit in auras. Ænei.ii.

καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται. Iliad.20.

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorū & qui naſcentur ab illis. Et alibi ille ait. Æne.iii.

καὶ τότ᾽ ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ
ὀχθήσας δ᾽ ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Odyſ.v.

Hic de duobus vnum fabricatus eſt.

Extemplo Æneæ ſoluuntur frigore membra. Ænei.i.

ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος,ἠδὲ καὶ αὐτὸν Iliad.vi.
πρηνέα δὸς πεσέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.

Armipotens præſes belli Tritonia virgo
Frange manu telum phrygii prædonis,& ipſum
Pronum ſterne ſolo,portiſꝙ effunde ſub ipſis.

ἥτ᾽ ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται,αὐτὰρ ἔπειτα, Iliad.4.
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη,καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. Ænei.4.

Ingrediturꝙ ſolo & caput inter nubila condit.

Ille de ſomno ait.

Locus re καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε
ſtitutus Νήγρετος ἥδιστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
exOdyſ. Dulcis & alta quies placidæꝗ ſimillima morti.
xiii. Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι,
Iliad.i. Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν
οὐδ' ἀναθηλήσει, περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψεν
φύλλατε καὶ φλοιόν· νῦν αὖ τέ μιν υἷες ἀχαιῶν
ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
πρὸς διὸς εἰρύαται. ὁ δέ τοι μέγας ἔσεται ὅρκος.
Æn.xii. Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam forte gerebat)
Nunꝗ̃ fronde leui fundet virgulta neꝗ vmbram:
Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitꝗ comas & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus ęre decoro
Incluſit, patribuſꝗ dedit geſtare latinis.

¶Sed iam ſi videtur a collatione verſuum tranſlatorum faceſſo, vt nec vniformis narratio pariat ex ſatietate faſtidium, & ſermo ad alia nõ minus pſenti cauſę apta vertatur. Perge queſo, inqt Auienus, omnia quę de Homero ſubtraxit inueſtigare. Quid eñ ſuauius, ꝗ̃ duos pręcipuos vates audire idẽ loquẽtes? Quia quum tria hęc ex ęquo impoſſibilia putenť, vel Ioui fulmen, vel Herculi clauã, vel verſum Homero ſubtrahere: qđ etſi fieri poſſet, alium tamen nullũ deceret vel fulmen pter Iouem iacere, vel certare præter Herculẽ robore, vel canere qđ cecinit Homerus: hic opportune in opus ſuum quæ prior vates dixerat transferẽdo fecit vt ſua eſſe credanť. Ergo pro voto omniũ feceris, ſi cum hoc cœtu cõmunicata velis quęcũꝗ a veſtro noſter poeta mutuat⁹ eſt. Cedo igitur, Euſtathius ait, Virgilianũ volumẽ, qa locos eius ſingulos inſpiciens, homericorum verſuum promptius admonebor. Quũꝗ Symmachi iuſſu famulus de bibliotheca petitum librum detuliſſet, temere voluit Euſtathius. Et dum verſus quos fors obtuliſſet inſpiceret, videte, inquit, portum ad ciuitatem Didonis ex Ithaca migrantem.

(Marginal note beside the prose: Impoſſibilia tria.)

Ænei.i. Eſt in receſſu longo locus, inſula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inꝗ ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.
Hinc atꝗ hinc vaſtæ rupes, geminiꝗ minantur
In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent, tum ſyluis ſcæna coruſcis
Deſuper, horrentiꝗ atrum nemus imminet vmbra.
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulc es, viuoꝗ ſedilia ſaxo,
Nympharum domus. hic feſſas non vincula naues:
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morſu.
Φόρκυνος δέ τις ἐστὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
Odyſſ. xiii. ἐν δήμῳ ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι.
αἵ τ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα,
ἔκτοθεν, ἔντοσθεν δὲ τ' ἄνευ δεσμοῖο μένουσι
Νῆες ἐΰσελμοι, ὅτ' ἂν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.
αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη.
ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδές
ἱρὸν νυμφάων, αἳ νηϊάδες καλέονται.
ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασιν
λάϊνοι, ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι.

De iis quę in primo Æneidos ſunt ex Homero traducta. Cap. IIII.

ET cum rogaſſet Auienus,vt non ſparſim ſed ab initio per ordinem annotaret,ille manu retractis in calcem foliis,ſic exorſus eſt.
Æole,nanque tibi diuum pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus,& tollere vento,
Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ,
Quarum,quæ forma pulcherrima,Deiopeiam
Connubio iungam ſtabili,propriamque dicabo.

Tempeſtas Æneę Æolo concitante cum allocutione ducis res ſuas conclamantis,de Vlyſſis tẽpeſtate & allocutione deſcripta eſt, in qua Æoli locum Neptunus obtinuit. Verſus qm̃ vtrobique multi ſunt,nõ ĩſerui.Qui volet legere ex hoc verſu hẽbit exordiũ.

Hæc vbi dicta,cauum conuerſa cuſpide montem.
Et apud Homerum de quinto Odyſſeę. Odyſſ.v
ὣς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον,
χερσὶ τρίαιναν ἑλών, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας
παντοίων ἀνέμων.
Vt primum lux alma data eſt,exire locoſque
Explorare nouos,quas vento acceſſerit oras,
Qui teneant,(nam inculta videt),homines ne,ferę ne,
Quęrere conſtituit,ſociiſque exacta referre. Odyſ.vi
ἑζόμενος δ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.
ὤμοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω,
ἤ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
ἦε φιλόξενοι, καί σφι νόος ἐστὶ θεουδής;
ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς πειρήσομαι, ἠδὲ ἴδωμαι.
Nulla tuarum audita mihi neque viſa ſororum,
O quam te memorem virgo,nanque haud tibi vultus
Mortalis,nec vox hominem ſonat,o dea certe:
An Phœbi ſoror,an nympharum ſanguinis vna?
γουνοῦμαί σε ἄνασσα, θεός νύ τις, ἦ βροτός ἐσσι. Ody.vi.
εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
ἀρτέμιδί σε ἔγωγε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο
εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω.
O dea ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales noſtrorum audire laborum,
Ante diem clauſo componet veſper olympo.
πάσας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω Ody.xi.
ὅσσας ἡρώων ἀλόχους ἴδον, ἠδὲ θύγατρας,
πρὶν γάρ κεν καὶ νὺξ φθῖτ' ἄμβροτος.
At Venus obſcuro gradientis aere ſepſit,
Et multum nebulę circum dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos,neu quis contingere poſſit,
Moliri ve moram,aut veniendi poſcere cauſas. Ody.vii
καὶ τότ' ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλινδ' ἴμεν, ἀμφὶ δ' ἀθήνη
πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ' ὀδυσῆϊ,
μή τις φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
κερτομέοι τ' ἐπέεσσι, καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη.
Qualis in Eurotæ ripis,aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros,quam mille ſecutę
Hinc atque hinc glomerantur Oreades:illa pharetram
Fert humero,gradienſque deas ſupereminet omnes,
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Ody.vi.
Talis erat Dido,Talem ſe lęta ferebat.
οἵη δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
ἢ κατὰ τηΰγετον περιμήκετον, ἢ ἐρύμανθον,

τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
τῇ δέ θ' ἅμα, νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ,
πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,
ὣς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.
Reſtitit Æneas, claraq; in luce refulſit,
Os humeroſq; deo ſimilis, nãq; ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentę
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum Parius ve lapis circundatur auro.

Ody. vi.
τὸν μὲν ἀθηναίη θῆκεν Διὸς ἐκγεγαυῖα,
μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα, κὰδ δὲ κάρητος
οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
ἴδρις, ὃν ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς ἀθήνη
τέχνην παντοίην, χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει.
ὣς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.
Coram quem quęritis, adſum
Troius Æneas Libycis ereptus ab vndis.

Quæ in Secundo Æneidos traducta ſunt ab Homero. Cap. V.

Lo. repoſitꝰ ex. 7. Iliados. Odyſ. ix.

Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant.
ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
Infandum regina iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai.
σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπετράπετο στονόεντα,
εἴρεσθ', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στοναχίζω.
Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi, primuſq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari,
Siue dolo, ſeu iam Troię ſic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaq; dona
Pręcipitare iubent, ſubiectiſq; vrere flammis,
Aut terebrare cauas vteri & tentare latebras.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Ody. 8.
ὣς ὁ μὲν εἱστήκει, τοὶ δ' ἄκριτα πόλλ' ἀγόρευον
ἥμενοι ἀμφ' αὐτόν, τρίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή,
ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ νηλέι χαλκῷ,
ἢ κατὰ πετράων βαλέειν ἐρύσαντας ἐπ' ἄκρης,
ἢ ἐάαν μέγ' ἄγαλμα θεῶν θελκτήριον εἶναι.
Vertitur interea cælum, & ruit oceano nox
Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes.

Iuueniſq; Chorebus
Mygdonides,illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat,inſano Caſſandræ incenſus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibuſq; ferebat.
πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.
ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει,
ᾔτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Κασάνδρην ἀνάεδνον, ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,
ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.
Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu
Raptores,atra in nebula,quos improba ventris
Exegit cæcos rabies,catuliq; relicti,
Faucibus expectant ſiccis:per tela per hoſtes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediq; tenemus
Vrbis iter, nox atra caua circũuolat vmbra.

Locus reſtitutus ex.Iliad. xiii.

Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens,trepiduſq; repente refugit
Attollentem iras,& cærula colla tumentem:
Haud ſecus Androgeus viſu tremefactus abibat.
ὡς δ᾽ ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα
ἄψ τ᾽ ἀνεχώρησεν, ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειάς,
ὣς αὖθις καθ᾽ ὅμιλον ἔδυ Τρώων ἀγερώχων
Δείσας ἀτρέος υἱὸν ἀλέξανδρος θεοειδής.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuiis nitiduſq; iuuenta
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.

Iliad.iii.

Non ſic aggeribus ruptis,cum ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitaſq; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo,campoſq; per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.
Θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
χειμάρρῳ, ὅς τ᾽ ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας.
τὸν δ᾽ οὔτ᾽ ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν,
οὔτ᾽ ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων
ἐλθόντ᾽ ἐξαπίνης, ὅτ᾽ ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος
πολλὰ δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἔργα κατήριπε καλ᾽ αἰζηῶν.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago
Par leuibus ventis volucriq; ſimillima ſomno.
τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε,
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
ἔπτατο.

Locus reſtitutus ex Ilia.viii.

Ody.xi.

Tertius & Quartus Æneidos quæ habeant ab Homero ſumpta. Cap.VI.

Alia tempeſtas Æneę hic,& illic Vlyſſis,numeroſis ambæ verſibus.
Sed hæ incipiunt ita.
Poſtq̃ altum tenuere rates,nec iam amplius vllę
Apparent terræ. Ille ait.

Lo. reſti. ex odyſ. xiiii.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ κρήτην μὲν ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων,ἀλλ᾽ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων
νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς,ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ᾽ αὐτῆς,
ζεὺς δ᾽ ἄμυδις βρόντησε,καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν.

Accipe & hæc manuũ tibi quæ monumenta mearum
Sint puer.

Lo. reſti. ex odyſ. xv.

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι
μνῆμ᾽ ἑλένης χειρῶν.

Tendunt vela noti,fugimus ſpumantibus vndis
Qua curſum ventuſq; gubernatorq; vocabant.

Lo. reſti. ex odyſ. xi.

ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον ἐσθλὸν ἑταῖρον
κίρκη ἐυπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα.
ἡμεῖς δ᾽ ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα,
ἥμεθα,τὴν δ᾽ ἄνεμός τε κυβερνήτης τ᾽ ἴθυνεν.

Dextrum ſcylla latus,lęuum implacata Charybdis
Obſidet,atq; imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus,rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos,& ſydera verberat vnda.
At Scyllam cęcis cohibet ſpelunca latebris.
Ora exertantem,& naues in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies,& pulchro pectore virgo
Pube tenus,poſtrema immani corpore piſtris
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.
Præſtat trinacrii metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem,longos & circũflectere curſus,
Q̃ ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.

Homerus de Charybdi & de Scylla.

Odyſ. xii

ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ᾽,ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις
Δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
ἤτοι ὅτ᾽ ἐξεμέσειε,λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ,
πᾶσ᾽ ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη,ὑψόσε δ᾽ ἄχνη
ἄκροισιν σκοπέλοισιν,ἐπ᾽ ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν.
ἀλλ᾽ ὅτ᾽ ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
πᾶσ᾽ ἔντοσθε φάνεσκε κυκωμένη,ἀμφὶ δὲ πέτρη
Δεινὸν ἐβεβρύχει,ὑπένερθε δὲ γαῖα φάνεσκε
ψάμμῳ κυανέη.

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago,
Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat.

Ody. 4.

κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες,τοιαίδε τε χεῖρες
ὀφθαλμῶν τε βολαὶ,κεφαλή τ᾽,ἐφύπερθέ τε χαῖται.

Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere,
Ter ſpumam eliſam,& rorantia vidimus aſtra.

Æne. 4.

Qualis coniecta cerua ſagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis,liquitq; volatile ferrum

Neſcius, illa fuga ſyluas ſaltuſq; peragrat
Dictæos, hęret lateri letalis arundo.

Dixerat: ille patris magni parere parabat
Imperio, & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallantes, alias ſub tartara triſtia mittit:
Dat ſomnos adimitq;, & lumina morte reſignat.
Illa frętus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.
ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε διάκτορος ἀργειφόντης,
αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, — Ilia.vlti. & alibi.
ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρον, ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει,
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς ἀργειφόντης.
Ac veluti annoſam valido cum robore quęrcum
Alpini boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant, it ſtridor, & alte
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes:
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in tartara tendit.
ἕστασαν, ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι, — Locus reſtitut⁹ ex
αἵ τε ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα, — Ilia.xii.
ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο — Iliad.xi.
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι. — & alibi.

Quæ in Quinto & Sexto libris Ænei. Virgilius ab Homero ſit mutuatus. Cap.VII.

VT pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla — Æne.v.
Occurrit tellus, maria vndiq; & vndiq; cælum,
Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber
Noctem hyememq; ferens, & inhorruit vnda
tenebris.
ἀλλ' ὅτε δὴ Κρήτην μὲν ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη — Loc.reſt. ex odyſ.
φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, — xiiii.
δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων.
Vinaq; fundebat pateris, animamq; vocabat
Anchiſæ magni, maneſq; Acheronte remiſſos.
οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν, — Vide pricip ꝗ
ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο. — æne.3. &
Lęuibus huic hamis conſertam auroq; trilicem — Iliad.23.
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipſe
Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto.

Iliad.23. τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε φάσγανον ἀργυρόηλον,
καλὸν, θρηΐκιον, τὸ μὲν ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.

Et curſorum certamen vtrobiq; ſimile. Et quia verſibus eſt apud vtrunq; numeroſis, locum loco ſimilem lector inueniet.

Initia hæc ſunt.

Hæc vbi dicta, locum capiunt, ſignoq; repente.

Iliad.penul. ὣς ἔφατ', ὤρνυτο δ' αὐτίκ' Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας,
ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις, ἔπειτα δὲ Νέστορος υἱός.

Pugilum certamen apud hunc incipit.

Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterq;.

Apud illum.

Iliad. penul. ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἅμ' ἄμφω
σὺν ῥ' ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.

Si velis comparare certantes ſagittis, inuenies hæc vtriuſq; principia.

Protinus Æneas celeri certare ſagitta.

Iliad. penul. αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον,
κὰδ δ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα.

Capita locorũ vbi longa narratio eſt dixiſſe ſufficiet, vt quid vnde natum ſit, lector inueniat.

Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.

Iliad. penul. ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς
ᾤχετο τετριγυῖα.

Æneas quo deinde ruis, quo proripis inquit?

Quẽ fugis? aut quis te a noſtris cõplexibus arcet?

Ter conatus erat collo dare brachia circum,
Ter fruſtra compreſſa manus effugit imago.

Ody.xi. τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει,
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
ἔπτατο.

Sepultura Palinuri formata eſt de Patrocli ſepultura. Hæc incipit.

Principio pinguem tędis & robore ſecto. Ille ſic ait.

Iliad.penul. κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον καὶ νήεον ὕλην,
ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Ipſa vero vtriuſq; tumuli inſignia q̃ paria?

At pius Æneas ingenti mole ſepulcrum
Impoſuit, ſuaq; arma viro remũq; tubamq;
Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen.

Ody.xii αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τεύχεα νεκροῦ,
τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες,
πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

Tum conſanguineus leti ſopor.

Ilia.14. ἔνθ' Ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ Θανάτοιο.
Ody.xiii καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν,
νήγρετος ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

Quod te per cæli iucundum lumen & auras,
Per genitorem oro, per ſpes ſurgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Iniice, nãq; potes, portuſq; require Velinos.

Ody.xi. νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι οὐ παρεόντων,
πρός τ' ἀλόχου καὶ πατρός, ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα,

τηλεμάχου θ᾽, ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες,
μή μ᾽ ἄκλαυστον, ἄθαπτον, ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν
νοσφισθείς, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι,
ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν ἅσσά μοι ἐστὶν,
σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης.
Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnũ
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, roſtroq; immanis vultur adunco
Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis
Viſcera, rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.
καὶ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν Odyſſ.xi
κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ᾽ ἐπ᾽ ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.
γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον
δέρτρον ἔσω δύνοντες, ὁ δ᾽ οὐκ ἀπαμύνετο χερσί,
λητὼ γὰρ εἵλκυσε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
πυθῶ δ᾽ ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου πανοπῆος.
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum,
Ferrea vox, omnis ſcelerũ comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.
πληθὺν δ᾽ οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ᾽ ὀνομήνω. Ilia.ii.
οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ᾽ εἶεν,
φωνὴ δ᾽ ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

In ſeptimo & octauo Æneidos, qui verſus ſint ex Homero acciti.
Cap.VIII.

Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum,
Setigeriq; ſues, atq; in præſepibus vrſi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum,
Quos hominum ex facie dea ſæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.
εὗρον δ᾽ ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα κίρκης, Odyſſ.x.
ξεστοῖσι λάεσσι περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες,
τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ᾽ ἔδωκεν.
Quid petitis? quę cauſa rates, aut cuius egentis
Littus ad Auſonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti,
Qualia multa mari nautę patiuntur in alto.
ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστέ, πόθεν πλεῖθ᾽ ὑγρὰ κέλευθα; Ody.iii.
ἤ τι κατὰ πρῆξιν, ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε, & alibi.
οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα τοίτ᾽ ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;
Cum ſeſe e paſtu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, ſonat amnis, & Aſia longe Pulſa palus.
τῶν δ᾽ ὥστ᾽ ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ Ilia.ii.
χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι,
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών.
Illa vel intactę ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeris nec tingeret æquore plantas.

Iliad.xx. Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπῶν θέον οὐδὲ κατέκλων·
αἱ δ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.
Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis & luſtralibus extis.
Ilia.vii. τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν ἀγαμέμνων
ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενεῖ κρονίωνι.
νώτοισι δ' αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν.
Poſtq̃ exempta fames,& amor compreſſus edendi,
Rex Euandrus ait.
Ilia.ix. αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν.
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior,tunicaq; inducitur artus,
Et tyrrhena pedum circundat vincula plantis:
Tum lateri atq; humeris tegeęum ſubligat enſem,
Demiſſa ab lęua pantherę terga retorquens.
Necnon & gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt,greſſumq; canes comitantur herilem.
Ilia.ii. ἕζετο δ' ὀρθωθεὶς, μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα,
καλὸν, νηγάθεον, περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος.
ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.
Odyſſ.2. βῆ δ' ἴμεν εἰς ἀγορὴν, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος
οὐκ οἶος, ἅμα τῷγε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο.
O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.
Qualis eram,quum primam aciem Præneſte ſub ipſa
Straui,ſcutorumq; incendi victor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra ſub tartara miſi,
Naſcenti cui tris animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat,terna arma mouenda,
Ter leto ſternendus erat:cui tum tamen omnis
Abſtulit hæc animas dextra,& totidem exuit armis.
Ilia.xi. εἴθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη,
ὡς ὁπότ' ἠλείοισι καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη
ἀμφὶ βοηλασίῃ, ὅτ' ἐγὼ κτάνον ἰτυμονῆα,
ἐσθλὸν ὑπειροχίδην, ὃς ἐν ἤλιδι ναιετάασκεν,
ῥύσι' ἐλαυνόμενος. ὁ δ' ἀμύνων ᾗσι βόεσσι,
ἔβλητ' ἐν πρώτοισιν ἐμῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι, κὰδ δ' ἔπεσεν.
Qualis vbi oceani perfuſus lucifer vnda,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes,
Extulit os ſacrum cælo tenebraſq; reſoluit.
Lo.reſt. οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
ex.xxii. ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.
Iliad. En perfecta mei promiſſa coniugis arte
Munera,ne mox aut Laurentes nate ſuperbos,
Aut acrem dubites in pręlia poſcere Turnum.
Dixit,& amplexus nati Cytherea petiuit,
Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.
Ilia.xviii αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε,
τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς,
τεῦξε δέ οἱ κυνέην βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν.

καλήν, δαιδαλέην, ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε.
τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.
αὐτὰρ ἐπεὶ πάνθ᾽ ὅπλα κάμε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
μητρὸς ἀχιλλῆος θῆκε προπάροιθεν ἀείρας.
Ille deę donis,& tanto lætus honore
Expleri nequit,atq; oculos per ſingula voluit,
Miraturq;,interq; manus & brachia verſat.
τέρπετο δ᾽ ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα, Ilia.xix.
αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἐτάρπετο δαίδαλα λεύσσων.

Ad nonũ Æneidos librũ aſſumpta ex Homero. CAP.IX.

IRi decus cæli quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras?
ἶρι θεά, τίς τ᾽ ἄρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε;
Nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor. Loc.reſt. ex Ilia. xviii.
τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ᾽ ἀγείρας
ἀτρείδης, ἦ οὐχ ἑλένης ἕνεκ᾽ ἠϋκόμοιο; Loc.reſt. ex Ilia.ix
ἦ μοῦνοι φιλέουσ᾽ ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
ἀτρεῖδαι;
Sed vos o lecti,ferro quis ſcindere vallum
Apparat,& mecum inuadit trepidantia caſtra?

Quod ſupereſt,læti bene geſtis corpora rebus
Procurate viri,& pugnam ſperate parati.
Νῦν δ᾽ ἔρχεσθ᾽ ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα. Ilia.xix.
Sic ait illachrymans,humero ſimul exuit enſem & alibi.
Auratum,mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius,atq; habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niſo Mneſtheus pellem,horrentiſq; leonis
Exuuias,galeam fidus permutat Alethes.
Τυδείδῃ μὲν δῶκε μενεπτόλεμος θρασυμήδης Ilia.x.
φάσγανον ἄμφηκες, τὸ δ᾽ ἑὸν παρὰ νηυσὶ λέλειπτο,
καὶ σάκος, ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε
ταυρείην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον, ἥ τε καταῖτυξ
κέκληται, ῥύεται δὲ κάρη θαλερῶν αἰζηῶν.
Μηριόνης δ᾽ ὀδυσῆϊ δίδου βιόν, ἠδὲ φαρέτρην
καὶ ξίφος.
Protinus armati incedunt,quos omnis euntes
Primorum manus ad portas,iuuenumq; ſenumq;
Proſequitur votis,necnon & pulcher Iulus.
Τὼ δ᾽ ἐπεὶ οὖν ὅπλοισιν ἐνὶ δεινοῖσιν ἐδύτην,
βάν ῥ᾽ ἰέναι, λιπέτην δὲ κατ᾽ αὐτόθι πάντας ἀρίστους. Ilia.x.
Egreſſi ſuperant foſſas,noctiſq; per vmbram
Caſtra inimica petunt,multis tamen ante futuri
Exitio.paſſim ſomno vinoq; per hęrbam
Corpora fuſa vident,arrectos littore currus,
Inter lora rotaſq; viros ſimul arma iacere,
Vina ſimul.prior Hyrtacides ſic ore locutus.
Euryale audendum dextra,nunc ipſa vocat res.
Hac iter eſt,tu nequa manus ſe attollere nobis
A tergo poſſit,cuſtodi & conſule longe.
Hæc ego vaſta dabo,& recto te limite ducam.
τὼ δὲ βάτην προτέρω διά τ᾽ ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, Ilia.x.
αἶψα δ᾽ ἐπὶ θρῃκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον ἰόντες,

οἳ δ' εὗδον καμάτῳ ἀδηκότες, ἔντεα δέ σφιν
καλὰ παρ' αὐτοῖσιν χθονὶ κέκλιτο, εὖ κατὰ κόσμον
τρισοιχεί, παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι.

Et paulo poſt.

τὸν δ' ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰδὼν διομήδεϊ δεῖξεν.
οὗτός τοι Διόμηδες ἀνήρ, οὗτοι δέ τοι ἵπποι,
οὓς νῶϊν πίφαυσκε Δόλων, ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς.
ἀλλ' ἄγε δὴ πρόφερε κρατερὸν μένος, οὐδέ τι σε χρὴ
ἑστάμεναι μέλεον σὺν τεύχεσιν, ἀλλὰ λύ' ἵππους,
ἠὲ σύγ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσι δέ μοι ἵπποι.
Sed non augurio potuit depellere peſtem.
ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσαν κῆρα μέλαιναν.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquẽs aurora cubile.
Ilia.xi. ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ τιθωνοῖο
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν.

Mater Euryali ad dirũ nũciũ, vt excuſſos de manibꝰ radios & penſa demitteret, vt per muros & virorũ agmina vlulãs & coma ſciſſa decurreret, vt effunderet dolorem in lamẽtationũ querelas, totum de Andromacha ſumpſit lamentante mortem mariti.

Interea pauidã volitãs pennata per vrbem
Nũcia fama ruit, matriſq; allabitur aures
Euryali. At ſubitus miſerę calor oſſa reliquit,
Excuſſi manibus radii, reuolutaq; penſa:
Euolat infelix, & fœmineo vlulatu
Sciſſa comã, muros amẽs atq; agmina curſu
Prima petit: nõ illa virũ, non illa pericli
Telorũq; memor: cęlũ dehinc queſtubus implet.
Hunc ego te Euryale aſpicio: tune illa ſenectę
Sera meę requies, potuiſti linquere ſolem
Crudelis, nec te ſub tanta pericula miſſum
Affari extremũ miſerę data copia matri? Et quę ſequũt.
Locꝰ illuſtratꝰ ex Ilia.xxii. ὣς φαμένη, μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση
παλλομένη κραδίην, ἅμα δ' ἀμφίπολοι κίον αὐτῇ.
αὐτὰρ ἐπεὶ πύργον τε καὶ ἀνδρῶν ἷξεν ὅμιλον,
ἔστη παπτήνας ἐπὶ τείχει, τὸν δ' ἐνόησεν
ἑλκόμενον πρόσθεν πόλιος.
O vere Phrygiæ, neq; enim Phryges.
Ilia.vii. ὤ μοι ἀπειλητῆρες ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί.
Quos alios muros, quę iam vltra mœnia habetis?
Vnus homo & veſtris o ciues vndiq; ſeptus
Aggeribus tantas ſtrages impune per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miſerit orco?
Non infelicis patriæ veterumq; deorum
Et magni Æneę ſegnes miſeretq; pudetq;?

Quę ĩ reliqs Æneidos libris Virg. imitatꝰ ſit ex Homero.

CAP. X.

Æne.x. Tela manu iaciũt, quales ſub nubibꝰ atris
Strymonię dãt ſigna grues, atq; ęthera tranant
Cum ſonitu, fugiuntq; notos clamore ſecundo.
Ilia.iii. τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς,
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό.

αἵ τ᾽ ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων.
Ardet apex capiti, criſtiſq; a vertice flamma
Funditur, & vaſtus vmbo vomit aureus ignes. Æn.x.
Non ſecus ac liquida ſiquando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor
Ille ſitim morboſq; ferens mortalibus ægris
Naſcitur, & lęuo contriſtat lumine cælum.
δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ
ἀστέρ᾽ ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅς τε μάλιστα Ilia.v.
λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος ὠκεανοῖο.
τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων. Et alibi.
παμφαίνονθ᾽, ὥς τ᾽ ἀστέρ᾽ ἐπεσσύμενον πεδίοιο, Ilia.xxii.
ὅς ῥά τ᾽ ὀπώρης εἶσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται, πολλοῖσι μετ᾽ ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὅν τε κύν᾽ ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν,
λαμπρότατος μὲν ὅ γ᾽ ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ. Æn.x.
μοῖραν δ᾽ οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν
οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλόν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. Loc.reſt.
νῦν δ᾽ ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσι θανάτοιο ex Ilia.6
μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ᾽ ὑπαλύξαι. Ilia.xii.
Fata vocant, metaſq; dati peruenit ad æui.
ἤϊε, τὸν δ᾽ ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε.
Per patrios manes & ſpes ſurgentis Iuli Ilia.xiii.
Te precor, hanc animam ſerues natoq; patriq;. Æn.x.
Eſt domus alta, iacent penitus defoſſa talenta
Celati argenti, ſunt auri pondera facti
Infectiq; mihi: non hic victoria Teucrum
Vertitur, aut anima vna dabit diſcrimina tanta.
Dixerat, Æneas contra cui talia reddit.
Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta
Natis parce tuis. belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchiſæ manes, hoc ſentit Iulus.
Sic fatus galeam læua tenet, atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.
ζώγρει ἀτρέος υἱέ, σὺ δ᾽ ἄξια δέξαι ἄποινα,
πολλὰ δ᾽ ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται, Ilia.vi.
χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.
τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι᾽ ἄποινα,
εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ᾽ ἐπὶ νηυσὶν ἀχαιῶν.
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans, Æn.x.
(Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem
Conſpexit capram, aut ſurgentem in cornua ceruum,
Gaudet hians immane, comaſq; arrexit, & hęret
Viſceribus ſuper incumbens, lauit improba teter
Ora cruor:
Sic ruit in denſos alacer Mezentius hoſtes.
ὥς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας Ilia.iii.
εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα,
πεινάων.

Æñ.xi. Spargitur & tellus lachrymis,ſparguntur & arma.
Ilia.xxiii Δεύοντο ψάμαθοι,δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν
δάκρυσι.
Æñ.xi. Cingitur ipſe furens certatim in prælia Turnus:
Iamq; adeo rutilum thoraca indutus ahenis
Horrebat ſquãmis,ſuraſq; incluſerat auro,
Tempora nudus adhuc,lateriq; accixerat enſem,
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce.
Ilia.xix. κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
Et alibi. καλὰς,ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας,
Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν,
ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
χάλκεον,αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
εἵλετο,τοῦ δ᾽ ἀπάνευθε σέλας γένετ᾽ ἠύτε μήνης.
Purpureus veluti cum flos ſuccisus aratro
Langueſcit moriens,laſſoq; papauera collo
Demiſere caput,pluuia cum forte grauantur.
Ilia.viii. μήκων δ᾽ ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν,ἥ τ᾽ ἐνὶ κήπῳ
καρπῷ βριθομένη,νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν.

Quos locos ita tranſtulerit Vergilius,vt Homero videatur ſuperior. CAPVT.XI.

ET hæc quidem iudicio legentium relinquenda ſunt,vt ipſi æſtimet quid debeant de vtriuſq; collatione ſentire. Si tamen me conſulas, non negabo,nonnunq̃ Vergilium in transferendo denſius excoluiſſe,vt in hoc loco,

Æñ.i. Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor,cum gentis adultos
Educunt fœtus,aut cum liquentia mella
Stipant,& dulci diſtendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientium,aut agmine facto
Feruet opus,redolentq; thymo fragrantia mella.
Ilia.ii. ἠύτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων
βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ᾽ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
αἱ μέν,τ᾽ ἔνθα ἅλις πεποτήαται,αἱ δέ,τε ἔνθα.
Vides deſcriptas apes a Vergilio opifices,ab Homero vagas: Alter diſcurſum & ſolam volatus varietatem,alter exprimit natiuæ artis officium.

In his quoq; verſibus Maro extitit locupletior interpres.

Æñ.i. O ſocii(neq; enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi grauiora,dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem penituſq; ſonantes
Acceſtis ſcopulos,vos & Cyclopea ſaxa
Experti,reuocate animos,mœſtumq; timorem
Mittite:forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus.& reliqua.
Odyſſ. xii. ὦ φίλοι,οὐ γάρ πω τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν,
οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπει κακόν,ἢ ὅτε κύκλωψ
εἴλει ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι,
ἀλλὰ καὶ ἔνθεν ἐμῇ ἀρετῇ βουλῇ τε νόῳ τε
ἐκφύγομεν,καί που τῶνδε μνήσεσθαι οἴω.
Vlyſſes ad ſocios vnam commemorauit ærumnam: Hic ad ſperandam præſentis mali abſolutionem,gemini caſus hortatur euentu. Deinde ille obſcurius dixit, hic apertius,

Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Sed & hoc q̃d noſter adiecit, ſolatii fortioris eſt. Suos enim non tantũ exemplo euadendi, ſed & ſpe futuræ felicitatis animauit, per hos labores non ſolũ ſedes quietas, ſed & regna ꝓmittẽs. Hos quoq; verſus inſpicere libet.

Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum Æñ.ii.
Cum ferro acciſam crebriſq; bipennibus inſtant
Erue re agricolæ certatim: illa vſq; minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat,
Vulneribus donec paulatim euicta ſupremum
Congemuit, traxitq; iugis auulſa ruinam.

ὁ δ' ἐν κονίῃσι χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς, Ilia.iiii.
ἥ ῥά τ' ἐν εἱαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει
λείη, ἀτάρ τέ οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασιν,
τὴν μέν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
ἐξέταμ', ὄφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ,
ἡ μέν τ' ἀζομένη κεῖται ποταμοῖο παρ' ὄχθας.

Magno cultu veſter difficultatem abſcindendæ arboreæ molis expreſſit, verum nullo negocio Homerica arbor abſcinditur.

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes Æñ.v.
Explorat ventos, atq; auribus aera captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cælo,
Arcturum, Pleadaſq; hyadas, geminoſq; triones
Armatumq; auro circunſpicit Oriona.

αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως Odyſ.v.
ἥμενος, οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτην
ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Gubernator qui explorat cælum, crebro reflectere ceruicẽ debet captãdo de diuerſis cæli regionibus ſecuritatem ſereni. hoc mire & velut coloribus Maro pinxit. Nam quia arcturus iuxta ſeptẽtrionem eſt, Taurus vero in quo ſunt hyades & Orion, in regione auſtri ſunt, crebram ceruicis reflexionem in Palinuro ſidera conſulente deſcripſit. Arctu rum inquit: ecce intuetur partem ſeptẽtrionis. Deinde Pleadaſq; hyadas: ecce ad auſtrũ flectitur. Geminoſq; triones: Rurſus ad ſeptentriones vertit aſpectum. Armatumq; auro circũſpicit Oriona: Iterum ſe ad auſtrum reflectit. Sed & verbo circũſpicit, varietatẽ ſępe ſe viciſſim cõuertentis oſtẽdit. Homerus gubernatorem ſuum ſemel inducit intuentem pleiadas, quę in auſtrali regiõe ſũt: ſemel Booten & arcton, quę ſunt ĩ ſeptẽtrionali polo. Guber-natoris officiũ.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus author Æñ.iiii.
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, hyrcanæq; admorunt vbera tigres.

νηλεές, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεύς Ilia.xvi.
οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Plane Virgilius non partionem ſolam, ſicut ille quem ſequebatur, ſed educationem quoq; nutricationis tãq̃ belualem & aſperam criminatur: addit enim de ſuo, Hyrcanęq; admorunt vbera tigres. quoniã videlicet in moribus inoleſcendis magnam fere partem nutricis ingenium & natura lactis tenet, quæ infuſa tenero & miſta parẽtum ſemini ad huc recenti, ex hac gemina concretione vnam indolem configurat. Hinc eſt ꝙ prouiden tia naturæ ſimilitudinem natorum atq; gignentium ex ipſo quoq; nutricatu pręparans fecit cum ipſo partu alimoniæ copiam naſci. Nam poſtq̃ ſanguis ille opifex in penetra libus ſuis omne corpus effinxit atq; aluit, aduentante iam partus tempore idem ad cor poris materni ſuperna condeſcendens in naturam lactis albeſcit, vt recens natis idem ſit altor, qui fuerat fabricator. Quamobrem non fruſtra creditum eſt, ſicut valeat ad ſingen das corporis atq; animi ſimilitudines vis & natura ſeminis, non ſecus ad eandem rem Educa-tiõis vis. Ex Gel. lib.xii. cap.i. Lactis origo.

lactis quoq; igenia & pprietates valere. Neq; in hoib⁹ id ſolũ, ſed in pecudib⁹ quoq; aiad uerſum. Nã ſi ouiũ lacte hœdi, aut caprarũ agni forſitã alãt, cõſtat ferme in his lanã duriorẽ, i illis capillũ gigni teneriorẽ. In arborib⁹ etiã & frugib⁹ ad idolẽ vel detractãdã vel augẽdã, maior plęrũq; vis & poteſtas eſt aquarũ & terrarũ q̃ alũt, q̃ ipſius qđ iacit ſeminis. Ac ſępe videas lętã nitentẽq; arborẽ, ſi in locũ alterũ trãſferat, ſucco terræ deterioris elanguiſſe. Ad criminãdos igitur mores defuit Homero, quod Virgilius adiecit.

Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruuntq; effuſi carcere currus:
Nec ſic immiſſis aurigæ vndantia lora
Concuſſere iugis, proniq; in verbera pendent.

Ilia. xxiii μάστιγι δ' αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδόν, οἱ δέ οἱ ἵπποι
ὑψόσ' ἀειρέσθην ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον.

Graius poeta equorũ tantũ meminit flagro animãte currentium: licet dici nõ poſſet elegantius, q̃ quod adiecit ὑψόσ' ἀειρέσθην. quo expreſſit, quãtum natura dare poterat impetum curſus. Verum Maro & currus de carcere ruentes, & campos corripiendo præcipites mira celeritate deſcripſit, & accepto breui ſemine de Homerico flagro, pinxit aurigas concutientes lora vndantia, & pronos in verbera pendentes: nec vllam quadrigarũ partẽ intactam reliquit, vt eſſet illius certaminis plena deſcriptio.

Æne. vii Magno veluti quum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni,
Exultantq; æſtu latices, furit intus †aquæ vis, †aquai, pro aquę vis vet⁹ lectio.
Fumidus atq; alte ſpumis exuberat amnis,
Nec iam ſe capit vnda, volat vapor ater ad auras.

Ilia. xxi. ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ,
κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο
πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται.

Græci verſus aheni cõtinent mentionẽ multo igne ebulliẽtis, & totũ ipſum locũ hęc verba ornãt: Nã ſcaturigines ex oĩ parte emergẽtes ſic elegãter expreſſit. In latinis verſib⁹ tota rei põpa deſcripta eſt, ſonus flãmæ. Et pro hoc qđ ille dixerat, exultãtes ęſtu latices, & amnẽ fumidum exuberantẽ ſpumis, atq; intus furentẽ (vnius em̃ verbi nõ reperiẽs ſimilẽ dignitatem cõpenſauit qđ deerat copię varietate deſcriptionis) adiecit poſt omnia Nec iam ſe capit vnda: quo expreſſit, quod ſemp vſu euenit ſuppoſiti nimietate caloris. Bene ergo ſe habet poeticę tubæ cultus, omnia quæ in hac re eueniunt comprehendẽs.

Æne. ix. Portam quæ imperio ducis eſt commiſſa recludunt.
Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hoſtem.
Ipſi intus dextra ac lęua pro turribus aſtant
Armati ferro & criſtis capita alta coruſcis.
Quales aeriæ liquentia flumina circum
Siue Padi ripis, Atheſim ſeu propter amœnum
Conſurgunt geminæ quærcus, intonſaq; cælo
Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.

Ilia. xii. Νήπιοι. τὼ δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους,
υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων,
τὸν μὲν Πειριθόου υἷα κρατερὸν Πολυποίτην,
τὸν δὲ Λεοντῆα βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηι,
τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων
ἕστασαν. ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι
αἵτ' ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα,
ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέες ἀραρυῖαι,
ὣς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι,
μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν Ἄσιον οὐδ' ἐφέβοντο.

Græci milites Polipœtes & Leonteus ſtant p portis, & immobiles Aſiũ aduenientẽ hoſtem velut fixæ arbores operiunt. Hactenus eſt gręca deſcriptio. Verũ Virgiliana Bitiã & Pandarũ portã vltro recludere facit oblaturos hoſti, qđ per vota q̃rebat, vt compos caſtrorum fieret, per hoc futurus in hoſtium poteſtate. Et geminos heroas modo turres

vocat,modo deſcribit luce criſtarũ coruſcos.Nec arborũ vt ille ſimilitudinẽ ꝑtermiſit, ſed vberius eã pulchriuſq; deſcripſit.¶Nec hoc negauerim cultius a Marone prolatũ.

Olli dura quies oculos & ferreus vrget
Somnus,in æternam clauduntur lumina noctem.
ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν,κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Ilia.xi.

In quibus par vtriuſq; poetæ ſit ſplendor. Cap.XII.

IN aliquibus par pene ſplendor amborum eſt:vti
Spargit rapida vngula rores
Sanguineos,mixtaq; cruor calcatur arena.

Et luce coruſcus ahena.

Querit pars ſemina flammæ.
σπέρματα πυρός.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Siquis ebur.
ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ Ilia.iiii.
Si tangere portus
Infandum caput ac terris adnare neceſſe eſt,
Et ſic fata Iouis poſcunt,hic terminus hęret,
At bello audacis populi vexatus & armis
Finibus extorris,complexu auulſus Iuli
Auxilium imploret,videatq; indigna ſuorum
Funera,nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit,regno aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem mediaq; inhumatus arena.
Δὸς μὴ ὀδυσῆα, πτολιπόρθον οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι
υἱὸν λαέρτεω ἰθάκῃ ἔνι οἰκί᾽ ἔχοντα. Odyſ.ix.
ἀλλ᾽ εἴ οἱ μοῖρ᾽ ἐστὶ φίλους τ᾽ ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
ὀψὲ κακῶς ἔλθοι ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους
νηὸς ἐπ᾽ ἀλλοτρίης,εὕροι δ᾽ ἐν πήματα οἴκῳ.
Proxima Circeæ raduntur littora terræ,
Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu,tectiſq; ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
ἤιεν,ὄφρα μέγα σπέος ἵκετο,τῷ ἔνι νύμφη
ναῖεν ἐϋπλόκαμος, τὴν δ᾽ ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν, Odyſ.v.
πῦρ μὲν ἐπ᾽ ἐχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόσε δ᾽ ὀδμὴ
κέδρου τ᾽ εὐκεάτοιο θείου τ᾽ ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
δαιομένων. ἡ δ᾽ ἔνδον ἀοιδιάουσ᾽ ὀπὶ καλῇ
ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ᾽ ὕφαινεν.
Mœonio regi,quem ſerua Licinia furtim
Suſtulerat,vetitiſq; ad Troiam miſerat armis.

Ille autem expirans,non me quicunq; es inulto
Victor nec longum lętabere,te quoq; fata
Proſpectant paria,atq; eadem mox arua tenebis.
οὔ θην οὐδ᾽ αὐτὸς δηρὸν βέῃ,ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκε θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή, Ilia.xvi.
χερσὶ δαμέντ᾽ ἀχιλῆος ἀμύμονος αἰακίδαο.

Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira,
Nũc morere, aſt de me diuũ pater atq̃ hoĩm rex Viderit.

Ilia.xxii. τὸν καὶ τεθνηῶτα προσηύδα δῖος ἀχιλλεύς,
τέθναθι, κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι, ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.

Qualis vbi aut leporem aut candenti corpore cygnũ
Suſtulit, alta petens pedibus Iouis armiger vncis:
Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus.

Ilia.xxii. οἴμησεν δὲ ἀλεὶς, ὥς τ' αἰετὸς ὑψιπετήεις
ὅς τ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν.

Vndiq̃ clamor
Tollitur: inuadunt, & foſſas aggere complent.

Loc. teſt. ex Ilia. xi αὐτοὶ δὲ πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες
ῥώοντ', ἄσβεστος δὲ βοὴ γένετ' ἠῶθι πρό,
φθὰν δὲ μέγ' ἱππήων ἐπὶ τάφρον κοσμηθέντες.

In quibus Virgilius Homerici carminis maieſtatem non æquet.

CAPVT. XIII.

ET quia non eſt erubeſcendum Virgilio, ſi minorem ſe Homero vel ipſe fateatur, dicam in quibus mihi viſus ſit gracilior author.

Tum caput orantis nequicq̃ & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumq̃ reliquit.

Hi duo verſus de illo tranſlati ſunt.

Ilia. x. ἦ, καὶ ὁ μὲν μιν ἔμελλε, γενείου χειρὶ παχείῃ
ἁψάμενος, λίσσεσθ', ὁ δ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε,
φασγάνῳ ἀΐξας, ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε,
φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦγε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Vide nimiam celeritatem ſaluo pondere, ad quam non potuit conatus Maronis accedere. In circuli certamine Homerus alterum curtum paululum antecedentem, & alterum pene coniunctum ſequendo, qua luce ſignauit?

Ilia. xxiii αἱ φηρητιάδαο ποδώκεες ἔκφερον ἵπποι,
τὰς δὲ μετεξέφερον, διομήδεος ἄρσενες ἵπποι
τρώϊοι, οὐδέ τι πολλὸν ἄνευθ' ἔσαν, ἀλλὰ μάλ' ἐγγύς,
αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἐΐκτην.
πνοιῇ δ' εὐμήλοιο μετάφρενον εὐρέε τ' ὤμω
θέρμετ', ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην.

Humeſcunt ſpumis flatuq̃ ſequentum.

Mirabilior eſt celeritas conſequentis priorem curſu pedum apud eundem vatem.

Ilia. xxiii ἴχνια τύπτε πόδεσσι πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι.

Eſt autem huius verſus hic ſenſus. Si per ſolũ puluerẽ forte currat, vbi pes fuerit de terra a currẽte ſublatus, veſtigiũ ſine dubio ſignatũ videtur, & tamen celerius cogitatione puluis qui ictu pedis fuerat excuſſus veſtigio ſuperfundit. Ait ergo diuinus poeta, ita ꝑximũ fuiſſe q̃ ſequebatur, vt occuparet antecedẽtis veſtigiũ anteq̃ puluis ei ſuperfunderetur. At hic videtur idem ſignificare cupiẽs quod ait, Calcemq̃ terit iam calce Diores. Vide & in hoc Homeri cultum.

ἦ καὶ ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος.

Iſte ait, ceruicem inflexam poſuit.
Hos quoq̃ verſus (ſi videtur) comparemus.

ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ
ἄλλοτε δ' ἀΐξασκε μετήορα.

Iamq̃ humilis iamq̃ elati ſublime videntur
Aera per tenerum ferri.

πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα. Odyſ.vi.
Gradienſq; deas ſupereminet omnes.
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, Ilia.ii.
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.
Et meminiſtis enim diuæ,& memorare poteſtis.
Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος Loc. reſt. ex Iliad. xix.
ἤρυγεν ἑλκόμενος ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα,
κούρων ἑλκόντων, γάνυται δέ τε τοῖς ἐνοσίχθων.
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.
Qualis mugitus fugit quum ſaucius aram
Taurus,& incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Inſpecto hic vtriuſq; filo quantam diſtantiam deprehendes? Sed nec hoc minus elegan ter, quod de tauro ad ſacrificium tracto loquens meminit & Apollinis,& Neptuni. His autem duobus præcipue rem diuinam fieri tauro, teſtis eſt ipſe Virgilius.

Taurum Neptuno,taurum tibi pulcher Apollo.
ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην Ilia.ii.
οὔρεος ἐν κορυφῇς, ἕκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.
ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες Ilia. iiii.
ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ
κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔντοσθε χαράδρης,
τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.
In ſegetem veluti quum flamma furentibus auſtris
Incidit,aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros,ſternit ſata læta boumq; labores,
Præcipiteſq; trahit ſyluas: ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

Et duas parabolas temerauit, vt vnam faceret, trahens hinc ignem, inde torrentem,& dignitatem neutrius impleuit.

ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα, Ilia.ix.
βορέης καὶ ζέφυρος, τώ τε θρῄκηθεν ἄητον
ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν.
Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyruſq; notuſq; & lætus eois
Eurus equis, ſtridunt ſyluæ, ſæuitq; tridenti
Spumeus atq; imo Nereus ciet æquora fundo.

Demet huic vitium quod ſupius incurrit, de duabus græcis parabolis vnam dilucidius conſtruendo.

τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων. Ilia.i.
Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntis.

Quod noſter dixit ἴκμενον, veſter ait, Surgens a puppi, ſatis decore. Sed extollunt epitheta, quæ tot & ſic apta vento noſter impoſuit.

σὺν δὲ δύω μάρψας ὥς τε σκύλακας ποτὶ γαίῃ Odyſ.ix.
κόπτ', ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
τοὺς δὲ διαμελεϊστὶ ταμὼν ὡπλίσσατο δόρπον,
ἤσθιε δ' ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν
ἔγκατά τε, σάρκας τε, καὶ ὀστέα μυελόεντα.
Viſceribus miſerorum & ſanguine veſcitur atro.
Vidi egomet duo de numero quum corpora noſtro
Prenſa manu magna medio reſupinus in antro Frangeret ad ſaxum.

Narrationem facti nudam & breuem Maro poſuit. Contra Homerus πάθος miſcuit,& dolore narrandi inuidiam crudelitatis æquauit.

τὴν δὲ μετ' ἰφιμέδειαν ἀλωῆος παράκοιτιν Odyſ.xi.
εἰσίδον, ἣ δὴ φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι.
καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, μινυνθαδίω δὲ γενέσθην.

ὠτόν τ᾽ ἀντίθεον, τηλεκλειτόν τ᾽ ἐφιάλτην.
οὓς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα,
καὶ πολὺ καλλίστους μετά γε κλυτὸν ὠρίωνα.
ἐννέωροι γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν ὀλύμπῳ
φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο,
ὄσσαν ἐπ᾽ ὀλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ᾽ ὄσσῃ
πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵμ᾽ οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Hinc & Aloidas geminos imania vidi Corpora,q̄ manibus magnū reſcindere cælū Aggreſſi,ſuperiſq; Iouem detrudere regnis.Homerus magnitudinē corporū alte lateq; dimenſus eſt,& verborū ambitu membra depinxit:Veſter ait immania corpora,nihilq; vlterius adiecit,menſurarū nomina nō auſus attingere.Ille de conſtruendis montibus conatū inſanę molitionis expreſſit:Hic aggreſſos reſcindere dixiſſe cōtētus eſt cælum.

Ilia. iiii. Poſtremo locū loco ſi cōpares,pudendam inuenies differentiam.
ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης
ὄρνυτ᾽ ἐπασσύτερον ζεφύρου ὕπο κινήσαντος,
πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ᾽ ἄκρας
κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ᾽ ἁλὸς ἄχνην.

Fluctus vti primo cœpit quū albeſcere pōto,Paulatim ſeſe tollit mare,& alti⁹ vndas Erigit,inde imo conſurgit ad æthera fundo.Ille cum marino motu & littoreos fluctus ab initio deſcribit,hoc iſte ꝑteruolat.Deinde qđ ait ille, πόντῳ μέν τα πρῶτα κορύσσεται. Maro ad hoc vertit, Paulatim ſeſe tollit mare. Ille fluctus incremento ſuo ait ſublime curuatos littoribus illidi,& aſpergine collectę ſordis expuere,qđ nulla expꝛſſius pictura ſignaret: Veſter mare a fundo ad æthera vſq; ꝑducit.

Dixerat,idq; ratū ſtygii ꝑ flumina fratris Per pice torrētis atraq; voragine ripas Annuit,& totum nutu tremefecit olympum.

Ilia. i. ἦ, καὶ κυανέοισιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε κρονίων,
ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο, μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Iouis vultus. Phidias quū Iouem Olympiū fingeret,interrogatus de quo exemplo diuinam imitaretur effigiem: reſpondit archetypū Iouis in his ſe tribus Homeri verſibus inueniſſe: Nam de ſuperciliis & crinibus totū ſe Iouis vultum collegiſſe.Quod vtrunq; videtis a Virgilio pretermiſſum.Sane concuſſum Olympū nutus maieſtate nō tacuit.Iuſiurādū vero ex alio Homeri loco ſumpſit, vt tranſlationis ſterilitas hac adiectione cōpēſaret.

Ora puer prima ſignans intonſa iuuēta.Prętermiſſa gratia incipientis pubertatis minus gratam fecit latinam deſcriptionem.

Iliad. xii. ὡς δ᾽ ὅταν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρευτῇσι,
κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται σθένεϊ βλεμεαίνων,
οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες
ἀντίοι ἵστανται, καὶ ἀκοντίζουσι θαμειὰς
αἰχμὰς ἐκ χειρῶν, τοῦ δ᾽ οὔποτε κυδάλιμον κῆρ
ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται, ἀγηνορίη δέ μιν ἔκτα,
ταρφέα τε στρέφεται στίχας ἀνδρῶν πειρητίζων
ὅππῃ τ᾽ ἰθύσῃ, τῇ τ᾽ εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν.

Vt fera,quæ denſa venantum ſepta corona
Contra tela furit,ſeſeq; haud neſcia morti
Iniicit,& ſaltu ſupra venabula fertur.

Videtis in anguſtum latinam parabolam ſic eſſe contractam, vt nihil poſſit eſſe ieiunus: græcam contra & verborum & rerum copia pompam veræ venationis impleſſe. In tanta ergo differentia pene erubeſcendum eſt comparare.

Ilia. xiii. φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ
ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ.

Haud aliter Troianæ acies,aciesꝙ latinę
Concurrũt:hęret pede pes denſusꝙ viro vir.
Quanta ſit differentia vtriusꝙ loci,lectori ęſtimandum relinquo.

ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν, Ilia.xii.
αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων
φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὔπω λήθετο χάρμης.
κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος περὶ δειρὼ,
ἰδνωθεὶς ὀπίσω. ὃ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε
ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάμβαλ' ὁμίλῳ,
αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο.

Vtꝙ volans alte raptum quũ fulua draconẽ Fert aquila,implicuitꝙ pedes,atꝙ vngui bus hęſit:Saucius at̃ ſerpens ſinuoſa volumina verſat,Arrectiſꝙ horret ſquãmis,& ſibi lat ore,Arduus inſurgẽs:illa haud minus vrget adunco Luctãtẽ roſtro,ſimul ęthera ver berat alis. Virgilius ſolã aquilę prędã refert, nec Homericæ aquilę omen aduertit, quæ & ſiniſtra veniẽs vincẽtiũ prohibebat acceſſum, & accepto a captiuo ſerpẽte morſu præ dam dolore deiecit,factoꝙ tripudio ſoliſtimo cũ clamore dolorẽ teſtãte pręteruolat. qui bus omnibus victorię preuaricatio ſignificabat̃.His pretermiſſis quę animã parabolę da bant,velut exanime in latinis verſibus corpus remanſit.

Parua metu primo,mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturꝙ ſolum,& caput inter nubila condit. Ilia.iiii.

ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα,
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Homerus ἔριν hoc eſt contentionẽ,a paruo dicit incipere,& poſtea in incrementũ cœlũ vſꝙ ſubcreſcere.Hoc idẽ Maro de fama dixit,ſed incõgrue. Neꝙ.n.ęqua ſunt argumẽta cõtẽtionis & famę:qa cõtẽtio,etſi vſꝙ ad mutuas vaſtationes ac bella ꝓceſſerit,adhuc cõ tentio eſt,& manet ipſa q̃ creuit.Fama vero quũ in immẽſum ꝑdit,fama eſſe iã deſinit,& fit notio rei iã cognitę.Quis.n.iã famã vocet,quũ res aliqua a terra in cęlũ nota ſit?De inde nec ipſam hyperbolen potuit æquare.Ille cęlũ dixit,hic auras & nubila.Hæc aũt ra tio fuit non ęquandi omnia,quę ab auctore tranſcripſit,ꝙ in omni operis ſui parte alicu ius Homerici loci imitationem volebat inſerere,nec tamen humanis viribus illam diui nitatem vbiꝙ æquare:vt in illo loco,quem volo omniũ noſtrum iudicio in commune pẽ ſari. Minerua Diomedi ſuo pugnanti dũtaxat flammarũ addidit ardorem,& inter ho ſtium cædes fulgor capitis vel armorum pro milite minatur. (Cõtẽtionis & famę cõparatio.)

δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ, Ilia.v.
ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅς τε μάλιστα,
λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος ὠκεανοῖο.
τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων.

Hoc miratus ſupra modũ Virgilius,immodice eſt vſus.Modo.n.ita de Turno ait. Tre mũt ſub vertice criſtę Sãguineę,clypeoꝙ micãtia fulmĩa mittũt.Mõ idẽ ponit de Ænea. Ardet apex capiti criſtiſꝙ ac vertice flãma Fũditur,& vaſtos vmbo vomit æreus ignes. Qđ q̃ importune poſitũ ſit,hinc apparet,ꝙ necdũ pugnabat Æneas,ſed tantũ e naui ve niens apparebat.Alio loco.Cui triplici crinita iuba galea alta Chimęrã Suſtinet,ætneos efflantẽ faucibus ignes.Quid ꝙ Æneas recẽs allatis armis a Vulcano, & in terra poſitis mirat̃ terribilẽ criſtis galeã flãmaſꝙ mouentẽ? Vultis aliam fruendi auiditatem videre? Loci huius,cuius ſupra meminimus,fulgore correptus,

Sero voluit loquẽti Ioui aſſignare parẽ reuerẽtiã.Nã quũ & in prĩo volumine,& i.iiii. & in.ix.loqt̃ quędã Iuppiter ſine tumultu:deniꝙ poſt Iunonis & Veneris iurgiũ inſit:eo dicẽte,Deũ domus alta ſileſcit,Et tremefacta ſolo tellus,ſilet arduus æther, Tũ zephyri poſuere,ꝑmit placida ęquora põtus:tanꝗ nõ idẽ ſit q̃ locutus ſit paulo ante ſine vllo mũ di totius obſequio.Siliſ† importunitas eſt in eiuſdem Iouis lance,quã ex illo loco ſũpſit. († opportunitas.)

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, Ilia.xxii.
ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,

τὴν μὲν ἀχιλλῆος, τὴν δ᾽ ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ᾽ ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.
ᾤχετο δ᾽ εἰς ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ φοῖβος ἀπόλλων.
Nam quum iam de Turno prædixiſſet Iuno,
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis,
Parcarumq; dies & lux inimica propinquat:
Manifeſtumq; eſſet, Turnum vtiq; periturum: ſero tamen
Iuppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet, & fata imponit diuerſa duorum.

Virgiliꝰ nimius Homeri æmulator.

Sed hęc & alia ignoſcẽda Virgilio, qui ſtudii circa Homerũ nimietate excedit modũ. Et re vera non poterat non in aliquibus minor videri, qui per oẽm poeſim ſuam hoc vno eſt præcipue vſus archetypo. Acriter enim in Homerum oculos intendit, vt ęmularetur eius non modo magnitudinem, ſed ſimplicitatem & pręſentiam orationis, & tacitam maieſtatem. Hinc diuerſarum inter heroas ſuos perſonarum varia magnificatio, hinc deoꝝ interpoſitio, hinc auctoritas fabuloſorum, hinc affectuũ naturaliũ expreſſio, hinc monumentorũ perſecutio, hinc parabolarũ exaggeratio, hinc torrentis orationis ſonitus, hinc rerum ſingularum cum ſplendore faſtigium.

Vſqueadeo Virgilio dulcẽ fuiſſe imitationem Homeri, vt vitia quoq; nõnulla æmulari voluerit. Tũ quantopere illius ſit imitatus epitheta, cęteraq; quæ gratiorẽ reddunt.

CAP. XIIII.

ADeo autem Virgilio Homeri dulcis imitatio eſt, vt & in verſibus vitia, quę a nonnullis imperite reprehendũtur, imitatus ſit, eos dico quos gręci vocãt .Quos hic quoq; Homericũ ſtilũ approbãs nõ refugit, vt ſunt apud ipſum Acephali, Arietat in portas, Parietibꝰ textũ cęcis iter, & ſimilia. Vt etiã qui in medio verſu breues ſyllabas ꝓ longis habent. Et duros obiice poſtes. Conſiliũ ipſe pater & magna incepta Latinꝰ. Syllabæ longiores ſunt. Quin protinus omnia. Vulcano decoquit humorem. Et Spumas miſcent argenti viuaq; ſulphura. Et Arbutus horrida.

Sunt apud Homerum verſus vulſis ac raſis ſimiles, & nihil differentes ab vſu loquendi. Hos quoq; tanq̃ heroice incomptos adamauit.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.
Sunt amœnæ repetitiones, quas non fugit. Vt.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

Homerica quoq; epitheta quantũ ſit admiratus, imitando confeſſus eſt, & mille talium vocabulorum, quibus velut ſideribus micat diuini carminis variata maieſtas. Ad hæc a veſtro reſpõdetur. Maleſuada fames. Auricomos ramos. Centũgeminus Briareus. Adde & fumigeram noctem, & quicquid in ſingulis pene verſibus diligẽs lector agnoſcit. Sępe Homerus inter narrandum velut ad aliquem dirigit orationem. Nec hoc Virgilius omiſit. Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes. Totũq; inſtructo marte videres Feruere Leucatẽ. Et, pelago credas innare reuulſas Cycladas. Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauãdi. Itẽ diuinus ille vates res, vel paulo vel multo ante tranſactas, opportune ad narrationis ſuæ ſeriem reuocat, vt & hiſtoricum ſtilũ vitet, non per ordinem dirigẽdo quæ geſta ſunt, nec tamen pręteritorum nobis notitiam ſubtrahat. Theben Aſiæ ciuitatem, aliaſq; plurimas Achilles anteq̃ iraſceretur euerterat. Sed Homeri opus ab Achillis ira ſumpſit exordium. Ne igitur ignoraremus quæ prius geſta ſunt, ſit eorũ tempeſtiua narratio. Item ne ignoraremus, quo duce claſſis græcoꝝ ignotum ſibi Troiæ littus inuenerit, quum de Calchante quereretur ait.

Ilia. i.
καὶ νήεσσ᾽ ἡγήσατ᾽ ἀχαιῶν ἴλιον εἴσω
ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε φοῖβος ἀπόλλων.
Et ipſe Calchas narrat omen, qđ gręcis nauigantibus de ſerpente paſſerũ populatore cõtigerit. Ex quo denũciatũ eſt, exercitum annos decem in hoſtico futurũ. Alio itẽ loco ſenex, vt referendis fabulis amica & loquax ętas, res refert vetuſtas.

μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὔτι νέον γε
ὡς ἦν, ἐν δ' ἡμῖν ἐρέω πάντεσσι φίλοισι.
κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ αἰτωλοὶ μενεχάρμαι
ἀμφὶ πόλιν καλυδῶνα καὶ ἀλλήλους ἐνάριζον.
Αἰτωλοὶ μὲν ἀμυνόμενοι καλυδῶνος ἐραννῆς,
κουρῆτες δὲ διαπραθέειν μεμαῶτες ἄρηϊ.
καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος ἄρτεμις ὦρσε
χωλαμένη, ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
Οἰνεὺς ῥέξ', ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας.
οἴῃ δ' οὐκ ἔρρεξε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

Loc. reſt. ex Ili. xix

Et ſequentia. Virgilius om̃e hoc genus pulcherrime ęmulatus eſt. Nã memini Heſio-
næ viſentẽ regna ſororis Laomedontiadem Priamũ. Et, Atq; equidẽ memini Teucrũ Si-
dona venire. Et, Qualis eram quũ primã aciẽ Pręneſte ſub ipſa Straui. Et de furto vel pœ
na Caci tota narratio. nec vetuſtiſſima tacuit, quin & ipſa notitię noſtræ auctoris ſui imi
tator ingereret. Nãq; ferunt luctu Cygnum Phaethontis amati, & ſimilia.

Quæ diuerſitas catalogorũ ſit apud Virgilium & Homerum.

CAP. XV.

Catalogi

VBi vero enumerantur auxilia, quem Gręci catalogũ vocant, eundem
auctorem ſuum conatus imitari, in nonnullis paululum a grauitate
Homerica deuiauit. Primũ q; Homerus pręteriſſis Athenis ac La
cedęmoniis vel ipſis Mycenis, vnde erat rector exercitus, Bœotiã in
catalogi ſui capite locauit, non ob loci aliquam dignitatem, ſed no-
tiſſimũ promontorium ad exordium ſibi enumerationis elegit. Vn-
de progrediens modo mediterranea, modo maritima iuncta deſcri-
bit. Inde rurſus ad vtrũq; ſitum cohęrentium locorum diſciplina deſcribentis, velut iter
agentis accedit. Nec vllo ſaltu cohęrentiam regionũ in libro ſuo hiare permittit, ſed hoc
hiandi more procedens redit, vnde digreſſus eſt, & ita finitur quicquid enumeratio eius
amplectitur. Contra Virgilius nullum in cõmemorãdis regionibus ordinem ſeruat, ſed
locorum ſeriem ſaltibus lacerat. Adducit primum Cluſio & Coſis Maſſicum. Abas hunc
ſequitur, manu Populonię Iluęq; comitatus. Poſt hos Aſilam miſere Piſæ. Quæ in q̃ lon
ginqua ſint Hetruriæ parte, notius eſt, q̃ vt annotandum ſit. Inde mox redit Cærete, &
Pyrgos, & Grauiſcas, loca Vrbi proxima, quibꝰ ducem Aſturem dedit. Hinc rapit illum
Cygnus in Liguriã, Ocnus Mãtuam. Sed ne in catalogo auxiliorum Turni, ſi velis ſitum
locorum mente percurrere, inuenies illum continentiam regionum ſecutũ. Deinde Ho
merus omnes quos in catalogo enumerat, etiam pugnantes vel proſpera vel ſiniſtra for
te commemorat. Et quum vult dicere occiſos quos catalogo non inſeruit, non hominis,
ſed multitudinis nomen inducit. Et quoties multam necem ſignificare vult, meſſem ho-
minũ factam dicit: nulli certũ nomẽ facile extra catalogũ vel addẽs in acie, vel detrahẽs.
Sed Maro noſter anxietatem huius obſeruationis omiſit. Nam & in catalogo nomina-
tos præterit in bello, & alios nominat ante non dictos. Sub Maſſico duce mille manus iu
uenũ veniſſe dixit, q mœnia Cluſi quiq; Coſas liquere. Deinde Turnꝰ naui fugit, qua rex
Cluſinis aduectus Oſinius oris: quem Oſiniũ nunq̃ ante nominauit. Et nunc ineptũ eſt, re
gem ſub Maſſico militare. Pręterea nec Maſſicus, nec Oſinius in bello penitus apparent:
ſed & illi quos dicit, fortẽq; Gyam, fortẽq; Sereſtũ, pulcher quoq; Equicolus, & mauor-
tius Hęmon, & fortiſſimus Vmbro, & Virbius Hippolyti ꝓles pulcherrima bello, nullũ
locũ inter pugnãtiũ agmina vel glorioſa vel turpi cõmemoratiõe meruerũt. Aſtur itẽq;
Cupauo, & Cygnus inſignis Cygni Phaethontiſq; fabulis nullã pugnæ operã præſtant:
quũ Aleſus & Sacrator ignotiſſimi pugnẽt, & Atinas ante non dictus. Deĩde in iis quos
noiat, ſit ſępe apud ipſum incauta cõfuſio. In nono Corinęũ ſternit Aſilas: Deinde in duo
decimo Ebuſum Corinæus interficit. Obuius ambuſtũ torrẽ Corinæus ab ara Corripit
& veniẽti Ebuſo plagamq; ferẽti Occupat os. Sic & Numã quẽ Niſus occidit, poſtea Æ-
neas pſeqt: Fortẽq; Numã. Camertẽ in decimo Æneas ſternit: At in duodecimo, Iuturna
formã aſſimulata Camerti. Clorea in vndecimo occidit Camilla, in duodecimo Turnus.

Palinurus Iaſides,& Iapix Iaſides,quęro an fratres ſint.Hyrtacides eſt Hippocoon,& rurſus Hyrtacides Corinęũ ſternit Aſilas.Sed potuerunt duo vnũ nomen habuiſſe. Vbi eſt illa in his caſibus Homeri cautio?apud quem quũ duo Aiaces ſint, modo dicit, Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν ὀϊλῆος ταχὺς αἴας.modo,μείων,οὔτι τόσος γε,ὅσος τελαμώνιος αἴας. Item alibi.

Aiaces duo. Ilia.ii. Ilia. xiii.

Αἴας δ' οὐκέτι πάμπαν ὀϊλῆος ταχὺς υἱός
ἵστατ' ἀπ' αἴαντος τελαμωνίου,οὐδ' ἠβαιόν.

Nec deſinit,quos iũgit nomine,inſignibus ſeparare,ne cogatur lector ſuſpiciones de varietate appellationis agitare.Deinde in catalogo ſuo curauit Virgiliꝰ vitare faſtidiũ,qđ Homerꝰ alia ratione non cauit,eadẽ figura ſępe repetita. Hic aũt variat, velut dedecus aut crimen vitans repetitionẽ.Primus init bellũ Tyrrhenis aſper ab oris.Filius huic iuxta Lauſus.Poſt hos inſignẽ fama ꝑ gramina currũ. Tũ gemini fratres. Nec Præneſtinæ fundator.At Meſapus equum domitor.Ecce ſabinorũ priſco de ſanguine.Hinc Agamemnonius.Et te montoſæ.Quin & Marrubia venit de gẽte ſacerdos. Ibat & Hippolyti ꝓles.Has copias fortaſſe putat aliquis diuinę illi ſimplicitati p̄ferendas.Sed neſcio quomodo Homerũ repetitio illa vnice decet,& eſt genio antiq poetæ digna,enumerationiqꝫ cõueniẽs,ꝙ in loco mera nomina relaturus non incuruauit ſe,neqꝫ minute torſit,deducendo ſtilũ per ſingulorũ varietates, ſed ſtat in conſuetudine percẽſentiũ,tanq̃ ꝑ aciẽ diſpoſitos enumerans.Qđ non aliis q̃ numerorum fit vocabulis.Et tamẽ egregie vbi oportet de nominibus ducũ variat. Illã vero enumerationis congeſtionem apud Homerũ Maro admiratus ita expreſſit,vt pene eũ dixerim elegantius tranſtuliſſe.

Loc.reſt. ex Ilia.13.

τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον,ἔνθα μάλιστα,
ζαχρηεῖς γίγνοντο μάχῃ,αὐτοί τε καὶ ἵπποι.
ἔνθα δὲ βοιωτοί,καὶ ἰάονες ἑλκεχίτωνες,
λοκροὶ καὶ φθῖοι,καὶ φαιδιμόεντες ἐπειοί,
σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον,οὐδ' ἐδύναντο
ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ ἴκελον ἕκτορα δῖον.
οἱ μὲν ἀθηναίων προλελεγμένοι,ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
ἦρχ' υἱὸς πετεῶο μενεσθεύς,οἱ δ' ἅμα ἕποντο,
φείδας τε,στιχίος τε,βίας τ' ἐΰς,αὐτὰρ ἐπειῶν
φυλεΐδης τε μέγης,ἀμφίων τε δρακίος τε,
προφθίων τε,μέδων τε,μενεπτόλεμός τε ποδάρκης.

Et ſimilia.ad quod exemplum illa Virgiliana ſunt.

Agmina denſantur campis,argiuaqꝫ pubes
Aruncæqꝫ manus,Rutuli vetereſqꝫ Sicani,
Et Sacranę acies,& picti ſcuta Labici:
Qui ſaltus Tyberine tuos ſacrumqꝫ Numici
Littus arant,Rutuloſqꝫ exercent vomere colles
Circęumqꝫ iugum,quis Iuppiter anxuris aruis
Præſidet,& cætera.

Quæ in vtriuſqꝫ catalogis ſimilitudo:q̃ crebrę apud vtrũqꝫ ſententię. Tum in quibus ſiue caſu ſeu ſponte ab Homero Virgilius deſciſcat,& in quibus imitationem ipſam diſſimulet.

CAP.XVI.

VTerqꝫ in catalogo ſuo poſt difficilium rerum vel nominum narrationẽ, infert fabulam verſibus amœnioribus, vt lectoris animus recreet. Homerus inter enumerãdam regionem & vrbium nomina,facit locũ fabulis,quæ horrorem ſatietatis excludant.

Lo.repo. ex Ilia.ii.

οἳ δὲ πύλον τ' ἐνέμοντο,καὶ ἀρήνην ἐρατεινήν,
καὶ θρύον ἀλφειοῖο πόρον,καὶ ἐΰκτιτον αἰπύ,
καὶ κυπαρισσήεντα,καὶ ἀμφιγένειαν ἔναιον,
καὶ πτελεόν,καὶ ἕλος,καὶ δώριον,ἔνθά τε μοῦσαι
ἀντόμεναι,θάμυρον τὸν θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς
οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' εὐρύτου οἰχαλιῆος.
στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν,εἴπερ ἂν αὐταὶ
μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.
Αἳ δὲ χολωσάμεναι,πηρὸν θέσαν,αὐτὰρ ἀοιδὴν

θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.
τῶν, αὖθ' ἡγεμόνευε γερήνιος ἱππότα νέστωρ.

Et reliqua, quibus protraxit iucũditatẽ. Virgilius in hoc ſecutꝰ auctorẽ, in priore catalogo modo de Auentino, modo de Hippolyto fabulatᷓ, in ſecũdo Cygnus ei fabula eſt, & ſic amœnitas intertexta faſtidio narrationũ medetur. In omnibus vero Georgicorum libris hoc idem ſumma cum elegantia fecit. Nam poſt pręcepta, quę natura res dura eſt, vt legentis animũ vel auditũ nouaret, ſingulos libros acciti extrinſecus argumẽti interpoſitione concluſit, primũ de ſignis tempeſtatũ, de laudatione ruſticę vitę ſecundũ, & tertius deſinit in peſtilentiam pecorum, quarti finis eſt de Orpheo & Ariſteo nõ ocioſa narratio. Ita in omni opere Maronis Homerica lucet imitatio.

Homerus omnẽ poeſim ſuam ita ſententiis farſit, vt ſingula eius ἀποφθέγματα vice prouerbiorum in omnium ore fungantur. vt,

οὐ γάρ πω τὶς ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. Odyſſ. i.
παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται. Odyſ. ii.
οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων. Odyſ. iii

Et alia innumerabilia, quę ſententialiter proferunᷓ. Nec hęc apud Virg. fruſtra deſideraueris. Nõ oĩa poſſumus oẽs. Omnia vincit amor. Labor improbus oĩa vincit. Vſqueadeo ne mori miſerũ eſt? Stat ſua cuiq; dies. Dolus an virtus qs in hoſte reqrat? Et qd queq; ferat regio, & qd queq; recuſet. Auri ſacra fames. Et ne obtundam nota referẽdo, mille ſententiarum taliũ, aut in ore ſunt ſingulorũ, aut obuię intentioni legentis occurrunt. Sentẽtiæ Virgilii.

In nonnullis ab Homerica ſecta haud ſcio caſu ne an ſponte deſciſcit. Fortunam Homerus neſcire maluit, & ſoli decreto, quã μοῖραν vocat, omnia regenda cõmittit: adeo vt hoc vocabulum τύχη in nulla parte Homerici voluminis nominet. Contra, Virgilius nõ ſolum nouit & meminit, ſed omnipotentiam quoq; eidem tribuit, quã & philoſophi qui eam nominant, nihil ſua vi poſſe, ſed decreti ſiue prouidentiæ miniſtram eſſe voluerunt. Virg. ab Homero deſciſcit. Fortunã Homerꝰ neſcit.

Et in fabulis ſeu in hiſtoriis nonnunq̃ idem facit. Ægęon apud Homerum auxilio eſt Ioui: Hunc contra Iouem armant verſus Maronis. Eumedes Dolonis proles bello præclara animo manibuſq; parentem refert, quum apud Homerum Dolo imbellis ſit. Nullam cõmemorationem de iudicio Paridis Home. admittit. Idem vates Ganymedem, non vt Iunonis pellicẽ a Ioue raptũ, ſed Iouialiũ poculoꝝ miniſtrũ in cęlũ a diis aſcitũ fert, velut decorũ. Virg. tantã deã, qđ cuiuis de honeſtis fœminę deforme eſt, velut ſpecie victã Paride iudicante doluiſſe, & ꝓpter catamiti pellicatũ totã gẽtẽ eiꝰ vexaſſe cõmemorat. Ægęon. Dolo. Ganimedes.

Interdũ ſic auctorem ſuũ diſſimulanter imitaᷓ, vt loci inde deſcripti ſolã diſpoſitionẽ mutet, & faciat velut aliud videri. Homerus ingenti ſpiritu ex pturbatione terrę ipſum Ditem patrem territum proſilire, & exclamare quodammodo facit. Loc. reſt. ex Ili. xx.

δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
ὑψόθεν. αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε
γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης
καὶ κορυφαί, Τρώων τε πόλις καὶ νῆες ἀχαιῶν.
ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων ἀϊδωνεύς,
δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε μή οἱ ὕπερθε
γαῖαν ἀναρρήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη,
σμερδαλέ' εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.
τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων.

Hoc Maro non narrationis, ſed parabolę loco poſuit, vt aliud eſſe videreᷓ. Nõ ſecus ac ſiqua penitus vi terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes, & regna recludat Pallida diis inuiſa, ſuperq; immane barathrũ Cernaᷓ, trepidentq; immiſſo lumine manes. ¶Hoc quoq; diſſimulando ſurripuit. Nam quum ille dixiſſet deos ſine labore viuere, θεοὶ ῥεῖα ζώοντες, hoc idem dixit occultiſſime. Dii Iouis in tectis caſum miſerantur inanem Amborũ, & tãtos mortalibus eſſe labores. quibus ipſi ſcilicet carent.

¶Non ſatis apte Virg. feciſſe initiũ belli inter Troianos & Latinos. Inde quæ ex Apollonio & Pindaro traduxerit: q̃q; grecoꝝ cũ vocabulis tũ iflexiõe ſit delectatꝰ. Cap. XVII.

QVid Virgilio contulerit Homerus, hinc maxime liquet, ꝙ vbi rerũ neceſſitas exegit a Marone diſpoſitionẽ inchoandi belli, quã nõ habuit Home, quippe q Achillis irã exordiũ ſibi fecerit, quę .x. demũ belli anno contigerit, laborauit ad rei nouę partũ: ceruũ fortuito ſautiũ fecit cauſam tumultus. Sed vbi vidit hoc leue nimiſq; puerile, dolorẽ auxit agreſtiũ, vt impetus eoꝝ ſufficeret ad bellũ. Sed nec ſeruos Latini, & maxime ſtabulo regio curãtes, atq; ideo qd fœderis cũ Troianis Latinus icerit, ex muneribꝰ equorum & currus iugalis non ignorãtes, bellum generi deum oportebat inferre. Quid igitur? deorũ maxima deducit̃ e cælo, & maxima furiarũ de tartaris aſciſcit̃. Spargunt̃ angues, velut in ſcæna parturiẽtes furorẽ. Regina nõ ſolũ de penetralibꝰ reuerẽtię matronalis educit̃, ſed & p vrbẽ mediã cogit̃ facere diſcurſus. Nec hoc cõtẽta ſyluas petit accitis reliquis matribꝰ in ſocietatẽ furoris. Bacchat̃ chorus quondã pudicꝰ, & orgia inſana celebrant̃. Quid plura? Maluiſſem Maronẽ, & in hac parte apud auctorẽ ſuũ, vel apud quẽlibet græcorũ aliũ qd ſequeret̃ habuiſſe. Aliũ nõ fruſtra dixi: qa nõ de vniꝰ racemis vindemiã ſibi fecit, ſed bene in rẽ ſuã vertit qcqd vbicũq; inuenit imitandũ: adeo vt de Argonauticorũ quarto, quorũ ſcriptor eſt Apollonius, librũ Æneidos ſuę quartũ totũ pene formauerit, ad Didonẽ vel Æneã, amatoriã continentiã Medeę circa Iaſonẽ transferẽdo: qd ita elegãtius auctore digeſſit, vt fabula laſciuientis Didonis, quã falſam nouit vniuerſitas, per tot tamen ſecula ſpeciẽ veritatis obtineat, & ꝓ vero per ora oĩm volitet: vt pictores fictoreſq;, q ſigmẽtis liciorũ contextas imitant̃ effigies, hac materia vel maxime in efficiendis ſimulacris tanq̃ vnico argumento decoris vtant̃: Nec minus hiſtrionũ perpetuis & geſtibus & cantibus celebrat̃. Tantũ valuit pulchritudo narrãdi, vt oẽs Phœniſſæ caſtitatis conſcii, nec ignari manũ ſibi inieciſſe reginã ne pateret̃ damnũ pudoris: conniueant tamẽ fabulę, & intra cõſcientiã veri fidẽ premẽtes malint pro vero celebrari, qd pectoribus humanis dulcedo fingentis infudit.

Æneidos quartus ſumptus ab Apollonio argonauticorũ ſcriptore.

Gel. li. 17 cap. x.

Videamꝰ vtrũ attigerit & Pindarũ, quẽ Flac. imitationi inacceſſum fatet̃. Et minuta qdẽ atq; rorãtia, q̃ inde ſubtraxit, relinquo: vnũ vero locũ, quem tentauit ex integro pene tranſcribere, volo cõmunicare vobiſcũ, qa dignus eſt, vt eum velimus altius intueri.

Ætna iuxta imitationẽ Pindari.

Quũ Pindari carmẽ qd de natura atq; flagrãtia motis Ætnæ compoſitum eſt, ęmulari vellet, eiuſmodi ſententias & verba molitus eſt, vt Pindaro quoq; ipſo, qui nimis opima & pingui facundia exiſtimatus eſt, inſolentior hoc qdem in loco tumidiorq; ſit. Atq; vti voſmetipſos eius quod dico arbitros faciam, carmen Pindari qd eſt ſuper monte Ætna quantulum eſt mihi memoriæ dicam.

κίων δ᾽ οὐρανία συνέχει
νιφόεσσ᾽ αἴτνα πάνετες
χιόνος ὀξείας τιθήνα,
τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
ἐκ μυχῶν παγαί, ποταμοὶ
δ᾽ ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων᾽· ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
κεῖνο δ᾽ ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
δεινοτάτους ἀναπέμπει.

Audite nunc Virg. verſus, vt inchoaſſe eum verius q̃ perfeciſſe dicatis.

Portus ab acceſſu ventorum immotus, & ingens
Ipſe, ſed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente fauilla,
Atollitq; globos flammarum, & ſidera lambit.
Interdum ſcopulos auulſaq; viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæſtuat imo.

Iam principio Pindarus veritati obſecutꝰ dixit q̄d res erat, quodq; illic oculis deprehendit: interdiu fumare Ætnã, noctu flãmigare. Virgilius autẽ dũ in ſtrepitu ſonituq; verborũ cõquirendo laborat: vtrũq; tempus nulla diſcretione facta confundit. Atq; ille græcos quidem imitatus, fontes ignis eructare, & fluere amnes fumi, & flammarũ fulua & tortuoſa volumina ĩ plagas maris ferri quaſi quoſdã igneos † angues luculẽter dixit. At hic veſter atram nubem turbine piceo & fauilla fumantẽ ῥόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari volẽs, craſſe & immodice cõgeſſit: globoſq; flammarũ, quod ille κρουνοὺς dixerat, duriter poſuit & ἀκύρως. Hoc vero inenarrabile eſt, ꝙ nubem atram fumare dixit turbine piceo & fauilla candente. Non enĩ fumare ſolent neq; atra eſſe, quę ſunt candentia, niſi forte candente dixit peruulgate & improprie pro feruenti, nõ pro re lucenti. Nã candẽs.ſ. a candore non a calore dictum. Q; autẽ ſcopulos eructari & erigi, eoſdẽq; ipſos ſtatim liquefieri & gemere atq; glomerari ſub auras dixit: hoc nec a Pindaro ſcriptum, nec vnq̄ fando auditum: & omniũ quæ monſtra dicuntur, monſtruoſiſſimum eſt.

† Amnes

Candẽs.

Poſtremo Graiæ linguæ q̄ ſe libenter addixerit, de crebris q̃ vſurpat vocabulis æſtimate. Dirus Vlyſſes. Spelæa ferarum. Dædala tecta. Rhodopeiæ arces. Altaq; Panchæa. Atq; getę, atq; hebrꝰ, atq; actias orithyia. Et, Thyas vbi audito ſtimulãt trieterica Baccho Orgia, nocturnuſq; vocat clamore cytheron. Et, Nõ tibi tyndaridis facies ĩuiſa lacænæ. Et, Ferte ſimul fauniq; pedem dryadeſq; puellæ. Et, Hinc atq; hinc glomerantur oreades. Et, Pars pedibus plaudunt choreas. Et, Mileſia vellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore. Et, Drymoq; xãthoq; lygeaq; phyllodoceq;. Et, Melite Panopęaq; virgo, Neſęa Spioq; thaliaq; cymodoceq;. Et, Alcandrumq; Haliumq; Noemonaq; Prytaninq;. Et, Amphion dircęus in acteo aracyntho. Et, Senior glauci chorus, inouſq; Palæmon. Verſus eſt Parthenii, quo grãmatico in gręcis Virgilius vſus eſt. Hic ait, Glauco & Panopeę & inoo Melicertę. Et, Tritoneſq; citi. Immania cete.

Græca vocabula q̄ libẽter Vir. vſurpauerit.

Parthenius.

Adeo aũt & declinationibꝰ gręcis delectatur, vt Mneſthea dixerit pro Mneſtheũ. Sicut ipſe alibi, Nec fratre Mneſtheo. Et pro Orpheo dicere maluerit Orphi, gręce declinãdo, vt Orphi Calliopea Lino formoſus Apollo. Et, Vidimus o ciues Diomede. Et taliũ nominũ accuſatiuꝰ græcus eſt in e deſinẽs. Nã ſiquis eũ putat latine dixiſſe Diomedẽ, ſanitas metri in verſu deſiderabitur. Deniq; oĩa carmina ſua gręca maluit inſcribere Bucolica, Georgica, Æneis: cuius nominis figuratio a regula latinitatis aliena eſt.

Quæ Virgilius tã occulte a græcis traxerit, vt vix vnde ducta ſint agnoſci poſſit: Quod ex eo liquet ꝙ nullus locus ex illis ſit reſtitutus.

CAPVT. XVIII.

SEd de his hactenus, quorũ plura oĩbus, aliqua nõnullis Romanorũ nota ſunt. Ad alia venio, quæ de græcarũ literarũ penetralibus eruta nullis cognita ſunt, niſi q gręcã doctrinã diligẽter hauſerũt. Fuit enĩ hic poeta vt ſcrupuloſe & anxie, ita diſſimulãter, & quaſi clanculo doctus, vt multa tranſtulerit, quæ vnde tranſlata ſint difficile ſit cognitu.
In exordio Georgicorum poſuit hos verſus.

Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta,
Poculaq; inuentis acheloia miſcuit vuis.

Nihil in his verſibus grammaticorũ cohors diſcipulis ſuis amplius tradit, niſi illud, opera Cereris effectum, vt homines ab antiquo victu deſiſterent, & frumento pro glandibus vterentur. Liberum vero vitis repertorem præſtitiſſe humano potui vinum, cui aqua admiſceretur. Cur autem Acheloum amnem potiſſimum Virgil. quum aquã vellet intelligi, nominauit: nemo vel quærit, vel omnino ſubeſſe aliquid eruditius ſuſpicatur. Nos id altius ſcrutati animaduertimus doctum poetam antiquiſſimorum græcorum more, ſicut docebit authoritas, elocutum: apud quos proprie in aquæ ſignificatione ponebatur Achelous. Neq; id fruſtra, nam cauſa quoq; eius rei cum cura relata eſt. Sed prius q̄ cauſam propono, illud antiquo poeta teſte monſtrabo, hunc morem loquendi peruagatũ fuiſſe, vt Acheloũ pro quauis aqua dicerent. Ariſtophanes vetus comicus in Comœ. Cotalo ſic ait. Grauabor, inquit, vino cui Achelo9 non fuiſſet admixtꝰ. i. mero.

Cur autem ſic loqui ſoliti ſunt, Ephorus notiſſimus ſcriptor hiſtoriarum libro ſecundo oſtendit his verbis.

Poteſt ne lucidius oſtendi Acheloum a græcis veteribus pro quacunq; aqua dici ſolitum? Vnde doctiſſime Virgilius ait vinum Acheloo Liberum patrem miſcuiſſe. Ad quã rem etſi ſatis teſtium eſt, quum Ariſtophanis comici & Ephori hiſtorici verba prodiderimus, tamen vltra progrediemur. Didymus eñ grammaticorũ facile eruditiſſimus poſita cauſa, quam ſuperius dixit Ephorus, alteram quoq; adiecit his verbis.

Licet abunde iſta ſufficiant ad probationem moris antiqui, quo ita loquẽdi vſus fuit, vt Achelous commune omnis aquæ nomen haberetur: tamen his quoq; & Euripidis nobiliſſimi tragœdiarũ ſcriptoris addetur authoritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris quos τραγῳδουμένων λέξεως ſcripſit, poſuit his verbis.

Hernici populi.

Sunt in libro ſeptimo illi verſus, quibus Hernici populi, & eorum nobiliſſima, vt tunc erat, ciuitas Anagnia enumerantur.

Quos diues Anagnia paſcit,
Quos Amaſene pater, non illis omnibus arma,
Nec clypei curruſve ſonãt, pars maxima glandes
Liuentis plumbi ſpargit, pars ſpicula geſtat
Bina manu, fuluoſq; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti, veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero.

Mos eũdi in bellũ altero pede nudo.

Pelaſgꝰ Hernicꝰ

Hunc morem in Italia fuiſſe, vt vno pede calceato, altero nudo iretur ad bellũ, nuſq̃ adhuc quod ſciam repperi, ſed eam græcorum nonnullis conſuetudinem fuiſſe locupleti authore iam palam faciam. In qua quidem re mirari eſt poetæ huius occultiſſimã diligentiam. Qui quũ legiſſet Hernicos quorum eſt Anagnia, a Pelaſgis oriundos, appellatoſq; ita a Pelaſgo quodam duce ſuo, qui Hernicus nominabatur, morẽ quem de Ætolia legerat Hernicis aſſignauit, qui ſunt vetus Colonia Pelaſgorum. Et Hernicum quidem hominem Pelaſgum ducem Hernicis fuiſſe Iulius Higinus in libro ſecũdo vrbium, non paucis verbis probat. Morem vero Ætolis fuiſſe vno tantũmodo pede calceato in bellum ire, oſtendit clariſſimus Euripides ſcriptor tragicus. In cuius tragœdia quæ Meleager inſcribitur, nuncius inducitur deſcribẽs, quo quiſq; habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum conuenerant. In eo hi verſus ſunt.

Animaduertis diligentiſſime verba Euripidis a Marone ſeruata? Ait enim ille.

Et eundem pedem nudum Virgilius quoq; dixit: Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis. In qua quidem re, quo vobis ſtudiũ noſtrum magis comprobetur, non reticebimus rem pauciſſimis notam, reprehenſum Euripidem ab Ariſtotele, qui ignorantiam iſtud Euripidis fuiſſe contendit: Ætolos enim non lęuum pedem habere nudum, ſed dextrũ. Quod ne affirmem potius q̃ probem, Ariſtotelis verba ponam ex libro, quem de poetis ſecundo ſupra ſcripſit. In quo de Euripide loquens ait.

Quum hæc ita ſint, videtis tamen Virgilium Euripide authore q̃ Ariſtotele vti maluiſſe. Nam vt hæc ignorauerit vir tam anxie doctus, minime crediderim. Iure autẽ prętulit Euripidẽ, Eſt enim ingens ei cum græcarum tragœdiarũ ſcriptoribus familiaritas: quod vel ex præcedentibus licet, vel ex iis quæ mox dicentur, opinari.

De aliis locis quos Virgilius a Græcis ſumpſerit quarto & nono Æneidos.

CAPVT. XIX.

IN lib. iiii. in deſcribenda Eliſſæ morte ait, ꝙ ei crinis abſciſſus eſſet his verſibus. Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, ſtygioq; caput damnauerat orco.
Deinde Iris a Iunone miſſa abſcidit ei crinem, & ad orcum refert. Hanc Virgilius non de nihilo fabulam fingit: ſicut Aurelius, vir alias doctiſſimus, Cornutus extimat, qui adnotationem eiuſmodi appoſuit his verſibus. Vnde hæc hiſtoria, vt crinis auferendus ſit morientibus, ignorat: Sed aſſueuit poetico more aliqua fingere, vt de aureo ramo. Hæc Cornutus. Sed me pudet ꝙ tantus vir græcarum etiam doctiſſimus literarum ignorauit Euripidis nobiliſſimam fabulam Alceſtim. In hac enim fabula in ſcænã † Orcus inducitur gladium geſtans, quo crinẽ abſcidit Alceſtidi, & ſic loquitur. Crinis abſcindi tur morientib⁹. †Charõ. Loquit̃ Charon. Euripidis loc⁹ reſtitut⁹ a Bap. Pio.

πόλλ᾽ ἂν σὺ λέξας, οὐδὲν ἂν πλέον λάβοις.
ἡ δ᾽ οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς ἅδου δόμους.
σπίχω δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
ὅτου τόδ᾽ ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Proditum eſt (vt opinor) quem ſecutus Virgilius fabulam abſcindendi crinis induxerit. ἁγνίζειν autem dicunt diis conſecrare. vnde poeta noſter ait ex Iridis perſona. Hunc ego diti Sacrum iuſſa fero, teq; iſto corpore ſoluo.

Nunc quia plęraq; omnia quę ſupradixi, inſtructa authoritate tragicorũ probaui, id quoq; quod a Sophocle tractum eſt, annotabo. In libro em̃ quarto Virgilius Eliſſam facit poſtq̃ ab Ænea relinquitur, velut ad ſacricolarũ ſagarumq; carmina & deuotiones fugientem, & inter cætera ait, ſedandi amoris gratia hærbas quæſitas, quæ æneis falcib⁹ ſecarentur. Hęc res nonne quęſtione digna eſt, Vnde Virgilio æneæ falces in mentẽ venerint? Ponam itaq; Virgilianos verſus, mox & inde Sophoclis, quos Maro æmulat⁹ eſt.
Falcibus & meſſę ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes hærbę nigri cum lacte veneni.
Sophoclis autem tragœdia id de quo quærimus etiam titulo præfert. Inſcribitur enim Rhizotomoi, in qua Medeam deſcribit maleficas hęrbas ſecantem, ſed auerſam, ne vi noxii odoris ipſa interficeretur, & ſuccum quidem hærbarum in cados æneos refundentẽ, ipſas autem hærbas æneis falcibus execantem. Sophoclis verſus hi ſunt.

Hæc Sophocles. Quo authore ſine dubio Virgilius ꝓtulit æneas falces. Oĩno autẽ ad rẽ diuinã plęraq; ænea adhiberi ſolita multa indicio ſunt, & in his maxime ſacris, quib⁹ delinire aliquos, aut deuouere, aut deniq; exigere morbos volebant. Taceo illud Plautinum quũ ait, Mecũ habet pagus morbus æs: & quod alibi Virgilius, Curetũ ſonit⁹ crepitantiaq; æra. Sed Carminii curioſiſſimi & docti verba ponam, qui in libro de Italia ſecundo ſic ait. Prius itaq; & Tuſcos æneo vomere vti, cum conderentur vrbes, ſolitos, in traiectitiis eorum ſacris inuenio: & in Sabinis ex ære cultros, quibus ſacerdotes tonderētur. Poſt hæc Carminii verba, longũ fiat, ſi velim percenſere q̃ multis in locis græcoꝝ vetuſtiſſimi æris ſonos tanq̃ rem validiſſimã adhibere ſoliti ſunt. Sed præſenti opere docuiſſe nos ſufficit, falces æneas Maronis, exemplo græci authoris inductas. Falx ænea in ſacris. Carminius. Vomer æneus ĩ ſignãdis mœnib⁹ vrbis.

IN libro nono Virgilius poſuit hos verſus.
Stabat in egregiis Arcentis filius armis
Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus ibera,
Inſignis facie, genitor quem miſerat Arcens
Eductum matris luco Symetia circum
Flumina, pinguis vbi & placabilis ara Palici.

Quis hic Palicus deus, vel potius qui dii Palici (nã duo ſunt) apud nullũ ꝑnit⁹ authorem latinũ quod ſciam repperi: ſed de græcorũ ꝑnitiſſimis literis hãc hiſtoriã eruit Maro. Nã primũ vt Symetus fluuius, cuius in his verſibus meminit, in Sicilia eſt: ita & dii Palici in Sicilia coluntur, quos primũ omniũ Æſchylus tragicus vir vtiq; Siculus in literas dedit. Interpretationem quoq; nominis eorum, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, Palici dii. Symet⁹ fluuius.

expreſſit verſibus ſuis. *Sed* priuſq̄ verſus Æſchyli ponam,paucis explananda eſt hiſto-ria Palicorum.In *Sicilia Symetus* fluuius eſt.Iuxta hunc nympha Thalia compreſſu Io-uis grauida,metu Iunonis optauit,vt ſibi terra dehiſceret, quod & factum eſt. *Sed* vbi venit tempus maturitatis infantū,quos aluo illa geſtauerat,recluſa terra eſt,& duo in-fantes de aluo Thalię ꝓgreſſi,emerſerunt:appellatiq; ſunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι:qm̄ prius in terram merſi,denuo inde reuerſi ſunt.Nec longe inde lacus breues ſunt,ſed im-menſum profundi,aquarū ſcaturigine ſemper ebullientes,quos incolę crateras vocant, & nomine Dellos appellant,fratreſq; eos Palicorum extimant,& habentur in cultu ma-ximo.Præcipueq; circa exigendum iuxta eos iuſiurandū,præſens & efficax numen oſtē-ditur.Nam quum furti negati vel eiuſcemodi rei fides quæritur,& iuſiurandū a ſuſpe-cto petitur:vtriq; ab omni contagione mundi ad crateras accedunt,accepto prius fide-iuſſore a perſona quæ iuratura eſt, de ſoluendo eo quod peteretur, ſi addixiſſet euen-tus.Illic inuocato loci numine teſtatum faciebat eſſe iurator,de quo iuraret.Quod ſi fi-deliter faceret,diſcedebat illæſus:*Si* vero ſubeſſet iuriiurando mala conſcientia,mox in lacu amittebat vitam falſus iurator. Hæc res ita religiones fratrum commendabat, vt crateres quidem implacabiles vocarentur. Nec ſine diuinatione eſt Palicorum templū. Nam quum *Siciliam* ſterilis annus areſeciſſet,diuino Palicorum reſponſo admoniti *Si-culi*,Heroi cuidam certum ſacrificium celebrauerunt, & reuertit vbertas. Qua gratia *Siculi* omne genus frugum congeſſerunt in aram Palicorum. Ex qua vbertate ara ipſa pinguis vocata eſt. Hæc eſt omnis hiſtoria,quæ de Palicis eorumq; fratribus in græcis tantummodo literis inuenitur,quas Maro non minus q̄ latinas hauſit.*Sed* hæc quæ di-ximus authoritatibus approbanda ſunt. Æſchyli tragœdia eſt, quæ inſcribitur Ætna. In hac quum de Palicis loqueretur ſic ait.

Hæc Æſchylus.

Callias autem in ſeptima hiſtoria de rebus ita deſcribit.

Hactenus Callias.Polemon vero ſic ait,in libro qui inſcribitur

Hęc Polemon.Sed & Anaxagoras in tertia hiſtoria ſua de loci diuinatione ita ſcribit.

Abſoluta eſt(extimo) & authoribus idoneis aſſerta explanatio Virgiliani loci,quem literatores noſtri nec obſcurum putant,contenti vel ipſi ſcire vel inſinuare diſcipulis, Palicum dei eſſe cuiuſdam nomen. Quis ſit autem deus iſte vel vnde ſit dictus,tam ne-ſciunt,q̄ ſcire nolunt:quia nec vbi quærant ſuſpicātur,quaſi græcæ lectionis expertes.

De Gargaris & Myſia ex primo Georgicon. CAP.XX.

NEc illos verſus relinquemus intactos,qui ſunt in primo γεωργικῶν.

Humida ſolſtitia,atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ.Hiberno lætiſſima puluere farra,
Lętus ager.nullo tantum ſe Myſia cultu
Iactat,& ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Senſus hic quum videatur obſcurior,pauloq; perplexius,q̄ poetę hu-ius mos eſt pronunciatus:tamen habet in ſe animaduertendam quæſtionem ex græca antiquitate venientem,quæ ſint iſta Gargara quæ Virg. eſſe voluit fertilitatis exem-plar.Gargara hæc igitur ſunt in Myſia,quæ eſt Helleſponti prouincia.*Sed* ſignificatio nominis & loci duplex eſt. Nam & cacumen montis Idæ, & oppidum ſub eodem mon-

Thalia. Crateres lacus. Myſia. Gargara

te hoc nomine vocantur. Homerus ſignificationem cacuminis ita poſuit. ἧκε δὲ κραιπνῶς Loc. reſt.
προσεβήσετο γάργαρον ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς. ex Ilia.
Hic Gargarũ pro excelſiſſimo mõtis loco accipi cõuenire, & ipſe ſenſus indiciũ facit: nã xiiii.
de Ioue loquitur. Sed & alibi eodem Homero teſte manifeſtius exprimitur. Et Epicharmus vetuſtiſſimus poeta in fabula quæ inſcribitur Troes, ita poſuit.

Ex his liquido claret, gargara cacumen Idæ montis appellitari. Pro oppido autem Gargara qui dixerint, enumerabo. Ephorus notiſſimus hiſtoriarũ ſcriptor in libro. v. ſic ait.

Nec Ephor⁹ ſolus, ſed etiã Phileas vetus ſcriptor in eo lib. q inſcribit Aſia, ſic meminit.

Arati etiam liber elegion fertur, in quo de Diotimo quodam poeta ſic ait.

Ex his verſibus etiam ciuium nomen innotuit, quia Gargares vocantur. Quum igitur conſtet Gargara nunc pro montis cacumine, nunc pro oppido ſub eodem monte poſito accipienda, Virgi. non de ſummo monte, ſed de oppido loquitur. Cur tamen Gargara poſuerit, vt locum frugum feracem, requiramus. Et omnem quidem illam Myſiã opimis ſegetibus habitam ſatis conſtat, ſcilicet ob humorem ſoli. Vnde Virgilius in ſupradictis verſibus quum dixiſſet, Humida ſolſtitia, intulit: nullo tantum ſe Myſia cultu iactat, atq; diceret, Omnis regio quæ opportunos habuerit humores, æquiparabit fœcunditates aruorum Myſię. Sed Homerus quum ait, Ἴδην δ᾽ ἵκανε πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν γάργαρον. humidũ deſignat ſubiacentem monti agrum. Nam polypidaka ſignificat fontibus abundantem. Vnde hęc Gargara tanta frugum copia erãt, vt qui magnum cuiuſq; rei numerũ vellet exprimere, pro multitudine immenſa Gargara nominaret. Teſtis Alcęus, qui in cęlo tragœdia ſic ait.

Gargara ra oppidum.

Loc. reſt. ex Ilia. viii.

Gargara vt videtis manifeſte poſuit pro multitudine. Nec aliter Ariſtomenes. Loc⁹ reſtitutus.
ἐν βοηθοῖς, ἔνδον γὰρ ἡμῖν γάργαρα.
Ariſtophanes autem comicus compoſito nomine ex arena & Gargaris, ĩnumerabilem, vt eius lepos eſt, numerum conatur exprimere. In fabula enim Achaneuſin ait. Loc⁹ reſtitutus.
ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.
ἥσθην δὲ βαιά, πάνυ δὲ βαιά, τέτταρα,
ἃ δ᾽ ὠδυνήθην, ψαμμοκοσιογάργαρα.
φέρ᾽ ἴδω τί δ᾽ ἥσθην ἄξιον χαιρηδόνος.

Arenam autem ſeorſum pro multis Varro ſępe in Menippeis ſuis poſuit. Sed Ariſtophanes adiecit Gargara ad ſignificationem numeroſitatis innumeræ. Eſt ergo ſecundũ hęc ſenſus horum verſuum talis. Quum ea ſit anni temperies, vt hyems ſerena ſit, ſolſtitium vero imbricum, fructus optime proueniunt. Hęc autem adeo agris neceſſaria ſunt, vt ſine iis, nec illi natura fœcundiſſimi Myſię agri reſponſuri ſint opinioni fertilitatis, quę de his habetur. Addit Myſię nominatim Gargara, q̃ ea vrbs poſita in imis radicibus Idę montis, defluentibus inde humoribus irrigetur, poſſitq; videri ſolſtitiales imbres non magnopere deſiderare. Hoc in loco ad fidem ſenſui faciendam, q̃ vliginoſa ſint nõ ſola Gargara prouincia montis, ſed & vniuerſę Myſię arua, adhiberi poteſt teſtis Æſchylus.

Quid de Gręcis in hoc loco traxerit diximus. Addemus prępterea hoc cum iucunditatis gratia, vt liqueat Virgilium noſtrum vndiq; veterum ſibi ornamenta traxiſſe, vnde hoc dixerit, Hiberno lætiſſima puluere farra. In libro enim vetuſſimorum carminum, qui ante omnia quę a latinis ſcripta ſunt, compoſitus ferebatur, inuenitur hoc ruſticum vetus canticum: Hiberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes.

De poculorum generibus ex diuerſis Virgilii locis.

CAPVT. XXI.

Ex diuerſis Virgi. locis.

NOmina poculorũ Virgilius plerũq; græca ponit, vt Carcheſia,vt Cymbia,vt Cantharos,Scyphos. De Carcheſiis ita. Cape Mæonii Carcheſia Bacchi,Oceano libemus ait.
Et alibi.Hic duo rite mero libans Carcheſia Baccho.
De Cymbiis. Inferimus tepido ſpumantia Cymbia lacte.
De Cantharo.Et grauis attrita pendebat Cantharus anſa.
De Scyphis.Et ſacer impleuit dextram Scyphus.

Poculorũ varia genera & figurę

Ea autẽ cuius figuræ ſint,quisve eorũ fecerit mentionẽ,nemo quærit,contenti ſcire huiuſcemodi eſſe pocula.Et Scyphos quidem Cantharoſq; conſueta vulgi nomina ferendũ ſi trãſeant.Sed de Carcheſiis Cymbiiſq;,quæ apud latinos haud ſcio an vnq̃ reperias,apud græcos autẽ ſunt rariſſima,nõ video cur nõ cogãtur inquirere,quid ſibi noua & peregrina gręca nomina velint.

Carcheſium.

Eſt autem Carcheſium poculũ gręcis tantũmodo notũ.Meminit eius Pherecydes in libris hiſtoriarũ:aitq; Iouem Alcumenæ precium concubitus Carcheſium aureum dono dediſſe.

Patera.

Sed Plautus inſuetum nomen reliquit, aitq; in fabula Amphitryone,pateram datam, quum longe vtriuſq; poculi figura diuerſa ſit. Patera enim, vt & ipſum nomen indicio eſt,planum ac patens eſt. Carcheſium vero procerum & circa mediam partem compreſſum,anſatum mediocriter,anſis a ſummo ad infimũ pertingentibus. Aſclepiades autem vir inter græcos apprime doctus ac diligens, Carcheſia a nauali re exiſtimat dicta.

Veli partes.

Ait enim naualis veli partem inferiorem pateram vocari,at circa mediam ferme partẽ τράχηλον dici,ſummam vero partem Carcheſium nominari,& inde diffundi in vtrũq; veli latus,eaq; cornua vocantur.Nec ſolus Aſclepiades meminit huius poculi,ſed & alii illuſtres poetæ,vt Sappho,quæ ait,

Sophocles in fabula quæ inſcribitur

Cymbia.

Hæc de Carcheſiis ignoratis latinitati,& a ſola græcia celebratis.Sed nec Cymbia in noſtro ſermone reperies.Eſt enim a græcorum paucis relatum.Philemon notiſſimus comicus in Phantaſmate ait.

Anaxandrides etiam comicus in fabula a græcis

Meminit eius & Demoſthenes in oratione quę eſt in Midiã. Cymbia autẽ hęc vt ipſiꝰ nominis figura indicat,diminutiue a Cymba dicta,quod & apud græcos & apud nos ab illis trahẽtes,nauigii genus eſt. Ac ſane animaduerti ego apud græcos multa poculorũ genera a re nauali cognominata,vt Carcheſia ſupra docui,vt hæc Cymbia pocula procera ac nauibus ſimilia.Meminit huius poculi Eratoſthenes vir longe doctiſſimus in epiſtola ad Agetorẽ Lacedęmoniũ his verbis.

Ciſſymbium.

Fuerunt qui Cymbiũ a Ciſſymbio per ſyncopã dictũ exiſtimauerũt.Ciſſymbii autẽ(vt de Homero taceã,qui hoc poculũ Cyclopi ab Vlyſſe datũ memorat) multi faciũt mentionem,voluntq; nõnulli proprie ciſſymbiũ ligneum eſſe poculum ex hedera,id eſt κισσοῦ.Et Nicander quidam Colophonius in primo Hialicon ſic ait.

Sed & Callimachus meminit huius poculi.

Qui autem ciſſymbium ex hedera factum poculum οἷον ἐκ κισσοῦ nõ dici arbitrantur,Euripidis authoritate niti videntur,qui in Andromacha ſic ait.

Cãtharus.

Hæc de cymbio.Sequitur vt quando cantharũ & poculi & nauigii genus eſſe ſupradiximus,probetur exemplis.Et pro poculo quidem nota res eſt,vel ex ipſo Virgilio,qui aptiſſime propriũ Liberi patris poculum aſſignat Sileno. Sed id vt ſupra polliciti ſumꝰ etiam pro nauigio poni ſolitum debemus oſtendere.Menander in nauclero.

Scyphꝰ Herculis.

Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. Scyphus Herculis poculum eſt,ita vt Liberi patris cantharus.Herculem vero fictores veteres non ſine cauſa cum poculo fecerũt,& nõnunq̃ quaſſabundum & ebrium,non ſolum ꝙ is heros bibax fuiſſe perhibetur:ſed

etiam ꝙ antiqua hiſtoria eſt,Herculem poculo tanꝗ nauigio ventis immenſa maria trāſ iſſe.Sed de vtraꝗ re pauca ex græcis antiquitatibus dicam.Et multibibum heroa iſtum fuiſſe,vt taceam quæ vulgo nota ſunt, illud non obſcurum argumentū eſt,ꝙ Ephippus in Buſiride inducit Herculem ſic loquentem. Hercules multibibus.

Eſt etiam hiſtoria nō adeo notiſſima,nationem quandam hominū fuiſſe prope Heracleā ab Hercule conſtitutam Cylicranorū,compoſito nomine ἀπὸ τῆς κύλικος. Quod poculi genus nos vna litera immutata calicem dicim⁹. Poculo autem Herculem ductum, ad ἐρύθηρα Hiſpaniæ inſulam nauigaſſe, & Pimaſtis egregius ſcriptor græcorū dicit,& Pherecydes author eſt:quorū verba ſubdere ſuperſedi,quia propiora ſunt fabulæ ꝗ hiſtorię.Ego tamen arbitror non poculo Herculem maria tranſuectū,ſed nauigio,cui ſcypho nomen fuit,ita vt ſupra cantharum & carcheſium, & a cymbis deriuata cymbia, omnia hæc aſſeruimus eſſe nauigiorū vocabula. Calix. Hercules poculo nauigans. Cymbia.

De aliis quibuſdam Virgilii locis. CAP.XXII.

NOmina quoꝗ Virgilius nonnunꝗ ex antiquiſſimis græcorum hiſtoriis mutuatur. Scitis apud illum vnam ex comitibus Dianæ Opin vocari. Quod nomen vulgo fortaſſe temere impoſitum,vel etiam fictum putatur ab ignorantibus ingenioſum poetā, cognomen quod a veterib⁹ gręcis ſcriptoribus ipſi Dianæ fuerat impoſitum,comiti eius aſſignare voluiſſe.Sed Virgilius ſic ait. Opis nympha

Velocem interea ſuperis in ſedibus Opin,
Vnam ex virginibus ſociis ſacraꝗ caterua
Compellabat,& has triſtis Latonia voces Ore dabat. Et infra.
At Triuię cuſtos iandudum in montibus Opis.

Opin,inquit,comitem & ſociam Dianæ.Sed audite vnde Virgilius hoc nomen acceperit:qui vt dixi,quod epitheton ipſiuſce legerat,socię eius impoſuit.Alexāder Ætolus poeta egregius in libro qui inſcribitur Muſę,refert quāto ſtudio populus Epheſius dedicato templo Dianæ curauerit præmiis propoſitis,vt qui tunc erāt poetę ingenioſiſſimi, in deam carmina diuerſa componerent.In his verſibus,Opis non comes Dianæ,ſed Diana ipſa vocata eſt.Loquitur autem(vt dixi)de populo Epheſio. Alexād. Ætolus. Opis Diana.

Apparuit(ni fallor)Opin Dianam dictam,& Virgilium de nimia doctrina hoc nomē in eius comitem tranſtuliſſe.

Exceſſere omnes adytis ariſꝗ relictis Dii. Hoc vnde Virgilius dixerit, nullus inquirit:ſed conſtat illum de Euripide traxiſſe,qui in fabula Troadibus inducit † Apollinem quum Troia capienda eſſet,iſta dicentem. † Neptunum.

ἐγὼ δ',νικῶμαι γὰρ ἀργείας θεοῦ
ἥρας,ἀθάναθ',αἳ συνεξεῖλον φρύγας,
λείπω τὸ κλεινὸν ἴλιον,βωμούς τ' ἐμούς.
ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή,
Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν,οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

Loc.reſt. Inducit autē Neptun⁹ nō Apollo.

Qui verſus docent vnde Virgilius vſurpauerit,diſceſſiſſe deos a ciuitate iam capta.

Nec hoc ſine authoritate grecę vetuſtatis eſt,quod ait:

Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem.

Euripides eñ inducit Mineruā ventos contra grecoꝝ claſſem a Neptuno petentē,dicentemꝗ,debere illū facere quod Iuppiter fecerit,a quo in grecos fulmen acceperit. Minerua

Apud Virg.Pan niueo lanę munere lunā illexiſſe ꝑhibet ī nemora alta vocās:Munere ſic niueo lanę,ſi credere dignū eſt:& reliqua. In hoc loco Vale. Probus vir ꝑfectiſſim⁹ notat,neſcire ſe hanc hiſtoriam ſiue fabulā,quo referat authore.Quod tantū virum fugiſſe miror.Nam Nicander huius eſt author hiſtorię poeta,quem Didymus grammaticorum omniū quiꝗ ſint,quiꝗ fuerint inſtructiſſimus,fabuloſum vocat.Quod ſciēs Virgilius adiecit,ſi credere dignum:adeo ſe fabuloſo vſum authore fatetur. Panis fabula. Nicāder

In tertio libro curſim legitur, neq; vnde trãſlatũ ſit quæritur, Quæ Phœbo pater oĩpotens, mihi Phœbus Apollo Prędixit. & cętera. In talibus locis grammatici excuſantes imperitiam ſuã, inuentiones has ingenio magis q̃ doctrinę Maronis aſſignant, nec dicũt eum ab aliis mutuatum, ne nominare authores cogantur. Sed affirmo doctiſſimum vatem etiam in hoc Æſchylũ eminentiſſimũ tragœdiarum ſcriptorem ſecutũ, qui in fabula, quæ latino Sacerdotis inſcribitur, ſic ait.

Æſchilꝰ.

Ecquid clarũ factum, inde ſumpſiſſe Vergilium, ꝙ Apollo ea vaticinetur, quę ſibi Iupiter fatur? Probatum ne vobis eſt, Vergilium, vt ab eo intelligi non poteſt, qui ſonũ latinæ vocis ignorat, ita nec ab eo poſſe, qui Græcã non hauſerit extrema ſatietate doctrinam? Nam ſi faſtidium facere non timerem, ingentia poteram volumina iis quæ a ꝑnitiſſima Græcorũ doctrina trãſtuliſſet, implere. Sed ad fidẽ rei ꝓpoſitę relata ſufficient.

Virgiliũ nõ recte intelligi ſine eruditione gręca.

SATVRNALIORVM LIBRI QVINTI FINIS.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM, LIBER. VI.

De iis verſibꝰ quos a Latinis Maro vł dimidiatos vł ſolidos ĩ opus ſuũ trãſtulit. CAP. I.

HIC PRÆTEXTATus: mirũ inquit, in modũ digeſſit Euſtathius quę de gręca antiq̃tate carmini ſuo Virgilius inſeruit. Sed meminimus viros inter oẽs noſtra ętate longe doctiſſimos, Furium, Cecinnãq; Albinũ ꝓmiſiſſe ſe ꝓdituros, q̃d idem Maro de antiquis Romanis ſcriptoribus traxerit. Q̃d nũc vt fiat, tẽpus admonet. Quũq; omnibus idem placeret, tũ Furius Albinus: Etſi vereor, ne dũ oſtendere cupio quãtũ Virgilius noſter ex antiquorũ lectione profecerit, & quos ex oĩbus flores, vel quæ in carminis ſui decorem ex diuerſis ornamenta libauerit, occaſionẽ reprehẽdẽdi vel imperitis vel malignis miniſtrem, exprobrãtibus tanto viro alieni vſurpationẽ, nec cõſiderãtibus hũc eſſe fructũ legendi, æmulari ea quę in aliis probes, & quę maxime inter aliorũ dicta mireris, in aliquem vſum tuũ opportuna deriuatione cõuertere. quod & noſtri tã inter ſe q̃ a græcis, & græcoꝝ excellentes inter ſe ſępe fecerũt. Et vt de alienigenis taceã, poſſem pluribus edocere quantũ ſe mutuo compilarint bibliothecę veteris authores. Q̃d tñ opportune alias (ſi volentibus vobis erit) probabo. Vnũ nũc exemplũ proferam, quod ad probanda quæ aſſero pene ſufficiet. Afranius eñ togatarũ ſcriptor in ea togata, quæ Compitalia inſcribitur, nõ inuerecunde reſpondens arguẽtibus, ꝙ plura ſumpſiſſet a Menandro: Fateor, inquit, ſumpſi: non ab illo modo, ſed vt quiſquis habuit quod cõueniret mihi, quodq; me non poſſe melius facere credidi, etiã a latino. Qꝫ ſi hæc ſocietas & rerũ cõmunio poetis ſcriptoribuſq; omnibus inter ſe exercenda cõceſſa eſt, quis fraudi Virgilio vortat, ſi ad excolendũ ſe quædã ab antiquioribus mutuatꝰ ſit? Cui etiã gratia hoc nomine eſt habenda, ꝙ nõnulla ab illis in opus ſuũ, quod ęterno mãſurũ eſt, trãſferẽdo fecit ne omnino memoria veterũ deleretur: quos (ſicut præſens tempus oſtendit) non ſolũ non lectui, verũ etiam riſui habere iam cœpimus. Deniq; & iudicio transferendi, & modo imitandi conſecutus eſt, vt quod apud illũ legerimus alienũ, aut illiꝰ eſſe malimus, aut melius hic q̃ vbi natum eſt, ſonare miremur. Dicam itaq; primũ, quos ab aliis traxit vel ex dimidio ſui verſus, vel pene ſolidos. Poſt hoc, locos inte-

Furius.

Afraniꝰ

gros cũ parua quadam mutatione tranſlatos, ſenſuſve ita tranſcriptos, vt vnde eſſent eluceret:immutatos alios,vt tamen origo eorum non ignoraretur.Poſt hęc quædã de iis,quæ ab Homero ſumpta ſunt,oſtendam nõ ipſum ab Homero tuliſſe,ſed prius alios inde ſumpſiſſe, & hũc ab illis,quos ſine dubio legerat,tranſtuliſſe.

Virgilius.
Vertitur interea cælum & ruit oceano nox.
Ennius in ſexto.
Vertitur interea cælum cũ ingentibus ſignis.
Virgilius.
Axem humero torquet ſtellis ardẽtibus aptũ.
Ennius in primo.
Qui cęlũ verſat ſtellis fulgẽtibꝰ aptũ. Et.in.iiii.
Cælum ꝓſpexit ſtellis fulgẽtibus aptũ. Et in.x.
Hic nox præceſſit ſtellis ardentibus apta.
Virgilius.
Conciliũq; vocat diuum pater atq; hoĩm rex.
Ennius in ſexto.
Tum cum corde ſuo diuũ pater atq; hoĩm rex
Effatur. Virgilius.
Eſt locus,heſperiam Graii cognomine dicunt.
Ennius in primo.
Eſt locus heſperiã quã mortales ꝑhibebant.
Virgilius.
Tuq; o tybri tuo genitor cum flumine ſancto.
Ennius in primo.
Teq; pater Tyberine tuo cum flumine ſancto.
Virgilius.
Accipe daq; fidẽ:ſũt nobis fortia bello Pectora.
Ennius in primo.
Accipe daq; fidem,fœduſq; feri bene firmum.
Virgilius.
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Ennius in primo.
Quum ſuperũ lumen nox intempeſta teneret.
Virgilius.
Tu tamen interea calido mihi ſanguine pœnas
Perſolues. Ennius in primo.
Nec pol homo quiſq̃ faciet impune animatus
Hoc,niſi tu: mihi nã calido das ſãguĩe pœnas.
Virgilius.
Concurrunt vndiq; telis Indomiti agricolæ.
Ennius in tertio.
Poſtq̃ defeſſi ſunt,ſtant,& ſpargere ſeſe
Haſtis:anſatis concurrunt vndiq; telis.
Virgilius.
Summa nituntur opum vi.
Ennius in quarto.
Romani ſcalis ſũma nitunt̃ opũ vi. Et in.xvi.
Reges ꝑ regnũ ſtatuaſq; ſepulcraq; quærunt.
Ædificant nomen ſumma nituntur opum vi.
Virgilius.
Et mecum ingentis oras euoluite belli.
Ennius in ſexto.
Quis potis ingentis oras euoluere belli?

Virgilius.
Nequa meis dictis eſto mora,Iuppiter hac ſtat.
Ennius in ſeptimo.
Nõ ſemp veſtra euertit, nũc Iuppiter hac ſtat.
Virgilius.
Inuadunt vrbem ſomno vinoq; ſepultam.
Ennius in octauo.
Nunc hoſtes vino domiti ſomnoq; ſepulti.
Virgilius.
Tollitur in cælum clamor,cunctiq; latini.
Ennius in decimoſeptimo.
Tollitur in cælum clamor exortus vtriſq;.
Virgilius.
Quadrupedãte putrẽ ſonitu q̃tit vngula cãpũ.
Ennius in ſexto.
Explorãt numidę,totã q̃tit vngula terrã.& ĩ 8.
Cũ ſeq̃t ſũmo ſonitu q̃tit vngula terrã. & ĩ.17.
It eques,& plauſu caua cõcutit vngula terrã.
Virgilius.
Vnus qui nobis cunctando reſtituis rem.
Ennius in duodecimo.
Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.
Virgilius.
Corruit in vulnus,ſonitũ ſup arma dederunt.
Ennius in decimoſexto.
Cõcidit, & ſonitũ ſimul inſup arma dederunt.
Virgilius.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras.
Lucretius in ſecundo.
Quum primũ aurora reſpergit lumine terras.
Virgilius.
Flammarum longos a tergo inuoluere tractus
Lucretius in ſecundo.
Nonne vides lõgos flammarum ducere tractꝰ.
Virgilius.
Ingeminant abruptis nubibus ignes.
Lucretius in ſecundo.
Nunc hinc,nũc illinc abruptis nubibus ignes.
Virgilius.
Belli ſimulacra ciebat.
Lucretius in ſecundo.
Componũt,complent, belli ſimulacra cientur.
Virgilius.
Simulacraq; luce carentum.
Lucretius in quarto.
Quum ſæpe figuras
Contuimur miras,ſimulacraq; luce carentum.
Virgilius.
Aſper acerba tuens retro redit.
Lucretius in quinto.
Aſper, acerba tuens immani corpore ſerpens.

Virgilius.
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Furius in primo annali.
Interea oceani linquens aurora cubile.
Virgilius.
Qđ gen⁹hoc hoīꝫ:queve hūc tā barbara morē.
Furius in ſexto.
Quod genus hoc hoīm Saturno ſancte create!
Virgilius.
Rumoreſꝗ ſerit varios,ac talia fatur.
Furius in decimo.
Rumoreſꝗ ſerunt varios,ac multa requirunt.
Virgilius.
Nomine queꝗ̄ vocans reficitꝗ in ꝓ̄lia pulſos.
Furius in decimo.
Nomine queꝗ̄ ciet,dictorum tempus adeſſe
Commemorat. Deinde infra.
Confirmat dictis,ſimul atꝗ exuſcitat acreis
Ad bellandū animos,reficitꝗ ad prælia mētes.
Virgilius.
Dicite pierides,non omnia poſſumus omnes.
Lucretius in quinto.
Maior erat natu,non omnia poſſumus omnes.
Virgilius.
Diuerſi circunſpiciunt,hoc acrior idem.
Pacuuius in Medea.
Diuerſi circunſpicimus,horror percipit.
Virgilius.
Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecūdo.
Sueuius in libro quinto.
Redeunt referuntꝗ ꝑtita rumore ſecundo.
Virgilius.
Nūq̄ hodie effugies,veniam quocūꝗ vocaris.
Nęuius in equo Troiano.
Nunq̄ hodie effugies, qn mea manu moriare.
Virgilius.
Vęndidit hic auro patriā,dominūꝗ potentem
Impoſuit,fixit leges precio atꝗ refixit.
Varius de morte.
Vęndidit hic latium populis, agroſꝗ quiritū
Eripuit,fixit leges precio atꝗ refixit.
Virgilius.
Vt gemma bibat,& Sarano dormiat oſtro.
Varius de morte.
Incubet & tyriis,atꝗ ex ſolido bibat auro.
Virgilius.
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis.
Catullus.
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi.
Virgilius.
Felix heu nimium felix ſi littora tantum
Nunq̄ Dardanię tetigiſſent noſtra carinæ.
Catullus.
Iuppiter omnipotens vtinam nō tēpore primo
Gnoſia Cecropiæ tetigiſſent littora puppes.
Virgilius.
Magna oſſa lacertoſꝗ Extulit.
Ennius in decimoſeptimo.
Magna oſſa lacertiꝗ Apparent homini.
Virgilius.
Placidam per membra quietem Irrigat.
Furius in primo.
Mitemꝗ rigat ꝑ pectora ſomnum.
Lucretius in quarto.
Nūc qb⁹ille modis ſomnus ꝑ membra quietem
Irrigat. Virgilius.
Campoſꝗ liquentes.
Lucretius in ſexto,de mari ſimile.
Et liquidam molem campoſꝗ natantes.
Virgilius.
Et geminos duo fulmina belli Scipiadas.
Lucretius in tertio.
Scipiades belli fulmen Carthaginis horror.
Virgilius.
Et ora Triſtia tētantū ſenſu torquebit amaror.
Lucretius in ſecundo.
Fœdo pertorquent ora ſapore.
Virgilius.
Morte obita qualis fama eſt volitare figuras.
Lucretius in primo.
Cernere vti videamur eas audireꝗ coram,
Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa.
Hinc eſt & illud Virgilii.
Et patris Anchiſę gremio complectitur oſſa.
Virgilius.
Ora modis attollens pallida miris.
Lucretius in primo.
Sed quędam ſimulacra modis pallentia miris.
Virgilius.
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.
Ennius in.xvi.
Tunc timido manat ex omni corpore ſudor.
Virgilius.
Labitur vncta vadis abies.
Ennius in.xiiii.
Labiť vncta carina,volat ſup impetus vndas.
Virgilius.
Ac ferreus ingruit imber.
Ennius in octauo.
Haſtati ſpargunt haſtas,fit ferreus imber.
Virgilius.
Apicem tamen incita ſummum Haſta tulit.
Ennius in.xvi.
Tamen inde volans ſecū abſtulit haſta Inſigne
Virgilius.
Puluerulentus eques furit,oēs arma requirūt.
Ennius in ſexto.
Balatum pecudes quatit,oēs arma requirunt.

Virgilius.

Nec viſu facilis,nec dictu affabilis vlli.

Accius in Philoctete.

Quem neq; tueri contra neq; affari queas.

Virgilius.

Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto inſigni.

Accius in armorum iudicio.

Nā trophęū ferre me a forti viro pulchrū eſt.
Si aūt & vincar, vinci a tali nullum eſt ꝓbrū.

Virgilius.

Nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit,vanum etiam mēdacēq; improba finget.

Accius in Telepho.

Nam ſi a me regnum fortuna atq; opes
Eripere quiuit,& virtutem nequiuit.

Virgilius.

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem,
Fortunam ex aliis.

Accius in armorum iudicio.

Virtuti is par,diſpar fortunis patris.

Virgilius.

Iamiam nec maxima Iuno,
Nec ſaturnius hęc oculis pater aſpicit ęquis.

Accius in Antigona.

Iam iam neq; dii regunt
Neq; profecto deū ſummus rex omnibꝰ curat.

Virgilius.

Nū capti potuere capi?nū īceſa cremauit Troia
viros? Ennius in.x.quū de Pergamis loq̄ret.

Quę neq; Dardaniis campis potuere perire,
Nec quū capta capi,nec quū cōbuſta cremari.

Virgilius.

Multi prætera,quos fama obſcura recondit.

Ennius in Alexandro.

Multi alii aduētāt,paup̄tas q̄rū obſcurat noīa.

Virgilius.

Audentes fortuna iuuat.

Ennius in ſeptimo.

Fortibus eſt fortuna viris data.

Virgilius.

Recoquunt patrios fornacibus enſes,
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Lucretius in quinto.

Inde minutatim proceſſit ferreus enſis,
Verſaq; in obſcurum ſpecies eſt falcis ahenæ.

Virgilius.

Pocula ſunt fontes liq̄di atq; exercita curſu
Flumina. Lucretius in quinto.

Ad ſedare ſitim fluuii fonteſq; vocabant.

Virgilius.

Quos rami fructus,quos ipſa volentia rura
Sponte tulere ſua,carpſit.

Lucretius in quinto.

Q̄d ſol atq; imbres dederāt,q̄d terra crearat
Sponte ſua,ſatis id placarat pectora donum.

Quos locos aut integros aut paucis admodū mutatis ex antiquis latinis Maro tranſtulerit,aut ita mutauerit vt origo tamen agnoſcatur. CAP.II.

Poſt verſus ab aliis vel ex integro,vel ex parte tranſlatos,vel quędā immutādo verba tanq̄ ſucco alio tinctos, nunc locos locis cōponere ſedet animo, vt vnde formati ſint, quaſi de ſpeculo cognoſcas. Virgilius.

Nec ſū animi dubius verbis ea vincere magnū
Q̄ꝫ ſit,& anguſtis hūc addere rebus honorem.
Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor,iuuat ire iugis qua nulla priorū
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Lucretius in primo.

Nec me animi fallit q̄ ſint obſcura,ſed acri
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meū cor,
Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem
Muſarum,quo nunc inſtinctus mente vigenti
Auia pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo.

Accipe & alterū locū Maronis illi vnde traxerat cōparādū,vt eūdē colorē ac pene ſimilē ſonū loci vtriuſq; reperias. Virgilius.

Si nō ingentē foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit ędibus vndam,
Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes.
Et mox.
At ſecura quies & neſcia fallere vita
Diues opum variarum,at latis ocia fundis,
Speluncæ viuiq; lacus,at frigida tempe,
Mugituſq; boum,molleſq; ſub arbore ſomni:
Non abſunt illic ſaltus,ac luſtra ferarum,
Et patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus.

Lucretius in ſecundo.

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra p̄ ædes
Lampadas igniferas manibus retinētia dextris
Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur,
Nec domus argento fulgens,auroq; renidens,
Nec citharā reboāt laqueata aurataq; templa:
Cū tamen inter ſe proſtrati in gramine molli
Propter aquę riuum ſub ramis arboris altæ,
Non magnis opibus iucunde corpora curant,
Præſertim cum tempeſtas arridet,& anni
Tēpora cōſpargunt viridantis floribꝰ hærbas.

Virgilius.

Non vmbrę altorū nemorū nō mollia poſſunt
Prata mouere animū,non qui p̄ ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in ſecundo.

Nec tenerę ſalices,atq; hęrbę rore vigentes,
Fluminaq; vlla queũt ſummis labentia ripis
Oblectare animũ,ſubitamq; auertere curam.
Ipſiꝰ vero pẽſtilẽtię,q̃ eſt i.iii. Georg.color to
tꝰ & lineamẽta pene oĩa tracta ſũt de deſcriptio
ne pẽſtilẽtię q̃ ẽ i.vi.Lucr. Nã virgiliana ĩcipit.
Hic quondã morbo cæli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas,totoq; autumni incanduit æſtu,
Et genus omne neci pecudũ dedit, omẽ ferarũ.
Lucretii vero ſic incipit.
Hęc ratio quondã morborũ & mortifer æſtus
Finibus in Cecropis funeſtos reddidit agros,
Vaſtauitq; vias,exhauſit ciuibus vrbem.
Sed quatinꝰ totũ locũ vtriuſq; ponere ſatis lõ
gũ eſt,excerpã aliqua,ex qbꝰ ſimilitudo geminę
deſcriptionis appareat. Virgilius.
Tũ vero ardẽtes oculi,atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis,imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt,it naribus ater
Sãguis, & oppreſſas fauces p̄mit aſpera lĩgua.
Lucretius.
Principio caput incenſum feruore gerebant,
Et duplices oculos ſuffuſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus atro
Sanguine, & hulceribꝰ vocis via ſepta coibat:
Atq; animi interpres manabat lingua cruore
Debilitata malis,motu grauis,aſpera tactu.
Virgilius.
Hęc ante exitium primis dant ſigna diebus.
Et quæ darent ſigna,ſupra retulit idem.
Demiſſę aures,†incertus ibidẽ †ſyncerus
Sudor,& ille quidem morituris frigidus:aret
Pellis,& attactu tractanti dura reſiſtit.
Lucretius.
Multaq; p̄terea mortis tunc ſigna dabantur.
Perturbata animi mens in mœrore metuq;,
Triſte ſupercilium,furioſus vultus & acer,
Sollicitæ porro plenęq; ſonoribus aures,
Creber ſpiritus ac ingens raroq; coortus,
Sudoriſq; madens per collũ ſplẽdidus humor,
Tenuia ſputa minuta croci contacta colore,
Salſaq; per fauces raucas vix edita tuſſis.
Virgilius.
Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenęos,ea viſa ſalus morientibus vna,
Mox erat hoc ipſum exitio.
Lucretius.
Nec ratio remedi communis certa dabatur.
Quod nam aliis dederat vitalis aeris auras
Voluere in ore licere,& cæli templa tueri,
Hoc aliis erat exitio, letumq; parabat.
Virgilius.
Præterea nec iam mutari pabula refert,
Quæſitæq; nocent artes,ceſſere magiſtri.
Lucretius.
Nec requies erat vlla mali, defeſſa iacebant
Corpora,muſſabat tacito medicina timore.
Virgilius.
Ipſis eſt aer auibus non æquus,& illæ
Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt.
Lucretius.
Nec tamen omnino temere illis ſedibus vlla
Comparebat auis,nec triſtia ſecla ferarum
Exibant ſyluis,languebant pleraq; morbo,
Et moriebantur.
Nõne videñt nobis mẽbra huiꝰ deſcriptiõis
ex vno fõte manaſſe? Sed rurſus locos alios cõ
paremus. Virgilius.
Gaudent perfuſi ſanguine fratrum,
Exilioq; domos & dulcia limina mutant.
Lucretius in tertio.
Sanguine ciuili rem conflant,diuitiaſq;
Conduplicant auidi cędem cęde accumulãtes,
Crudeles gaudent in triſti funere fratris.
Virgilius.
Multa dies variuſq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius,multos alterna reuiſens
Luſit,& in ſolido rurſus fortuna locauit.
Ennius in octauo.
Multa dies in bello conficit vnus,
Et rurſus multæ fortunę forte recumbunt.
Haudquaq̃ quenq̃ ſemper fortuna ſecuta eſt.
Virgilius.
O præſtans animi iuuenis,quantum ipſe feroci
Virtute exuperas,tanto me impenſius ęquũ eſt
Conſulere,atq; oẽs metuẽtem expendere caſus.
Accius in Antigona.
Quanto magis te iſtiuſmodi eſſe intelligo,
Tanto Antigona magis me par eſt tibi
Conſulere & parcere.
Virgilius.
O lux Dardanię,ſpes o fidiſſima teucrum.
& reliqua. Ennius in Alexandro.
O lux Troię germane Hector,
Quid ita cum tuo lacerato corpore miſer?
Aut qui te ſic reſpectãtibus tractauere nobis?
Virgilius.
Fręna Pelethronii Lapithę gyroſq; dedere
Impoſiti dorſo,atq; equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo,& greſſus glomerare ſuperbos.
Varius de morte.
Quẽ non ille ſinit lentæ moderator habenæ,
Qua velit ire,ſed anguſto prius ore coercens
Inſultare docet campis,fingitq; morando.
Virgilius.
Talis amor Daphnim, qualis quũ feſſa iuuẽcũ
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquę riuũ viridi procumbit in vlua.

Perdita,nec ſerę meminit decedere nocti.
Varius de morte.
Ceu canis vmbroſam luſtrans Gortynia vallē,
Si veteris potuit ceruæ comprendere luſtra,
Sęuit in abſentem, & circum veſtigia luſtrans
Æthera per nitidum tenues ſectatur odores.
Non amnes illam medii,non ardua tardant,
Perdita nec ſerę meminit decedere nocti.
Virgilius.
Nec te tua funera mater
Produxi,preſſive oculos,aut vulnera laui.
Ennius in Cteſiphonte.
Neq; terram iniicere,neq; cruenta
Conueſtire mihi corpora licuit,
Neq; miſerę lauere lachrymę ſalſum ſāguinē.
Virgilius.
Namq; canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;,animęq;,mariſq; fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis,vt iis exordia primis
Omnia,& ipſe tener mundi concreuerit orbis:
Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea pōto
Cœperit,& rerum paulatim ſumere formas,
Iamq; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.
Lucretius in quinto,vbi de confuſione orbis ante hunc ſtatum loquitur.
His neq; tum ſolis rota cerni lumine claro
Altiuolans poterat, neq; magni ſidera mundi,
Nec mare,nec cælum,nec deniq; terra,nec aer:
Nec ſimilis noſtris rebus res vlla videri,
Sed noua tempeſtas quædam,moleſq; coorta.
Diffugere inde loci partes cœpere,pareſq;
Cum paribus iungi res, & diſcludere mundū,
Mēbraq; diuidere,& magnas diſponere partes,
Et infra.
Hoc eſt a terris magnum ſecernere cælum,
Et ſeorſum mare vti ſecreto humore pateret,
Seorſum item puri ſecretiq; ętheris ignis
Et infra.
Omnia eñ magis hęc ex læuibus atq; rotūdis.
Virgilius.
Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama,& armatū pedite grauis attulit aluo.
Ennius in Alexandro.
Nam maximo ſaltu ſuperauit
Grauidus armatis equus,
Qui ſuo partu ardua perdat Pergama.
Virgilius.
Tum pater omnipotēs rerū cui ſūma poteſtas
Infit,eo dicente deum domus alta ſileſcit,
Et tremefacta ſolo tellus,ſilet arduus æther:
Tū vēti poſuere,premit placida ęquora pōtus.
Ennius in Scipione.
Mundus cæli vaſtus conſtitit ſilentia,
Et Neptunꝰ ſęuus vndis aſperis pauſam dedit,
Sol equis iter repreſſit vngulis volantibus,
Cōſiſtere amnes perennes, arbores vēto vacāt.
Virgilius.
Itur in antiquā ſyluam ſtabula alta ferarum,
Procumbunt picęę,ſonat icta ſecuribus ilex,
Fraxineęq; trabes,cuneis & fiſſile robur
Scindit,aduoluūt ingentes montibus ornos.
Ennius in ſexto.
Incedunt arbuſta per alta ſecuribus cędunt,
Percellunt magnas quercus,exciditur ilex,
Fraxinus frangit,atq; abies conſternitur alta:
Pinus proceras peruertunt,omne ſonabat
Arbutum fremitu ſyluai frondoſai.
Virgilius.
Diuerſi magno ceu quondam turbine venti
Cōfligūt,Zephyruſq;,notuſq; & lętus eois
Eurus equis.
Ennius in decimoſeptimo.
Concurrūt veluti venti quum ſpiritus auſtri
Imbricitor aquiloq; ſuo cum flamine contra,
Inde mari magno fluctus extollere certant.
Virgilius.
Nec tamē,hęc cū ſint hoīmq; boumq; labores
Verſando terrā experti nihil improbus anſer.
Lucretius in quinto.
Sed tamen interdum magno quæſita labore
Quū iam per terras frōdēt atq; omnia florent:
Aut nimiis torrens feruoribus ęthereus ſol,
Aut ſubiti perimūt imbres gelidęq; pruinæ,
Flabraq; ventorum violento turbine vexant.

Sunt alii loci plurimorum verſuū,quos Maro in opus ſuū cū paucoꝝ immutatione verboꝝ a veteribꝰ trāſtulit.Et qa lōgū eſt vniuerſos ex vtroq; trāſcribere, libros veteres notabo, vt q volet,illic legēdo,equalitatē locoꝝ cōferēdo miret.In primo Æneid.tēpeſtas deſcribit, & Venꝰ apđ Iouē qrit de periculis filii,& Iuppiter eā de futurorū pſperitate ſolat. Hic locus totus ſumptꝰ a Nęuio eſt ex primo libro belli Punici.Illic eñ ęque Venus Troianis tēpeſtate laborantibus cū Ioue querit,& ſequunt verba Iouis filiā conſolātis ſpe futurorū.Itē de Pandaro & Bitia aperientibus portas,locus acceptus eſt ex libro quintodecimo Ennii, q induxit Hiſtros duos in obſidione erupiſſe portā,& ſtragē de obſidente hoſte feciſſe.Nec Tullio cōpilādo dūmō vndiq; ornamēta ſibi cōferret,abſtinuit.O fama ingēs ingētior armis Vir Troiane.Nēpe hoc ait,Æneam famā ſuā factis fortibus ſupgreſſum,quū plerūq; fama ſit maior rebus.Sēſus hic in Catone Ciceronis his verbis.Cōtingebat in eo,qđ pleriſq; cōtra ſolet,vt maiora oīa re q̄ fama viderent: id qđ non ſępe euenit, vt expectatio cognitione,aures ab oculis vincerentur. Item. Proximus huic longo,

ſed proximus interuallo. Cicero in Bruto. Duobus igit̃ ſummis Craſſo & Antonio Lucius Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo, tamen proximus.

Quos locos prius alii ex Homero trãſtulerit, deinde Virgili⁹ opi ſuo aſciuerit. Cap. III.

SVnt quędã apud Virgiliũ quę ab Homero credit̃ trãſtuliſſe: ſed ea docebo a noſtris auctoribus ſumpta, qui priores hæc ab Homero in carmina ſua traxerãt: qđ qđẽ ſumm⁹ homericę laudis cumulus eſt, ꝙ quũ ita a plurimis aduerſus eum vigilatum ſit, coactęꝗ omnium vires manum contra fecerint, ille velut pelagi rupes immota reſtitit. Homerus de Aiacis forti pugna ait.

Loc. reſt. ex Iliad. xvi.
ἄιας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι.
Δάμνα μὲν ζηνός τε νόος, καὶ τρῶες ἀγαυοὶ
βάλλοντες, δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ
πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε. βάλλετο δ' αἰεὶ
καπφάλαρ' εὐποίηθ'. ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν
ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον, οὐδὲ δύναντο
ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι, ἐρείδοντες βελέεσσιν.
αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι. κὰδ δέ οἱ ἱδρὼς
πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔρρεεν. οὐδέ πῃ εἶχεν
ἀμπνεῦσαι. πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.

Hunc locum Ennius in decimoquinto ad pugnam Cęlii tribuni his verſibus trãſfert.
Vndiꝗ conueniunt, velut imber, tela tribuno
Configunt parmam, tinnit haſtilibus vmbo,
Ærato ſonitu galeæ, ſed nec pote quiſq̃
Vndiꝗ nitendo corpus diſcerpere ferro.
Semper abundantes haſtas frangitꝗ quatitꝗ.
Totum ſudor habet corpus, multumꝗ laborat.
Nec reſpirandi fit copia præpete ferro.
Hiſtri tela manu iacientes ſollicitabant.

Hic Virg. eũdẽ locũ de ĩcluſo Turno gr̃a elegãtiore cõpoſuit.
Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum,
Nec dextra valet, obiectis ſic vndiꝗ telis
Obruitur, ſtrepit aſſiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida ęra fatiſcunt,
Diſcuſſęꝗ iubę capiti, nec ſufficit vmbo
Ictibus, ingeminant haſtis & Troes & ipſe
Fulmineus Mneſtheus, tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Fulmen agit, feſſos quatit ęger anhelitus artus.

Homerus.

Loc. reſt. ex Iliad. xii.
φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
ἀσπὶς δ' ἄρ ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Furius in quarto annali.
Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Hinc Virgilius ait.
Hæret pede pes, denſuſꝗ viro vir.

Homeri eſt.

Ilia. ii.
πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω
οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Hunc ſecutus Hoſtius poeta in libro ſecundo belli hiſtrici ait.
Non ſi mihi linguæ Centum atꝗ ora ſient, totidem voceſꝗ liquatæ.

Hinc Virgilius ait.
Non mihi ſi linguæ centum ſint oraꝗ centum.

Loc. reſt. ex Ili. vi.
Homerica deſcriptio eſt equi fugientis, in hęc verba.
ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ

Δεσμὸν ἀπορρήξας, θείει πεδίοιο κροαίνων Loc⁹ re-
εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο ſtitutus
κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ex Ili. vi.
ὤμοις ἀΐσσονται, ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς.

Ennius hinc traxit.

Et tum ſicut equus qui de præſepibus actus
Vincla ſuis magnis animis abrupit, & inde
Fert ſeſe campi per cærula lætaq; prata
Celſo pectore, ſæpe iubam quaſſat ſimul altam,
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Virgilius.

Qualis vbi abruptis fugit præſepia vinclis. &c.

Critobolum famoſę pulchritudinis adoleſcētem Socrates quū ad comparationem formæ prouocaret,iocabatur,non irridebat. Certe ſi dicas conſummatarum diuitiarum viro,tibi excito creditores tuos:aut ſi nimis caſto, gratæ ſunt tibi meretrices,quia continua eas largitate ditaſti:vtiqꝫ delectabuntur, ſciētes his dictis ſuam conſcientiam non grauari.Sicut contra ſunt, quæ ſub ſpecie laudis exagitant,ſicut paulo ante diuiſi.Nam ſi timidiſſimo dixero,Achilli vel Herculi comparandus es:aut famoſæ iniquitatis viro,ego te Ariſtidi in equitate præpono:ſine dubio verba laudem ſonantia ad notam vituperationis ſuæ vterqꝫ tracturus eſt. Eadem ſcommata eoſdem modo iuuare,modo mordere poſſunt,pro diuerſitate pręſentiū perſonarum. Sunt enim quæ ſi coram amicis obiiciantur nobis, libenter audire velimus: Vxore vero ſeu parentibus magiſtriſve præſentibus dici in nos aliquod ſcomma nolimus,niſi forte tale ſit,quod illorum cenſura libenter accipiat. Vt ſiquis adoleſcentem coram parentibus vel magiſtris irrideat, ꝙ inſanire poſſit continuis vigiliis lectionibuſqꝫ nocturnis: aut vxore præſente,ꝙ ſtulte faciat vxoriū ſe præbendo,nec vllam elegantiam eligendo formarum.Hæc enim & in quos dicuntur, & pręſentes hilaritate ꝑfundunt.Commendat ſcomma & conditio dicentis,ſi in eadem cauſa ſit:vt ſi alium de

paupertate pauper irrideat,ſi obſcure natū natus obſcure.Nā Tharſius Amphias quū
ex hortulano potens eſſet,& in amicū quaſi degenerem nōnulla dixiſſet,mox ſubiecit:
Sed & nos de eiſdē ſeminibus ſumus:& omnes pariter lętos fecit. Illa vero ſcommata
directa,lętitia eū in quē dicūtur infundūt,ſi virum fortem vituperes, quaſi ſalutis ſuæ
prodigū,& pro aliis mori volentē:aut ſi obieceris liberali,ꝙ res ſuas profundat minus
ſibi q̄ aliis conſulendo.Sic & Diogenes Antiſthenē Cynicū magiſtrū ſuū ſolebat veluti
vituperando laudare.Ipſe enim aiebat,mendicum me fecit e diuite,& pro ampla domo
in dolio fecit habitare.Melius aūt iſta dicebat,q̄ ſi diceret:gratus illi ſum,quia ipſe me
philoſophū & cōſummatę virtutis virū fecit.Ergo quū vnū nomē ſcōmatis ſit,diuerſi
continentur in eo effectus.Ideo apud Lacedæmonios inter cętera exactę vitę inſtituta,
hoc quoq; exercitii genus a Lycurgo eſt inſtitutū,vt adoleſcētes & ſcōmata ſine morſu
dicere,& ab aliis in ſe dicta perpeti diſcerent. Ac ſiquis eorum in indignationē ob tale
dictum prolapſus fuiſſet,vlterius ei in alterum dicere nō licebat. Quū ergo videas mi
Auiene (inſtituenda eſt enim adoleſcētia tua,quæ ita docilis eſt,vt diſcēda præcipiat)
quū videas inquā,anceps omne eſſe ſcommatū genus,ſuadeo in conuiuiis,in quibus lę
titię inſidiatur ira,ab eiuſmodi dictis faceſſas, & magis queſtiones cōuiuiales vel pro-
ponas,vel ipſe diſſoluas.Qđ genus veteres ita ludicrū non putarunt,vt & Ariſtoteles
de ipſis aliqua conſcripſerit,& Plutarchus,& veſter Apuleius. Nec contemnēdum ſit,
quod tot philoſophantium curam meruit.

Amphias. Diogenes. Lacedę. ſcōmata. Ludicrū

¶Sermo conuiuialis,ꝙ Cibus ſimplex quia digeſtu facilior,pferēdus ſit multiplici.
Cap.IIII.

SET Prętextatus:Hoc quæſtionū genus, quū & ſenilē deceat ætatem,cur
ſoli iuueni ſuadetur? Quin agite omnes qui adeſtis hic, apta cōuiuio
fabulemur,nec de cibatu tantum,ſed & ſiqua de natura corporum,vel
alia,præſente maxime Diſario noſtro, cuius plurimū ad hoc genus q̄-
ſtionū poterit ars & doctrina conferre:ſortiamurq; (ſi videtur)vt per
ordinem vnuſquiſq; proponat quam ſoluēdam exiſtimet quæſtionem.
Hic aſſenſi omnes,Prætextato anteloquiū detulerunt, orantes vt quum ipſe cœpiſſet,
cæteris ex filo conſultationis eius,interrogandi conſtitueretur exemplum.

Cibatu. Anteloquium.

Tum ille: Quęro,inquit,vtrum ſimplex an multiplex cibus digeſtu facilior ſit,quia
multos hunc,nonnullos illum ſectantes videmus.Et eſt quidē ſuperba ac contumax &
veluti ſui oſtentatrix cōtinentia,contra amœnā ſe & comē appetētia vult videri.Quū
ergo vna cenſoria ſit,delicata altera,ſcire equidem velim,quæ ſeruandę aptior ſit ſani
tati.Nec longe petēdus aſſertor eſt,quū Diſarius adſit,qui qd cōueniat corporibus hu-
manis nō minus callet,q̄ ipſa natura huius fabricę author & nutrix.Dicas ergo velim,
quid de hoc qđ quęritur medicinę ratio perſuadeat.Si me (Diſarius inquit)aliquis ex
plebe imperitorū de hac quæſtione conſuluiſſet,quia plebeia ingenia magis exemplis q̄
ratione capiūtur,admonuiſſe illū contentus forem inſtitutionis pecudū,quibus† ſi ſim
plex & vniformis cibus ſit,multo ſaniores ſunt corporibus humanis,& inter ipſas illæ
morbis implicantur, quibus (vt altiles fiant) offę compoſitę & quibuſdā condimentis
varię farciuntur:nec dubitaret poſthac, quū aduertiſſet animalibus ſimplici cibo vtē-
tibus familiarē ſanitatē,ægreſcere autē quæ ſaginantur,& compoſita varietate crude-
ſcere.Fortaſſe illum attentiorē exēplo altero feciſſem; vt conſideraret nullū vnq̄ fuiſſe
medicorum circa curas ægreſcentiū tam audacis negligentiæ,vt febriēti varium & nō
ſimplicem cibum daret.Adeo conſtat q̄ facilis digeſtu ſit vniformis alimonia,vt ei vel
cum infirma ſit,natura ſufficiat.Nec tertium defuiſſet exemplū, ita eſſe vitandam ci-
borum varietatem,vt varia ſolent vina vitari.Quis enim ambigat,eum qui diuerſo vi
no vtitur,in repentinam ruere ebrietatem,necdum hoc potius copia poſtulante? Tecū
autem Vecti,cui ſoli perfectionem diſciplinarum omniū contigit obtinere,non tā exē-
plis,q̄ ratione tractandum eſt,quæ & me tacente clam te eſſe non poterit. Cruditates
eueniūt,aut qualitate ſucci,in quem cibus vertitur,ſi nō ſit aptus humori,qui corpus
obtinuit:aut ipſius cibi multitudine,non ſufficiente natura ad omnia q̄ congeſta ſunt
concoquenda.Ac primū de ſucci qualitate videamus. Qui ſimplicem cibum ſumit,fa-
cile quo ſucco eius corpus vel iuuetur vel grauetur,vſu docēte cognoſcit. Nec enim

Cib⁹ ne ſimplex, an multiplex digeſtu facilior ſit

†quū.

ambigit cuius cibi qualitate poſſeſſus ſit,quũ vnũ ſumpſerit:& ita fit,vt noxa cui⁹ cauſa dephẽſa eſt facile vitetur. Qui autẽ multiplici cibo alitur,diuerſas patit̃ qualitates ex diuerſitate ſuccorũ,nec cõcordãt humores ex materię varietate naſcentes,nec effiçiũt liquidũ puruve ſanguinẽ,in quẽ iecoris miniſterio vertũtur, & in venas cũ tumultu ſuo tranſeũt.Hinc morborũ ſcaturigo,qui ex repugnãtiũ ſibi humorũ diſcordia naſcunt̃.Deinde quia nõ omniũ q̃ eſui ſunt,vna natura eſt,nõ oĩa ſimul coquũtur,ſed alia celerius,tardius alia,& ita fit vt digeſtionũ ſequẽtiũ ordo turbetur. Neq; eñ cibi quẽ

Digeſtio nes cibi quatuor

ſumimus,vna digeſtio eſt,ſed vt corpus nutriat,quatuor patitur digeſtiones: quarum vnã oẽs,vel ipſi quoq; hebetes,ſentiũt,alias occultior ratio dep̃hendit.Qđ vt omnibus liqueat,paulo altius mihi cauſa repetẽda eſt.Quatuor ſunt in nobis virtutes,quę admi

Virtu- tes nu- tritiuæ q̃tuor.

niſtrandã alimoniã receperũt:Quarũ vna dicit̃ καθεκτική: quę deorſum trahit cibaria confecta mandibulis.Quid eñ tã craſſam materiã p̱ fauciũ anguſta fulciret, niſi eã vis naturæ occultior hauriret? Hauſta vero nõ cõtinuo lapſu p̱ omne corpus ſuccedẽtib⁹ ſibi foraminibus peruiũ ad imũ vſq; deſcendũt,& talia qualia accepta ſunt,egeruntur, ſed ſalutare officiũ digeſtionis expectãt.Secũdę hoc cura virtutis eſt,quã gręci,quia retentatrix eſt,vocãt καταδεκτικήν.Tertia,quia cibũ in aliud ex alio mutat,vocat̃ ἀλλοιωτική. Huic obſequũtur oẽs,qa ipſa digeſtionibus curat. Ventris eñ duo ſunt orificia.

Curat digeſtio nibus.

Quorũ ſuperius erectũ recipit deuorata,& in follẽ vẽtris recõdit. Hic eſt ſtomachus,q paterfamilias dici meruit,quaſi omne animal ſolus gubernãs.Nã ſi ægreſcat,vita in an

Stoma- chus pr̃- familias.

cipiti eſt,titubante alimonię meatu:cui natura tãq̃ rationis capaci velle ac nolle contribuit.Inferius vero demiſſum inteſtinis adiacẽtibus inſerit̃,& inde via eſt egerendis. Ergo in ventre fit prima digeſtio virtute allœotica in ſuccũ vertente quicqd acceptũ

Retri- menta.

eſt:cuius fęx retrimenta ſunt,quę p̱ inteſtina inferiore orificio tradẽte labũtur:& officio quartę virtutis,cui ἀποκριτική nomẽ eſt,procurat̃ egeſtio.Ergo poſtq̃ ĩ ſuccũ cibus

Iecur qd

reformat̃,hic iã iecoris cura ſuccedit. Eſt autẽ iecur concretus ſanguis : & ideo habet natiuũ calorẽ,qui confectũ ſuccũ vertit in ſanguinẽ.Et ſicut cibũ in ſuccũ verti prima eſt,ita ſuccũ tranſire in ſanguinẽ,ſecũda digeſtio eſt. Hũc calor iecoris adminiſtratum per venarũ fiſtulas in ſua queq; membra diſpergit,pte quę ex digeſtis frigidiſſima eſt in

Lyen.

lyenem refuſa,qui vt iecur caloris,ita ipſe frigoris domiciliũ eſt. Nã ideo oẽs dexteræ

Dexterę ptes cur validio- res, ſini- ſtræ mi- nus.

partes validiores ſunt,& debiliores ſiniſtrę,quia has regit calor viſceris ſui,illę contagione frigoris ſiniſtra obtinẽtis hebetãtur.In venis autẽ & arteriis,q̃ ſunt receptacula ſanguinis & ſpiritus,tertia fit digeſtio. Nã acceptũ ſanguinẽ quodãmodo defęcant,& qđ in eo aquoſum eſt,venę in veſicã refundũt, liquidũ vero purũq; & altilem ſanguinẽ ſingulis totius corporis mẽbris miniſtrãt.Et ita fit,vt cũ cibum ſolus venter accipiat, eius alimonia diſperſa p̱ vniuerſos mẽbrorũ meatus, oſſa quoq; & medullas & vngues

Vrina quõ fit.

nutriat & capillos.Et hęc eſt quarta digeſtio,q̃ in ſingulis mẽbris fit, dum qđ vnicuiq; mẽbro datum eſt,ipſi mẽbro fit nutrimentũ.Nec tñ huic toties defæcato retrimẽta ſua deſunt:quę quũ mẽbra oĩa in ſua ſunt ſanitate,p̱ occultos euaneſcũt meatus. Siqua vero pars corporis ægreſcat, in ipſam quaſi infirmiorẽ, vltima illa q̃ diximus retrimenta

Reuma.

labũtur.Et hinc naſcunt̃ cauſę morboꝝ,quę ῥεύματα, medicis vocare mos eſt. Si enim

Morboꝝ cauſę.

fuerit vltimi ſucci iuſto vberior multitudo, hãc a ſe repellit pars corporis illa,q̃ ſanior eſt,& ſine dubio labit̃ in infirmã,q̃ vires nõ habet repellẽdi.Vñ & alieni receptio diſtẽdit locũ in quẽ ceciderit,& hinc creant̃ dolores.Hęc eſt ergo triplex cauſa vel podagræ vel cuiuſlibet ex cõfluentia morbi.i.multitudo humoris,fortitudo mẽbri a ſe repellentis,& recipiẽtis infirmitas. Quũ igit̃ aſſeruerimus,quatuor ĩ corpore fieri digeſtiones, quarũ altera pẽdet ex altera,& ſi p̃cedẽs fuerit impedita,nullus fit ſequẽtis effectus:recurramus animo ad illã primã digeſtionẽ,q̃ in ventre cõficit̃,& inuenietur qd impedimẽti ex multiformi naſcat̃ alimonia.Diuerſoꝝ eñ ciborũ diuerſa natura eſt, & ſunt q celerius,ſunt q tardius digerunt̃.Quũ ergo prima digeſtio vertit̃ in ſuccũ,qa nõ ſimul accepta oĩa vertũtur,qđ prius verſum eſt,dũ alia tardius vertũtur aceſcit:& hoc ſæpe etiã eructãdo ſentimus.Alia quoq; qbus tarda digeſtio eſt,velut ligna humida,q̃ vrgẽte igne fumũ de ſe creant,ſic illa ĩminẽte igne naturæ,fumãt,dũ tardius coquũtur,ſiquidem nec hoc ſenſum eructãtis euadat.Cibus autẽ ſimplex nõ habet cõtrouerſam morã dũ in ſimplicẽ ſimul ſuccũ vertitur:Nec digeſtio vlla turbatur,dũ oẽs ſibi ſtata momẽ-

torũ dimenſione ſuccedũt.Siquis autẽ (quia nihil impatiẽtius imperitia) rationes has dedignetur audire,extimans nõ impediri digeſtionẽ,niſi ſola ciborum multitudine,nec velit de qualitate tractare,hic quoq; multiformis alimonia deprehenditur cauſa morborum.Nam pulmentorum varietas recipit varia condimenta,quibus gula vltra q̃ naturæ neceſſe eſt,laceſſitur,& fit inde congeries,dum pruritu deſiderii amplius vel certe de ſingulis parua libãtur.Hinc Socrates ſuadere ſolitus erat illos cibos potusve vitandos,qui vltra ſitim famẽve ſedandam producunt appetentiam. Deniq; vel propter hoc edendi varietas repudietur,quia plena eſt voluptatis,a qua ſeriis ſtudioſis cauendum eſt. Quid enim tam contrarium,q̃ virtus & voluptas? Sed modum diſputationi facio,ne videar hoc ipſum in quo ſumus,licet ſobrium ſit, tamen quia varium eſt,accuſare conuiuium.

Socratis monitio

¶Argumentantur cibum multiplicem aptiorem eſſe q̃ ſit ſimplex.
Cap.V.

HÆc quũ Prætextato & cęteris prona aſſenſione placuiſſent,Euangelus exclamauit:Nihil tam indignum toleratu,q̃ ꝙ aures noſtras græca lingua captiuas tenet,& verborum rotunditati aſſentire cogimur circũuenti volubilitate ſermonis, qui ad extorquendam fidem agit in audientes tyrãnũ.Et quia his loquẽdi labyrinthis impares nos fatemur, age Vecti hortemus Euſtathium, vt recepta contraria diſputatione, quicquid pro vario cibo dici poteſt,velit cõmunicare nobiſcũ,vt ſuis telis lingua violenta ſuccumbat,& græcus græco eripiat hunc plauſum,tãq̃ cornix cornici oculos effodiat.Et Symmachus:Rem iucundam Euangele amarius poſtulaſti.Audere enim contra tam copioſe & eleganter inuenta,res eſt quæ habeat vtilem voluptatem:ſed nõ tãq̃ ingeniis inſidiantes,& glorioſis tractatibus inuidentes hoc debemus expetere.Nec abnego potuiſſe me quoq; tãq̃ palinodiam canere:Eſt enim rhetorica pręluſio,communes locos in vtrãuis partem inuẽtorum alternatione tractare.Sed quia facilius græcorum inuentionibus a græcis forte aliis relata reſpõdent,te Euſtathi oramus omnes,vt ſenſa & inuenta Diſarii contrariis repellendo, in integrum reſtituas exauthoratum conuiuiorum leporem.Ille diu hoc a ſe officium deprecatus,vbi tot impellẽtium procerum quibus obuiandum non erat,hortatui ſuccubuit:

Græci ſermõis volubilitas.

Bellum,inquit,duobus mihi amiciſſimis cogor indicere,Diſario & continentiæ.Sed ab authoritate veſtra tanq̃ ab edicto prætoris impetrata venia, gulæ patronum (quia neceſſe eſt) profitebor. In primo ſpecioſis magis q̃ veris penes nos Diſarius exẽplis,vt docebitur,noſtri cepit ingenium.Ait enim pecudes vti ſimplici cibo,& ideo expugnari difficilius earum q̃ hominũ ſanitatem.Sed vtrunq; falſum probabo. Nam neq; ſimplex eſt animalibus mutis alimonia, nec ab illis q̃ a nobis morbi remotiores. Teſtatur vnum varietas pratorum quæ depaſcuntur,quibus hærbæ ſunt amaræ pariter & dulces, aliæ ſuccum calidum, aliæ frigidum nutrientes,vt nulla culina poſſit tam diuerſa condire, q̃ in hærbis natura variauit. Notus eſt omnibus Eupolis inter elegantes habendus veteris comœdiæ poetas. Is in fabula quæ inſcribitur æges,inducit capras de cibi ſui copia in hæc ſe verba iactantes. βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς. Videtur ne vobis ciborum iſta ſimplicitas, vbi tot enumerantur vel arbuſta vel frutices, non minus ſucco diuerſa q̃ nomine? Qꝫ autem non facilius morbis homines q̃ pecudes occupentur: Homero teſte contentus ſum,qui peſtilentiam refert a pecudibus eſſe inchoatam,quando morbus anteq̃ in homines poſſet irrepere, facilius captis pecoribus incubuit.Sed & quanta ſit mutis animalibus infirmitas,vitæ breuitas indicio eſt. Quid enĩ eorũ quibus notitia nobis in vſu eſt,poteſt annos hominis æquare? niſi recurras forte ad ea,quæ de coruis atq; cornicibus fabuloſa dicuntur. Quos tamen videmus omnibus inhiare cadaueribus,vniuerſiſq; ſeminibus inſidiari,fructus arborum perſequi.Nã non minus edacitatis habent, q̃ de longęuitate eorum opinio fabulatur. Secundum (ſi bene recordor) exemplum eſt, ſolere medicos ægris ſimplicem cibum offerre, non varium:quum hunc offeratis (vt opinor) nõ quaſi digeſtu faciliorem,ſed quaſi minus appetendum,vt horrore vniformis alimoniæ,edendi deſideriũ langueſceret,quaſi multis concoquendis per infirmitatẽ nõ ſufficiente natura.Ideo ſiquis ægreſcentiũ vel de

Cib⁹ varius facile digeritur.

ipſo ſimplici amplius appetat,ſubducitis adhuc deſideráti. Ideo vobis cõméto tali nõ qualitas,ſed modus quęritur. Q̃ꝫ autẽ in edendo ſicut in potando ſuades varia vitari, habet latẽtis captionis inſidias,quia nomine ſimilitudinis coloratur. Cæterũ lõge alia ciborũ ratio eſt.Quis enim vnq̃ edẽdo plurimũ,mẽte ſauciatus eſt?qđ in bibendo cõtingit.Fartus cibo,ſtomacho vel vẽtre grauatur,infuſus vino fit ſimilis īſano. Opinor,q̃a craſſitudo cibi vno in loco pmanẽs expectat adminiſtrationẽ digeſtionis, & tunc demũ mẽbris ſenſim cõfectus illabit: potus vt natura leuior mox altũ petit,& cerebrũ, qđ in vertice locatũ eſt,ferit fumi calentis aſpergine:& ideo varia vina vitant,ne res q̃ ad poſſidendũ caput repẽtina eſt,calore tam diuerſo q̃ ſubito cõſilii ſedẽ ſauciet.Qđ æque in cibi varietate metuẽdũ,nulla ſimilitudo,ratio nulla pſuadet. In illa vero diſputatione, qua digeſtionũ ordinẽ ſermone luculento & vario digeſſiſti:illa oĩa q̃ de natura humani corporis dicta ſunt,& nihil nocẽt ꝓpoſitę q̃ſtioni,& eloquẽter dicta non abnego: Illi ſoli nõ aſſentior,ꝙ ſuccos varios de ciboꝝ varietate cõfectos dicis cõtrarios eſſe corporibus,quũ corpora ipſa de cõtrariis qualitatibꝰ fabricata ſint.Ex calido eñ & frigido, de ſicco & humido cõſtamus.Cibus vero ſimplex cui adeſt,ſuccũ de ſe vniꝰ qualitatis emittit.Scimus aũt ſimilibus ſimilia nutriri.Dic q̃ſo vnde alię tres qualitates corporis nutriẽtur?Singula autẽ ad ſe ſimilitudinẽ ſui rapere teſtis eſt Empedocles,qui ait.

Vinũ q̃re inebriat.

Te autem ſæpe audio Hippocratis tui verba cum admiratione referentem.

Ergo homo non vnũ,nutriendus eſt nõ ex vno.Nã & deus omniũ fabricator,aerem, quo circũfundimur,& cuius ſpiramus hauſtu, nõ ſimplicẽ voluit habere qualitatẽ, vt aut frigidus ſit ſemper,aut caleat:ſed nec continuę ſiccitati, nec perpetuo eum addixit humori,quia vna nos nõ poterat qualitate nutrire de pmiſtis quatuor fabricatos. Ver ergo calidum fecit & humectum , Sicca æſtas & calida , Autumnus ſiccus & frigidus, Hyems humida pariter & frigida eſt.Sic & elementa quæ ſunt noſtra principia, ex diuerſitatibus etiã ipſa conſtant,& nos nutriũt.Eſt enim ignis calidus & ſiccus, Aer humectus & calidus,Aqua ſimiliter humecta & frigida,Terra frigida pariter & ſicca.Cur ergo nos ad vniformẽ cibũ redigis,quũ nihil nec in nobis,nec circa nos,nec in iis de q̃bus ſumus,vniforme ſit?Q̃ꝫ autẽ aceſcere,vel nõnũq̃ fumare in ſtomacho cibũ,vis aſſignare varietati,vt credamus pronũcies oportet, aut ſemper eũ qui vario cibo vtit hęc pati,aut nũq̃ illũ pati qui ſimplicẽ ſumit. Si vero & q̃ menſa fruitur copioſa hoc vitiũ ſæpe nõ ſentit,& q̃ ſe vno cibo afficit,ſæpe ſuſtinet qđ accuſas:cur hoc varietati,& non modo edacitatis aſſignas? Nam & de ſimplici auidus noxã patitur cruditatis,& in vario moderatus digeſtionis cõmodo fruitur. At inquies,ipſa immoderatio ex ciboꝝ varietate naſcit,titillante gula,& ad aſſumenda plura q̃ neceſſe eſt prouocãte. Rurſus ad ea quę iã dixi reuoluor,cruditates de modo,nõ de qualitate prouenire. Modũ eñ ſeruat,qui ſui potẽs eſt,& in mẽſa ſicula vel Aſiana:excedit impatiẽs,etiã ſi ſolis oliuis aut holere veſcat.Et tamẽ ille copioſus,ſi moderationẽ tenuit,ſanitatis cõpos eſt:cõtra inſanus fit ille,cui merus ſal cibus eſt,ſi hoc ipſum voraciter inuaſerit.Poſtremo ſi in iis quę ſumimus varietatẽ noxiam putas,cur potionũ remedia quæ per os humanis viſceribus infunditis,ex tã cõtrariis ac ſibi repugnãtibus miſta cõponitis?Succo papaueris admiſcetis euphorbiũ, mãdragorã aliaſq; herbas cõclamati frigoris pipere temperatis. Sed nec mõſtruoſis carnibus abſtinetis,inſerentes poculis teſticulos caſtorũ & venenata corpora viperarũ,q̃bus admiſcetis q̃cq̃d nutrit India,q̃cq̃d deuehit herbarũ, quibus Creta generoſa eſt.Quũ ergo ad cuſtodiã vitę hoc faciãt remedia,qđ cibus,ſiqdem illa eã reuocẽt,iſte cõtineat:cur illis pũidere varietatẽ laboras, iſti ſqualorẽ vniformitatis adiicis?Poſt omnia in voluptatẽ cenſura cothurnati ſermonis inuectus es, tanq̃ voluptas virtuti ſemp inimica ſit,& nõ quũ in luxũ ſpreta mediocritate prolapſa eſt. Quid enim agit ipſe ſeruus,non edendo niſi cogente fame,nec potando p̃ter ſitim, niſi vt de vtroq; capiat voluptatẽ? Ergo voluptas nõ mox nomine ipſo infamis eſt, ſed fit modo vtendi vel honeſta vel arguẽda.Parũ eſt ſi accuſata ſit, & nõ etiam laudetur voluptas.

Nam cibus qui cum voluptate ſumitur, deſiderio tractus in ventrem reconditur patula expectatione rapientem, & dum animoſe fruitur, mox eum concoquit. Quod non exęquo cibis euenit, quos nulla ſui dulcedo commendat. Quid ergo accuſas varietatem quaſi gulæ irritamentum, quũ ſalus ſit hominis, vigere appetentiã, qua deficiente langueſcit & periculo fit propior? Nam ſicut in mari gubernatores vento ſuo, etiam ſi nimius ſit, contrahendo in minorem modum vela pręteruolant, & flatum quum maior eſt coercent, ſopitum vero excitare non poſſunt: ita & appetentia quum titillatur & creſcit, rationis gubernaculo temperatur, ſi ſemel ceciderit, animal extinguitur. Si ergo cibo viuimus, & cibum appetentia ſola commendat, elaborandum nobis eſt cõmento varietatis, vt hæc ſemper prouocetur, quũ præſto ſit ratio, quæ intra moderationis ſuæ terminos temperetur. Memineritis tamen lepido me conuiuio adeſſe, non anxio. Nec ſic admitto varietatem, vt luxum probem, vbi quęruntur æſtiuę niues, & hybernę roſæ: & dum magis oſtentui, q̃ vſui ſeruitur, ſyluarum ſecretũ omne luſtratur, & peregrina maria ſollicitantur. Ita enim fit, vt etiam ſi ſanitatem ſumẽtium mediocritas obſeruata non ſautiet: ipſe tamen luxus morum ſit ægritudo.

Appetẽtia.

Titillat.

Oſtẽtui.

Vinũ natura frigidum potius videri q̃ calidum. Et quamobrem fœminę rarenter & tarde, ſenes crebrius & citius inebrientur. Cap. VI.

His fauorabiliter exceptis, Diſarius, Obſecutus es, inquit, Euſtathi dialecticę, ego medicinæ. Qui volet eligere ſequenda, vſum conſulat: & qđ ſit vtilius ſanitati experientia docebit. Poſt hæc Flauianus. Et alios quidem medicos idem dicentes ſemper audiui, vinum inter calida cenſendum: Sed & nunc Euſtathius quum cauſas ebrietatis attingeret, prædicabat vini calorem. Mihi autem ſæpe hoc mecum reputanti viſa eſt vini natura frigori propior q̃ calori: & in medium profero, quibus ad hoc extimãdum trahor, vt veſtrum ſit de mea extimatione iudicium. Vinum quantum mea fert opinio, ſicut natura frigidum eſt, ita capax vel etiam appetens caloris ſit, quum calidis fuerit admotum. Nam & ferrum quum tactu ſit frigidum, ψυχρὸν χαλκὸν ὅλως, ſi tamen ſolem pertulerit, concaleſcit, & calor aduena natiuum frigus expellit. Hoc vtrum ita eſſe ratio perſuadeat requiramus. Vinũ, quod aut potu interioribus conciliatur, aut fotu vt ſuperficiem curet adhibetur, quum infunditur cuti: quin frigidum ſit nec medici inficias eunt: calidum tamen in interioribus prædicant, quum non tale deſcendat, ſed admiſtum calidis concaleſcat. Certe reſpondeant volo, cur ſtomacho in laſſitudinẽ degeneranti, ad inſtaurandas conſtrictione vires offerant ægreſcenti vinum, niſi frigore ſuo laſſata cogeret, & colligeret diſſoluta? Et quum laſſo (vt dixi) ſtomacho nil adhibeant calidũ, ne creſcat vlterius laſſitudo, a vini potu nõ prohibent, defectum in robur hac curatione mutantes. Dabo aliud indiciũ accidentis magis vino q̃ ingeniti caloris. Nam ſiquis aconitũ neſciens hauſerit, non nego hauſtu eũ meri plurimi ſolere curari. Infuſum enim viſceribus trahit ad ſe calorem, & veneno frigido quaſi calidũ iam repugnat. Si vero aconitũ ipſum cũ vino tritum potui datum ſit, haurientẽ nulla curatio a morte defendit. Tunc enim vinũ natura frigidum admiſtione ſui frigus auxit veneni. Nec in interioribus iam caleſcit, quia non liberum, ſed admiſtũ alii, immo in aliud verſum deſcendit in viſcera. Sed & ſudore nimio vel laxato ventre defeſſis vinũ ingerũt, vt in vtroq; morbo conſtringat meatus. Inſomnẽ medici frigidis oblinũt, modo papaueris ſucco, modo mandragora vel ſimilibus, in quibus eſt & vinũ. Nam vino ſomnus reduci ſolet: qđ non niſi ingentis frigoris teſtimoniũ eſt. Deinde omnia calida venerẽ prouocant, & ſemen excitant, & generationi fauẽt. Hauſto autem mero plurimo, fiunt viri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum conceptioni ferunt, quia vini nimietas vt frigidi, facit ſemen exile vel debile. Hoc vero vel manifeſtiſſimam extimationis meę habet aſſertionem, ꝙ quęcunq; nimiũ algentibus eadem contingunt ebriis: fiũt enim tremuli, pallidi, graues, & ſaltu tumultuãtis ſpiritus artus ſuos & membra quatiũtur. Idẽ corporis torpor ambobus, eadẽ linguæ titubatio. Multis etiã morbus ille, quẽ παράλυσιν græci vocant, ſic nimio vino, vt multo algore contingit. Reſpice etiam quę genera curationũ adhibeantur ebriis. Nonne cubare ſub multis operimentis iubentur, vt extinctus calor refoueatur? non & ad calida lauacra ducuntur? non illis vnctionũ tepore ca-

Vinũ natura frigidum.

Aconitũ

lor corporis excitatur? Poſtremo qui fiunt crebro ebrii,cito ſeneſcunt. Alii ante tempus competentis ætatis vel caluitio vel canitie inſigniuntur, quæ non niſi inopia caloris eueniunt. Quid aceto frigidius,quod culpatum vinum eſt? Solum enim hoc ex omnibus humoribus creſcentem flammam violenter extinguit, dum per frigus ſuum calorem vincit elementi. Nec hoc prætereo,ꝙ ex fructibus arborum illi ſunt frigidiores,quorum ſuccus imitatur vini ſaporem, vt mala ſeu ſimplicia ſeu granata ſeu Cydonia,quæ Cotonea vocat Cato. Hoc ideo dixerim,ꝙ me ſæpe mouit & exercuit mecum diſputantem, quia in medium proferre volui quid de vino extimauerim ſentiendum. ¶Cæterū conſultationem mihi debitam non omitto. Te enim Diſari conuenio, vt quod querendum mihi occurrit abſoluas. Legiſſe apud græcum philoſophum memini,(ni fallor,ille Ariſtoteles fuit) in libro,quē de ebrietate compoſuit, Mulieres raro in ebrietatem cadere,crebro ſenes:nec cauſam vel huius frequentiæ vel illius raritatis adiecit. Et quia ad naturam corporum tota hæc queſtio pertinet,quam noſſe & induſtrię tuæ & profeſſionis officium eſt,volo te cauſas rei,quam ille ſententiæ loco dixit,ſi tamen philoſopho aſſentiris,aperire.

Acetū.

Cotonea

Mulieres cur rarius, Senes crebrius inebrientur.

Tum ille:Recte & hoc Ariſtoteles vt cætera:nec poſſum non aſſentiri viro,cuius inuentis nec ipſa natura diſſentit. Mulieres,inquit,raro inebriantur,crebro ſenes. Rationis plena gemina iſta ſententia,& altera pendet ex altera. Nam quū didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat, iam tenemus quid ſenes ad hoc frequenter impellat. Contrariam enim naturam ſortita ſunt muliebre corpus,& corpus ſenile. Mulier humectiſſimo eſt corpore: Docet hoc & lęuitas cutis & ſplendor,docet præcipue aſſiduę purgationes ſuperfluo exonerantes corpus humore. Quū ergo epotum vinum in tam largum ceciderit humorem, vim ſuam perdit, & fit dilutius, nec facile cerebri ſedem ferit fortitudine eius extincta. Sed & hæc ratio iuuat ſententiæ veritatem, ꝙ muliebre corpus crebris purgationibus deputatum,pluribus conſertum foraminibus, vt pateat in meatus,& vias præbeat humori in egeſtionis exitum confluenti: Per hæc foramina vapor vini celeriter euaneſcit. Contra ſenibus ſiccum corpus eſt:quod probat aſperitas & ſqualor cutis. Vnde & hæc ætas ad fletum fit difficilior,quod eſt indicium ſiccitatis. Intra hos vinum nec patitur contrarietatem repugnantis humoris,& integra vi ſua adhæret corpori arido,& mox loca tenet,q̄ ſapere homini miniſtrant. Dura quoqꝫ eſſe ſenum corpora nulla dubitatio eſt,& ideo etiam ipſi naturales meatus in membris durioribus obſerantur, & hauſto vino exhalatio nulla contingit, ſed totum ad ipſam ſedem mentis aſcendit. Hinc fit vt & ſani ſenes malis ebriorum laborent,tremore mēbrorum,linguæ titubantia,abundantia loquendi, iracundiæ concitatione, quibus tam ſubiacent iuuenes ebrii,q̄ ſenes ſobrii. Si ergo leuem pertulerint impulſum vini,nō accipiunt hæc mala,ſed incitant,quibus ætatis ratione iam capti ſunt.

¶Fœminis vtrū frigidior an calidior ſit natura q̄ viris,& cur muſtū minus inebriet. Cap. VII.

PRobata omnibus Diſarii diſputatione ſubiecit Symmachus: Vt ſpectata eſt tota ratio,quā de muliebris ebrietatis raritate Diſarius inuenit,ita vnum ab eo prætermiſſum eſt:nimio frigore,qđ in earum corpore eſt,frigeſcere hauſtum vinū,& ita debilitari,vt vis eius quæ elanguit,nullum calorem poſſit,de quo naſcitur ebrietas,excitare.

Mulierū naturā calidiorē eſſe virili.

Pili q̄re ī viro & nō ī fœmina.

¶Ad hæc Horus: Tu vero Symmache fruſtra opinaris frigidam mulierum eſſe naturam, quam ego calidiorem virili (ſi tibi volenti erit) facile probabo. Humor naturalis in corpore, quando ætas tranſiit pueritiam, fit durior,& acuitur in pilos:Ideo tunc & pubes & genę & alię partes corporis veſtiuntur. Sed in muliebri corpore hunc humorem calore ſiccante fit inopia pilorum:& ideo in corpore ſexus huius manet continuus ſplendor & lęuitas. Eſt & hoc in illis indicium caloris,abundātia ſanguinis,cuius natura feruor eſt: Qui ne vrat corpus ſi inſidat,crebra purgatione ſubtrahitur. Quis ergo dicat frigidas,quas nemo poteſt negare plenas caloris,quia ſanguinis plenæ ſunt? Deinde licet vrendi corpora defunctorum vſus noſtro ſeculo nullus ſit,lectio tamen docet eo tempore,quo igni dari honor mortuis habebatur,ſiquādo vſu ve-

niſſet,vt plura corpora ſimul incenderentur,ſolitos fuiſſe funerum miniſtros denis virorum corporib⁹ adiicere ſingula muliebria,& vnius adiutu,quaſi natura flammei & ideo celeriter ardentis,cætera flagrabant.Ita nec veteribus calor mulierum habebatur incognitus.Nec hoc tacebo,ꝙ quũ calor ſemper generationis cauſa ſit,fœminę ideo celerius ꝙ̃ pueri fiunt idoneæ ad generandũ,quia calent amplius. Nam & ſecundũ iura publica duodecimus annus in fœmina,& quartuſdecimus in puero definit pubertatis ætatem. Quid plura?Nonne videmus mulieres quando nimium frigus eſt,mediocri veſte contentas,nec ita operimentis plurimis inuolutas,vt viri ſolent.ſ. naturali calore contra frigus quod aer ingerit,repugnante?

Reſponſio ad prædicta.

Ad hęc renidens Symmachus. Bene,inquit,Horus noſter tentat videri orator ex cynico,qui in contrarium vertit ſenſus,quibus poteſt muliebris corporis frigus probari.Nã ꝙ pilis,vt viri,non obſidentur,inopia caloris eſt.Calor eſt enim qui pilos creat.Vnde & Eunuchis deſunt,quorum naturam nullus negauerit frigidiorem viris.Sed & in corpore humano illę partes maxime veſtiuntur,quibus amplius ineſt caloris. Lęue autem eſt mulierũ corpus,quaſi naturali frigore denſet.Comitat̃ eñ algorẽ denſitas,lęuitas denſitatem.Qꝫ vero ſępe purgantur,non multi ſed vitioſi humoris indicium eſt.Indigeſtum eſt enim & crudum quod egeritur,& quaſi infirmum effluit,nec habet ſedem,ſed natura quaſi noxiũ & magis frigidum pellitur.Quod maxime probatur,quia mulieribus quũ purgantur,etiam algere contingit.Vnde intelligitur frigidum eſſe quod effluit,& ideo in viuo corpore non manere quaſi inopia caloris extinctum. Qꝫ muliebre corpus iuuabat ardentes viros,non caloris erat,ſed pinguis carnis & oleo ſimilioris, quod non illis contingeret ex calore. Qꝫ cito admouentur generationi, non nimii caloris,ſed naturæ infirmioris eſt,vt exilia poma celeri⁹ matureſcũt,robuſta ſeri⁹.Sed ſi vis ĩtelligere in generatione veram rationem caloris,conſidera viros longe diutius perſeuerare in generãdo,ꝙ̃ mulieres in pariendo.Et hæc tibi ſit ĩdubitata probatio in vtroq; ſexu,vel frigoris vel caloris:Nã vis eadem ĩ frigidiore corpore celerius extinguitur,in calidiore diutius perſeuerat.Qꝫ frigus aeris tolerabili⁹ viris ferunt,facit hoc frigus ſuum: Similibus eñ ſimilia gaudent.Ideo ne corpus earũ frigus horreat,facit conſuetudo naturæ,quã ſortitę ſunt frigidiorẽ.¶Sed de his ſinguli vt volunt iudicent. Ego vero ad ſortẽ conſulendi venio,& qđ ſcitu dignum extimo,ab eodem Diſario quęro, & mihi vſq; ad effectum nimio amico,& cũ in cęteris tũ in his optime docto.Nuper in Tuſculano meo fui, cũ vindemiales fructus pro annua ſolẽnitate legerentur. Erat videre permiſtos ruſticis ſeruos haurire vel de expreſſo,vel de ſponte fluente muſtum,nec tamen ebrietate capi.Qđ in illis præcipue admirabar,quos impelli ad inſaniam paruo vino noueram. Quęro quæ ratio de muſto ebrietatem,aut tardam fieri faciat,aut nullam.

Mulierẽ eſſe frigidiorẽ viro.

Eunuchis cur pili deſunt.

Muſtum cur non inebriet.

Ad hęc Diſarius.Omne quod dulce eſt cito ſatiat,nec diuturnã deſiderii ſui fidem tenet,ſed in locũ ſatietatis ſuccedit horror. In muſto aũt ſola dulcedo eſt, ſuauitas nulla. Nam vinũ cũ in infantia eſt,dulce:quũ pubeſcit,magis ſuaue ꝙ̃ dulce eſt.Eſſe autem harum duarum rerum diſtantiam certe Homerus teſtis eſt,qui ait.

Dulcia cito ſatiant.

Vinum ſuaue.

Muſtum dulce.

μαῖ᾽ ἄγε δή μοι οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον

ἡδύν.

καίεο δ᾽ ἔντ᾽ ἐσθῆτα θεῶν καὶ ἄλειφαρ πολλῷ

καὶ μέλιτα γλυκερῷ.

Vocat eñ mel dulce, & vinũ ſuaue.Muſtũ igit̃ quũ necdũ ſuaue eſt,ſed tantũmodo dulce,horrore quodam tantũ ſumi de ſe non patitur, quãtũ ſufficiat ebrietati.Addo aliud, naturali ratione ebrietati dulcedinẽ repugnare, adeo vt medici eos qui vſq; ad periculũ diſtenduntur vino plurimo,cogant vomere,& poſt vomitum contra fumum vini qui remanſit in venis,panem offerunt melle illitum,& ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit.Ideo ergo nõ inebriat muſtum,in quo eſt ſola dulcedo. Sed & hoc idonea ratione defendit, ꝙ muſtum graue eſt & flatus & aquę permiſtione,& pondere ſuo cito in inteſtina delabitur ac profluit,nec manet in locis obnoxiis ebrietati. Delapſum vero relinquit ſine dubio in homine ambas qualitates naturę ſuę,quarum altera in flatu,altera in aquæ ſubſtantia eſt.Sed flatus qdem quaſi ęque ponderoſus in ima delabitur,aquę vero qualitas nõ ſolũ ĩpa nõ ĩpellit in inſaniã,ſed & ſiqua vinalis fortitudo in hoĩe reſedit,

Dulcia ebrietati reſiſtunt

Cerebrũ ſenſu carẽs quõ corporis ſenſus guber-net.

Aię domiciliũ.

Cerebri ventres.

Συζυγίαι. neruoꝝ.

Spinalis medulla

Tria anime ꝓpoſita in corpore.

accipit a carne quã deſerit. Et cerebrũ qđ tactu ſui hoĩem vel torquet vel frequẽter interimit, non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui. i. omenti, hũc importat dolorẽ. Ergo diximus q̃ in homine ſine ſenſu ſint, & quę hoc cauſa faciat, indicatũ eſt. Reliqua pars debiti mei de eo eſt, cur cerebrũ, quũ ſenſum non habeat, ſenſus gubernet. Sed de hoc quoqꝫ tentabo ſi potero eſſe ſoluẽdo. Senſus de quibus loquimur, quinqꝫ ſunt, viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus. Hi aut in corpore ſunt, aut circa corpus, ſoliſqꝫ ſunt caducis corporibus familiares: Nulli enim diuino corpori ſenſus ineſt. Anima vero omni corpore, vel ſi diuinũ ſit, ipſa diuinior eſt. Ergo ſi dignitas diuinorum corporum, ſenſum dedignatur, quaſi aptum caducis, multo magis anima maioris eſt maieſtatis, q̃ vt ſenſu egeat. Vt autem homo conſtet & viuũ animal ſit, anima pręſtat, quę corpus illuminat. Porro illuminat inhabitando, & habitatio eius in cerebro eſt. Et ſphęralis enim natura, & ad nos de alto veniẽs, partem in homine altã & ſphæralem tenuit, & quę ſenſu careat, qui nõ eſt animæ neceſſarius. Sed quia neceſſarius animali eſt, locat in cauernis cerebri ſpiramentũ de effectibus ſuis. Cuius ſpiramenti natura hæc eſt, vt ſenſus & ingerat & gubernet. De iis ergo cauernis, quas vẽtres cerebri noſtra vocauit antiquitas, naſcũtur neruorũ ſeptem συζυγίαι, cui rei nomen qđ ipſe voles latinũ facito. Nos enim συζυγίαν neruorũ vocamus, quũ bini nerui pariter emergunt, & in locum certũ deſinũt. Septem igitur neruorũ συζυγίαι de cerebri ventre naſcentes, vicem implent fiſtularũ, ſpiramentũ ſenſificũ ad ſua quęqꝫ loca naturali lege ducẽtes, vt ſenſum vicinis & lõge poſitis membris animalis infundãt. Prima igitur συζυγία neruorũ taliũ petit oculos, & dat illis agnitionẽ ſpecierũ, & diſcretionẽ colorũ. Secũda in aures ſe diffundit, ꝑ quã eis innaſcitur notitia ſonorũ. Tertia naribus inſeritur, vim miniſtrãs odorãdi. Quarta palatũ tenet, ꝑ qđ de guſtibus iudicatur. Quinta vi ſua corpus omne implet. Omnis enim pars corporis mollia & aſꝑera, frigida & calida diſcernit. Sexta de cerebro means ſtomachũ ꝑtit, cui maxime ſenſus eſt neceſſarius, vt q̃ deſunt appetat, ſuꝑflua reſpuat, & in homine ſobrio ſe ipſe moderetur. Septima συζυγία neruorum infundit ſenſum ſpinali medullę, quę hoc eſt animali, qđ eſt naui carina. Et adeo vſu aut dignitate pręcipua eſt, vt longũ cerebrũ a medicis ſit vocata. Ex hac deniqꝫ vt ex cerebro diuerſi naſcũtur meatus virtutẽ tribus animæ propoſitis miniſtrãtes. Tria ſunt enim quę ex animę prouidẽtia accipit corpus animalis, vt viuat, vt decore viuat, & vt immortalitas illi ſucceſſione q̃ratur. His tribus ꝓpoſitis, vt dixi, animę ꝑ ſpinalem medullam p̄betur effectus. Nam cordi & iecori & ſpirandi miniſteriis, quę omnia ad viuẽdũ ꝑtinẽt, vires de ſpinalibus quos diximus meatibus miniſtrãtur. Neruis etiam manuũ, pedũ, aliarũve partiũ ꝑ quas decore viuitur, virtus inde præſtatur. Et vt ex his ſucceſſio procuretur, nerui ex eadem ſpinali medulla pudendis & matrici, vt ſuũ opus impleant miniſtrãntur. Ita nulla in homine pars corporis ſine ſpiramento, qđ in ventre cerebri locatum eſt, & ſine ſpinalis medullæ beneficio conſtat. Sic ergo fit, vt quũ ipſum cerebrũ ſenſu careat: ſenſus tamen a cerebro in omne corpus proficiſcatur.

Euge Græculus noſter, Euangelus ait, tam plane nobis oſtendit res oꝑtu naturæ tectas, vt quicquid ſermo deſcripſit, oculis videre videamur. Sed Euſtathio iam cedo, cui præripui conſulendi locum. Euſtathius modo, vel vir omniũ diſertiſſim⁹ Euſebius, vel quicunqꝫ volent alii ad exercitium conſultationis accedant. Nos poſtea liberiore ocio congrediemur.

Qui fiat, vt caluitiũ pariter atqꝫ canities anteriores capitis partes primũ inuadant: deinde cur fœminis atqꝫ eunuchis vox ſit q̃ viris exilior. Cap. X.

Canities & caluitiũ cur pri⁹ ſinciput occupent.

ERgo (ait Euſebius) habẽdus mihi ſermo eſt Diſari tecũ de ætate, cuius ianuam iã pene ambo pulſamus. Homerus cum ſenes πολιοκροτάφους vocat, quęro vtrũ ex parte poetico more totum caput ſignificare velit, an ex aliqua ratione canos huic pręcipue parti capitis aſſignet. Et Diſarius: Et hoc diuinus ille vates prudenter vt cætera. Nam pars anterior capitis humidior occipitio eſt, & inde cerebro ſolet incipere canities. Et ſi pars anterior (ait ille) humidior eſt, cur caluitium patitur, quod non niſi ſiccitate contingit? Opportuna, inquit Diſarius, obiectio, ſed ratio non obſcura eſt. Partes enim priores capitis fecit natura rariores, vt quicquid ſuperflui aut fumei fla-

acquirit? eadē enim ratione & in hoc feruorem deberet motus augere.Non eadē ratio eſt (Diſarius inqt) in aquę & aeris calore.Illa eñ corporis ſolidioris eſt:& craſſa mate ries,quū mouetur,integra vi ſua ſuperficiē cui admouetur inuadit. Aer motu in vētū ſoluitur,& liquidior ſe factus agitatu,flatus efficitur.Porro vt flatus illud remouet qđ circūfuſum nobis erat:erat autem circa nos calor. Remoto igitur per flatum calore,re ſtat vt aduenam ſenſum frigoris prēſtet agitatus. Aer motus æſtate frigeſcit.

Cur ſe in orbē rotantes patiantur vertiginē capitis.Et quomodo cerebrū ipſum ſen ſus expers,ſenſus tñ in cęteris mēbris gubernet: & quæ in homine ſenſu careant.

Cap.IX.

INterpellat Euangelus pergentē conſultationē, & exercebo inquit Diſarium noſtrum, ſi tamē minutis illis ſuis & rotātibus reſponſionibus ſatiſfaciet conſulenti.Dic Diſari cur qui ita ſe vertunt,vt ſępe in orbē rotentur,& vertiginem capitis & obſcuritatem patiuntur oculorum, poſtremo ſi perſeuerauerint, ruūt: quum nullus alius motus corporis hanc ingerat neceſſitatem? Ad hæc Diſarius:Septem,inquit,corporei motus ſunt.Aut enim accedit priorſum,aut retrorſum recedit: aut ī dexteram lęuáve deuertitur:aut ſurſum ꝓmouetur,aut deorſum:aut orbiculatim rotatur. Ex iis ſeptē motibus,vnus tātū in diuinis corporibus inuenitur:ſphęralem dico,quo mouetur cęlum,quo ſidera,quo cætera mouentur elementa.Terrenis animalibus illi ſex præcipue familiares ſunt:ſed nonnūq̄ adhibetur & ſeptimus.Sed ſex illi vt directi,ita & innoxii. Septimus,id eſt q gyros efficit,crebro conuerſu turbat, & humoribus capitis inuoluit ſpiramentum,qđ animam cerebro quaſi omnes corporis ſenſus gubernanti miniſtrat. Hoc eſt autē ſpiramentū,qđ ambiens cerebrum ſingulis vim ſuam ſenſibus pręſtat:hoc eſt qđ neruis & muſculis corporis fortitudinem prębet.Ergo vertigine turbatum,& ſi mul agitatis humoribus oppreſſum langueſcit,& miniſterium ſuū deſerit. Inde fit iis qui raptantur in gyros hebetior auditus,viſus obſcurior. Poſtremo neruis & muſculis nullam ab eo virtutem quaſi deficiente ſumentibus, totum corpus qđ iis ſuſtinetur & in robur erigitur,deſertum iam fulcimentis ſuis labitur in ruinam.Sed cōtra hæc oīa conſuetudo,quā ſecūdam naturam pronunciauit vſus,illos iuuat,qui in tali motu ſępe verſantur.Spiramentum enim cerebri,qđ pauloante diximus,aſſuetum rei iam nō ſibi nouę,non paueſcit hunc motū,nec miniſteria ſua deſerit.Ideo conſuetis etiam iſte agi tatus innoxius eſt.Euangelus.Irretitum te iam Diſari teneo,& ſi vere opinor, nuſq̄ ho die effugies.Et alios enim in arte tibi ſocios,& ipſum te audiui ſæpe dicentem,cerebro non eſſe ſenſum,ſed vt oſſa,vt dentes,vt capillos,ita & cerebrum eſſe ſine ſenſu. Verū ne eſt hæc vos dicere ſolitos? an vt falſum refelles Diſari? Verum ait ille. Euangelus: Ecce iam clauſus es:vt enim concedam tibi præter capillos in homine aliquid eſſe ſine ſenſu,quod non facile perſuaſu eſt,tamen cur ſenſus omnes pauloante dixiſti a cerebro miniſtrari,quum cerebro non ineſſe ſenſum ipſe fatearis? Poteſt ne excuſare huius con trarietatis auſum, vel veſtri oris nota volubilitas? Rotātes ſe ī orbē cur vertiginem patiūtur. Motꝰ corporis.

¶Et Diſarius renidens.Retia quibus me irretitum tenes,nimis rara ſunt,nimis patula. Ecce me Euangele ſine niſu inde exēptū videbis.Opus naturæ eſt,vt ſenſum vel nimiū ſicca,vel nimiū humecta nō capiāt. Oſſa,dentes cū vnguibus & capillis nimia ſiccitate ita denſata ſunt,vt penetrabilia non ſint effectui animę,quæ ſenſum miniſtrat. Adeps, medulla & cerebrum ita in humore atq; mollitie ſunt, vt eūdem effectum animę,quem ſiccitas non recipit,mollities iſta non teneat.Ideo tam dentibus,vnguibus,oſſibus,& ca pillis,q̄ adipi,medullis,& cerebro,ſenſus ineſſe nō potuit.Et ſicut ſectio capilloꝝ nihil doloris ingerit,ita ſi ſecetur vel dens,vel os,ſeu adeps,ſeu cerebrū,ſeu medulla,aberit omnis ſenſus doloris.Sed videmus,inquis,tormētis affici,qbus ſecantur oſſa, torqueri hoīes & dolore dentiū.Hoc verū quis abneget? Sed vt os ſecetur,omentū,qđ impoſitū eſt oſſi,cruciatū dū ſectionē patitur,importat:Qđ quū medici manus tranſit,os iam cū medulla,quā cōtinet,habet indolentiā ſectioni ſimilē capillorū.Et quū dētiū dolor eſt, nō os dentis in ſenſu eſt,ſed caro q̄ cōtinet dentē.Nā & vnguis quātus extra carnē cre ſcendo pergit,ſine ſenſu ſecatur:qui carni adhęret iam facit ſi ſecetur dolorē,non ſuo, ſed ſedis ſuę corpore.ſicut capillus dū ſuperior ſecatur,neſcit dolorē:ſi auellat,ſenſum Dentes, oſſa & alia qdā ī hoīe carere ſenſu. Omētū.

Tremor vñ pcedit. Timẽtes quare laxent ventrem.

merſo,humor dilutior cuti remanet,& inde palleſcit.Ideo timẽtes & tremunt,q̃a virtus animæ introrſum fugiens neruos relinquit,quibus tenebatur fortitudo membrorum,& inde ſaltu timoris agitantur.Hinc & laxamentum ventris comitatur timorem,quia muſculi,quibus claudebantur retrimentorum meatus, fugientis introrſum animæ virtute deſerti,laxant vincula quibus retrimenta vſq; ad digeſtionis opportunitatem continebãtur.Seruius his dictis venerabiliter aſſenſus obticuit.

De Quęſtiunculis tredecim Diſario ab Auieno propoſitis,& ab illo ſolutis.

CAP.XII.

Laridum cur ſal cõſeruet. Sal quare cõſeruat carnes.

TVnc Auienus,quia me ordo ait ad ſimilitudinem conſultationis applicat,reducendus eſt mihi ad conuiuiũ ſermo,qui longius a menſa iã fuerat euagatus,& ad alias tranſierat quæſtiones.Sępe appoſita ſalita carne quã Laridũ vocamus(vt opinor)quaſi large aridũ,quærere mecum ipſe conſtitui,qua ratione carnem ad diuturnitatem vſus admiſtio ſalis ſeruet.Hoc licet extimare mecum poſſim:malo tamẽ ab eo, qui corpora curat,certior fieri.Et Diſarius.Omne corpus ſuapte natura diſſolubile & marcidum eſt,& niſi quodam vinculo contineatur,facile defluit.Continentur aũt q̃diu ineſt anima reciprocatione aeris,qua vegetantur conceptacula ſpiritus, dum ſemper nouo ſpirandi nutriunt alimento.Hoc ceſſante per animę diſceſſum mẽbra marceſcunt, & omne pondere ſuo cõflictum corpus obteritur.Tum ſanguis etiam,qui q̃diu fuit compos caloris dabat membris vigorem,calore diſcedente verſus in ſaniẽ,non manet intra venas,ſed foras exprimitur,atq; ita laxatis ſpiramentis effluit tabes fęculenta.Id fieri ſal admiſtus corpori prohibet.Eſt enim natura ſiccus & calidus:& fluxũ quidem corporis calore cõtrahit,humorem vero ſiccitate vel coercet vel exorbet. Certe humorem ſale differri ſiue conſumi fit hinc cognitu facile,ꝙ ſi duos panes pari magnitudine feceris,vnum ſale aſperſum,ſine ſale alterum,inuenies indigentem ſalis pondere propenſiorem, ſcilicet humore in eo per ſalis penuriam permanente.

Vinũ defęcatum.

Etiam hoc a Diſario meo quęſitum volo,cur defęcatũ vinũ validius ſit viribus,ſed infirmius ad permanendũ,& tam bibentem cito permouet,q̃ ipſum ſi manſerit facile mutatur.Qꝫ cito,inquit Diſarius,permouet,hæc ratio eſt, quia quanto penetrabilius in venas efficitur bibentis,tãto fit liquidius fęce purgata.Ideo aũt facile mutatur,ꝙ nullo firmamento nixum vndiq; ſui ad noxam patet.Fęx enim vino ſuſtinendo & alendo,& viribus ſufficiendis quaſi radix eius eſt.

Fęx melli ſupernatat.

Et hoc q̃ro,Auienus ait,cur fęx in imo ſubſidit oĩm niſi mellis:mel.n.ſolũ eſt q̃d in ſummũ fęcem expuat.Ad hoc Diſarius:Fęcis materia vt ſpiſſa atq; terrena cæteris laticibus pondere præſtat,melle vincitur.Ideo in illis grauitate deuergẽs ad fundũ decidit:in melle vero,vt leuior,de loco victa ſurſum pellitur.

Mel & vinum q̃ optima.

Quoniã ex iis quæ dicta ſunt,ingerũt ſe ſimiles q̃ſtiones:cur Diſari ita mel & vinũ diuerſis ętatibus habent optima:mel quod recentiſſimũ,vinũ quod vetuſtiſſimũ? Vnde eſt & illud prouerbium,quo vtuntur gulones.Mulſum quod probe temperes miſcendũ eſſe nouo hymettio,& Falerno vetulo.Propterea,inq̃t ille,quia inter ſe ingenio diuerſa ſunt. Vini enim natura humida eſt, mellis arida.Si dicto meo addubitaueris,medicinæ contẽplator effectũ.Nã quę vdanda ſunt corporis,vino fouent,quę ſiccanda ſunt, melle detergunt.Igitur longinquitate temporis de vtroq; aliq̃d exorbente vinum meracius fit,mel aridius:& ita mel ſucco priuatur,vt vinum aqua liberatur.

Vdanda

Vaſa vini oleiq; cõtraria

Nec hoc quod ſequitur diſſimile quęſitis eſt: cur ſi vaſa vini atq; olei diutule ſemiplena cuſtodias,vinũ ferme in acorem corrũpitur,oleo contra ſapor ſuauior cõciliat? Vtrũ ꝙ Diſarius ait,verum eſt.In illud enim vacuum,quod ſuperne liquido caret,aer aduena incidit,qui tenuiſſimum quęq; humorem elicit & exorbet:Eo ſiccato vinum,quaſi ſpoliatum viribus,prout ingenio imbecillum,aut validum fuit,vel acore exaſperatur,vel auſteritate reſtringitur.Oleum aũt ſuperuacuo humore ſiccato,velut mucore qui in eo latuit abſterſo,acquirit nouam ſuauitatem ſaporis.

Vinũ in medio.

Rurſus ait Auienus.Heſiodus quum ad medium dolii peruentũ eſt,cõparcendũ,& cæteris eius partibꝰ ad ſatietatẽ dicit abutendũ,optimũ vinum ſine dubio ſignificans quod in dolii medietate conſiſteret.Sed & hoc vſu probatũ eſt,in oleo optimũ eſſe q̃d ſupernatat,in mellę quod in imo eſt.

tus circa cerebrum fuerit,euaneſcat per plures meatus. Vnde videmus in ſiccis defunctorum capitibus velut quaſdam ſuturas,quibꝰ hemiſphęria (vti ita dixerim) capitis illigantur. Quibus igit̃ illi meatꝰ fuerint ampliores,humorẽ ſiccitate mutant, & ideo tardius caneſcũt,ſed non caluitio carent. Si ergo ſiccitas caluos efficit,vt poſteriora capitis ſicciora eſſe dixiſti:cur caluũ occipitiũ nunq̃ videmus? Ille reſpondit,Siccitas occipitii non ex vitio, ſed ex natura eſt: Ideo omnibus ſicca ſunt occipitia. Ex illa aũt ſiccitate caluitiũ naſcit̃,quę per malã tẽperiẽ quã Græci ἀκρασίαν vocare ſolent,contingit. Vnde capillo criſpi,qa ita temperati ſunt,vt capite ſicciore ſint,tarde caneſcũt,cito in caluitiũ tranſeunt. Contra q capillo ſunt rariore, non eo facile nudant̃, nutriente humore quod φλέγμα vocitatur:ſed fit illis cita canities. Nã ideo albi ſunt cani, qa colorem humoris, quo nutriunt̃ imitant̃. Si ergo ſenibus abũdantia humoris capillos in canitiẽ tingit,cur ſenecta opinionem exactæ ſiccitatis accepit? Quia ſenecta,ille inqt,extincto per vetuſtatẽ naturali calore fit frigida,& ex illo frigore gelidi & ſupflui naſcunt̃ humores. Cæterum liquor vitalis longęuitate ſiccatus eſt. Inde ſenecta ſicca eſt inopia naturalis humoris,humecta eſt abundantia vitioſi ex frigore pcreati. Hinc eſt ꝙ ex vigiliis ętas grauior efficitur,qa ſomnus qui maxime ex humore contingit,de non naturali humore naſcit̃. Sicut eſt multus in infantia, quæ humida eſt abũdantia non ſuperflui ſed naturalis humoris. Eadem ratio eſt,quę pueritiã caneſcere non patit̃,quũ ſit humectiſſima,qa non ex frigore nato phlegmate humida eſt,ſed illo naturali & vitali humore nutrit̃. Ille eñ humor,q aut de ętatis frigore naſcit̃,aut cuiuſlibet vitioſitatis occaſione cõtrahit̃,vt ſuperfluus, ita & noxius eſt. Hũc videmus in fœminis,vbi non crebro egerat̃, extrema minitantem. Hũc in eunuchis debilitatẽ tibiis ingerentem,quarũ oſſa quaſi ſemp in ſuperfluo humore natãtia naturali virtute caruerũt,& ideo facile intorquent̃ dũ põdus ſuppoſiti corporis ferre non poſſunt,ſicut canna pondere ſibi impoſito curuatur.

Criſpi capillo tarde caneſcunt.

Cani q̃re ſunt albi.

Et Euſebiꝰ. Quoniã nos a ſenectute vſq; ad eunuchos traxit ſuperflui humoris diſputatio,dicas volo,cur ita acutæ ſint vocis,vt ſępe mulier an eunuchus loquatur,niſi videas,ignores? Id quoq; facere ſuperflui humoris abũdantiam ille reſpõdit. Ipſe eñ ἀρτηρίαν per quã ſonus vocis aſcendit, efficiẽs craſſiorẽ, anguſtat vocis meatũ,& ideo vel fœminis vel eunuchis,vox acuta eſt,viris grauis,qbus vocis tranſitus habet liberũ & ex integro patentẽ meatũ. Naſci aũt in eunuchis & in fœminis ex pari frigore parem pene importuni humoris abũdantiam,etiam hinc liquet,ꝙ vtrũq; corpus ſępe pingueſcit. Certe vbera prope ſimiliter vtriq; grandeſcunt.

Vox i fœminis & eunuchis q̃re tenuior fit.

Cur ii quos pudet,aut qui gaudent,rubeſcunt:at metuẽtes pallor inuadat.

CAP. XI.

DIctis his,cum ad interrogãdũ ordo Seruium iam vocaret,naturali preſſus ille verecundia vſq; ad proditionem coloris erubuit. Et Diſarius, Age Serui non ſolũ adoleſcentium qui tibi æquęui ſunt,ſed ſenũ quoq; omniũ doctiſſime,cõmaſcula frontem,& ſequeſtrata verecundia,quã in te facies rubore indicat,confer nobiſcũ libere qd̃ occurrerit,interrogatibus tuis non minus doctrinæ collaturus,q̃ ſi aliis cõſulẽtibꝰ ipſe reſpõdeas. Quũq; diutule tacentẽ crebris ille hortatibus excitaret: Hoc,inquit Seruius,ex te quęro,qd̃ mihi contigiſſe dixiſti. Quæ facit cauſa,vt rubor corpori ex animi pudore naſcat̃? Et ille,natura,inqt,quũ qd ei occurrit honeſto pudore dignum,imũ petẽdo penetrat ſanguinẽ,quo cõmoto atq; diffuſo cutis tingit̃,& inde naſcit̃ rubor. Dicũt etiã Phyſici, ꝙ natura pudore tacta ita ſanguinẽ ante ſe pro velamẽto tendat, vt videmꝰ quẽq; erubeſcentẽ manũ ſibi ante faciẽ frequẽter opponere. Nec dubitare de iis poteris, quũ nihil aliud ſit rubor,niſi calor ſanguinis. Addit Seruius. Et q gaudent cur rubeſcunt? Diſarius, gaudiũ inqt extrinſecus cõtingit. Ad hoc animoſo occurſu natura feſtinat,quã ſanguis comitãdo quaſi alacritate integritatis ſuæ cõpotẽ,tingit cutẽ. Et inde ſimilis color naſcitur. Idẽ refert. Cõtra q metuũt qua ratione palleſcũt? Nec hoc Diſariꝰ ait in occulto eſt. Natura enim quum quid de extrinſecus contingentibus metuit,in altum tota demergitur:ſicut nos quoq; quum timemus,latebras & loca nos occulentia quęrimus. Ergo tota deſcendens vt lateat,trahit ſecum ſanguinem,quo velut curru ſemper vehitur:hoc de-

Cõmaſcula.

Rubor ex pudore & gaudio.

Pallor ex timore.

Vina nõ cõgelaſcunt. ex Gel. li. 17 cap. viii.

Nominatum gelu,veteris quæ me ſolebat agitare admonuit quæſtionis,cur vina aut nunꝗ aut rarenter congelaſcant,cęteris ex magna parte humoris nimietate frigoris cogi ſolitis.Num quia vinum ſemina quędam in ſe caloris habet,& ob eam rem Homerus dixit αἴθοπα οἶνον, non vt quidam putant propter colorem:an alia quæpiam cauſa eſt? quam quia ignoro ſcire cupio. Ad hæc Diſarius.Eſto vina naturali muniantur calore,num oleum minus ignitum eſt,aut minorem vim in corporibus calefactandis habet? & tamẽ gelu ſtringit.Certe ſi putas ea q̃ calidiora ſunt difficilius cõgelaſcere,cõgruens erat nec oleũ concreſcere,& ea quę frigidiora ſunt,facile gelu cogi.Acetũ aũt omniũ maxime frigorificũ eſt, atq; id tamẽ nũꝗ gelu ſtringit.Nũ igit oleo magis cauſa eſt coaguli celerioris,ꝙ & lęuigatius & ſpiſſius eſt?faciliora eñ ad coeundũ vident,quę lęuatiora dẽſioraq; ſunt.Vino aũt non contingit tãta mollities,& eſt q̃ oleũ multo liqdius.Acetũ vero & liqdiſſimũ eſt inter cęteros humores,& tãto acerbius,vt ſit acore triſtificũ:& exemplo marinę aquę,quę ipſa quoq; amaritudine ſui aſpera eſt,nunꝗ gelu contrahitur.Nam quod Herodotus hiſtoriarum ſcriptor,contra omnimm ferme qui hæc quæſierunt opinionem ſcripſit,mare Boſphoricũ,qd & Cimmerium appellat, earũq; partiũ mare omne quod Scythicũ dicitur,gelu conſtringi & conſiſtere,aliter eſt ac putatur.Nam non marina aqua contrahitur,ſed quia plurimũ in illis regionib9 fluuiorũ eſt & paludum in ipſa maria influẽtiũ,ſuperficies maris cui dulces aquæ innatant cõgelaſcit, & incolumi aqua marina videtur in mari gelu,ſed de aduenis vndis coactũ.Hoc & in Ponto fieri videm9, in quo fruſta quędam,&(vt ita dixerim)†ſuperficies gelidę ferunt,cõtractę de fluuialiũ vel paluſtrium vndarum multitudine,in quas licet frigore concretę, tamen ſunt natantes,quaſi leuatiores marina.Plurimũ autem aquarũ talium influere Ponto,& totam ſupficiem eius infectam eſſe dulci liquore:propter quod ait Salluſtius, mare Ponticum dulcius q̃ cętera.Eſt hoc quoq; teſtimonio,ꝙ ſi in põtũ,vel paleas,vel ligna, ſeu quęcũq; alia natantia proieceris,foras extra pontũ feruntur in propontidẽ,atq; ita in mare,qd alluit Aſię oram,cum conſtet in pontũ influere maris aquã,nõ effluere de ponto. Meatus enim qui ſolus de oceano receptas aquas in maria noſtra trãſmittit,in freto eſt Gaditano, qd Hiſpaniam Africamq; interiacet,& ſine dubio inundatio ipſa per Hiſpanienſe & Gallicanũ litora,in Tyrrhenũ prodit,Inde Hadriaticũ mare facit: Ex quo dextra in Partheniũ, lęua in Ionium, & directim in Ægęum pergit,atq; ita ingredit in pontũ. Quæ igitur ratio facit,vt riuatim aquæ de ponto fluant,cum foris influẽtes aquas põtus accipiat? Sed cõſtat vtraq; ratio.Nam ſuperficies ponti propter nimias aquas, quæ de terra dulces influũt,foras effluit,deorſũ vero intro pergit influxio.Vnde ꝓbatũ eſt,natãtia q̃ (vt ſupra dixi)iaciunt in pontũ,foras pelli:Si vero columna deciderit,introrſum innare.Et hoc ſæpe vſu probatũ eſt,vt grauiora quęq; in fundo propõtidis ad ponti interiora pellantur.

Acetum cur non congelaſcat.

Mare qd congelaſcit.

† ꝑſiciæ.

Riuatim

Dulcia ſi frigidamagis dulcia. Prouẽta

Adiecta hac vna conſultatione reticebo:Cur omne dulce magis dulce videtur quum frigidum eſt,q̃ ſi caleat?Reſpondit Diſarius,Calor ſenſum occupat,& guſtatum linguæ feruor interpedit.Ideo ex aſperatione oris prouenta ſuauitas excluditur.Qꝫ ſi caloris abſit iniuria,tum demũ poteſt lingua incolumi blandimento , dulcedinem pro merito eius excipere.Præterea ſuccus dulcis per calorem non impune penetrat venarum receptacula,& ideo noxa minuit voluptatem.

Prima. quęſtio. Ieiuni cur magis ſitiãt q̃ eſuriãt

Quæſtiones tres quas Horus Diſario propoſuit. CAP. XIII.

SVcceſſit Horus,& quũ multa,inquit,de potu & cibatu quæſiſſet Auienus,vnum maxime neceſſarium(ſponte an oblitus ignoro)prætermiſit:cur ieiuni magis ſitiant q̃ eſuriant . Hoc in commune nobis Diſari ſi videt abſolue.Et ille.Rem tractatu dignam,inquit,Hore quęſiſti,ſed cuius ratio in aperto ſit.Quum enim animal ex diuerſis conſtet elemẽtis,vnum eſt de iis quę corpus efficiunt, quod & ſolum,aut maxime vltra cætera,aptum ſibi quærat alimentum:calorem dico,qui liquorem ſibi ſemper exigit miniſtrari.Certe de ipſis quatuor elementis extrinſecus videmus,nec aquam,nec aerem, neq; terram aliquid quo alatur,aut quod conſumat exigere,nullamq; noxam vicinis vel appoſitis ſibi rebus inferre.Solus ignis alimenti perpetui deſiderio quicquid offendit abſumit.Inſpice & primæ ætatis infantiam,quantum cibum nimio calore conficiat:& contra ſenes cogita facile tolerare ieiunium,quaſi extincto in ipſis calore, qui nutrimentis

Quæro igitur cur oleum qđ in ſummo eſt, vinũ quod in medio, mel qđ in fundo, optima eſſe credantur. Nec cũctatus Diſarius ait, Mel quod optimũ eſt, reliquo ponderoſius eſt. In vaſe igitur mellis pars, quæ in imo eſt, vtiq̃ pręſtat pondere, & ideo ſupernatante precioſior eſt. Contra in vaſe vini pars inferior admixtione fęcis non modo turbulenta, ſed etiam ſapore deterior eſt. Pars vero ſumma aeris vicinia corrũpitur, cuius admiſtione fit dilutior. Vnde agricolę dolia non contenti ſub tectum repoſuiſſe, defodiũt, & operimentis extrinſecus illitis muniũt, remouentes inquantũ fieri poteſt a vino aeris contagionem, a quo tam manifeſte lęditur, vt vix ſe tueatur in vaſe pleno, & ideo aeri minꝰ peruio. Cæterum ſi inde hauſeris, & locũ aeris admiſtioni patefeceris, reliquũ qđ remanſit, omne corrumpitur. Media igitur pars quantum a confinio ſummi vtriuſq̃, tantũ a noxa remota eſt, & quaſi nec turbulenta nec diluta. In Oleo autẽ quod ſuperfluit ideo creditur pręcellere, quoniã aeriũ ſit, ac ꝓinde ſuperna ſcandat naturę ſuæ vi.

Oleũ in ſummo, vinũ in medio, mel ĩ fundo optima.

Adiecit Auienus, Cur eadem potio meracior videtur ieiuno, q̃ ei qui cibum ſumpſit? Et ille, Venas inedia vacuefacit, ſaturitas obſtruit. Igitur quũ potio per inanitatem penitus influit: quia nõ obtuſas cibo venas inuenit, neq̃ fit admiſtione dilutior, per vacuũ means guſtatu fortiore ſentitur.

Potio cur meracior ieiunis.

Hoc quoq̃ ſciendum eſt mihi, Auienus inquit: Cur qui eſuriens biberit, aliquantulum famem ſubleuat, qui vero ſitiens cibum ſumpſerit, non ſolum non domat ſitim, ſed magis cupidinem potus accendit. Nota eſt, inquit, Diſarius cauſa. Nam liquori quidem nihil officit, quin ſumptus ad omnes corporis partes quoquo verſus permanet, & venas compleat. Et ideo inedia quę inanitatem fecerat, accepto potus remedio, quaſi iam non in totum vacua recreatur. Cibatus vero vtpote concretior & grandior, in venas non niſi paulatim confectus admittitur. Ideo ſitim quã reperit nullo ſolatio ſubleuat, immo q̄c quid foris humoris nactus eſt, exorbet, & inde penuria eius quę ſitis vocatur augeť. Nec hoc mihi Auienus ait ignoratum relinquo, cur maior voluptas eſt, quum ſitis potu extinguitur, q̃ quum fames ſedatur cibo. Et Diſarius, Ex prędictis quoq̃ liquet. Nam potionis totus hauſtus in omne corpus ſimul ꝑnetrat, & omnium partium ſenſus facit vnam maximã & ſenſibilem voluptatem. Cibus autem exiguo ſubminiſtratu paulatim penuriam conſolatur. Ideo voluptas eius multifariam comminuitur.

Potio famem aliquãtulũ leuat, nõ cibus ſitim.

Hoc quoq̃ (ſi videtur) addo q̃ſitis, cur qui auidius vorant, facilius ſatias capiũt, q̃ qui eadem quietius ederint. Breuis eſt, inq̃t, illa reſponſio. Nam vbi auide deuorať, tũc multꝰ aer cum eduliis inferť propter hiatum rictus & crebritatem reſpirandi. Igiť vbi aer venas cõpleuit, ad adiiciendũ faſtidium pro cibo penſatur.

Voraces citius ſatiantur.

Ni moleſtus ſum Diſari, patere plus nimio ex diſcendi cupidine garrientem, & dicas quęſo, cur edulia ſatis calida facilius comprimimus ore, q̃ manu ſuſtinemus, & ſi qđ eorũ plus feruet, q̃ vt diutius mandi poſſit, ilico deuoramꝰ, & tamen aluus non ꝑnicioſe vritur. Et ille. Inteſtinus calor qui in aluo eſt, quaſi multo maior vehemẽtiorq̃, quicquid calidũm accipit magnitudine ſua circũuenit ac debilitat. Ideo præſtat, ſi quid ori feruidũ admoueris, non vt quidam faciũt hiare, ne nouo ſpiritu feruori vires miniſtres, ſed pauliſper labra cõprimere, vt maior calor q de ventre etiã ori opitulať, cõprimat minorẽ calorẽ. Manus aũt vt rem feruidam ferre poſſit, nullo proprio iuuatur calore.

Calida facilius ore & aluo q̃ manu tolerant.

Iamdudũ inq̃t Auienus noſſe aueo, cur aqua quę obſita globis niuiũ perduciť ad niualem rigorẽ nõ minꝰ in potu noxia eſt, q̃ ex ipſa niue aqua reſoluta. Scimꝰ enim quot quãtęq̃ noxę epoto niuis humore naſcanť. Et Diſarius. Addo aliqđ ante q̃ſitis: aqua eñ ex niue reſoluta etiã ſi igne calefiať, & calida bibať, ęque noxia eſt, ac ſi epota ſit frigida. Ergo non ſolo rigore niualis aqua ꝑnicioſa eſt, ſed ob aliã cauſã, quã nõ pigebit aperire auctore Ariſtot. q in Phyſicis q̃ſtionibꝰ ſuis hãc poſuit, & in hũc ſenſum (niſi fallor) abſoluit. Oĩs aqua inq̃t habet in ſe aeris tenuiſſimi portionẽ, quo ſalutaris eſt, habet & terreã fęcẽ, q̃ eſt corpulẽta poſt terrã. Quũ ergo aeris frigore & gelu coacta coaleſcit, neceſſe eſt ꝑ euaporationẽ velut exprimi ex ea aurã illã tenuiſſimã, q̃ diſcedẽte cõueniat ĩ coagulũ, ſola terrea ĩ ſe remanẽte natura. Qđ hinc apparet, q̃a quũ fuerit eadẽ aqua ſolis calore ſoluta, minor modꝰ eiꝰ reperiť, q̃ fuit anteq̃ cõgelaſceret: Deeſt.n. qđ euaporatio ſolũ ĩ aqua ſalubre conſumpſit. Nix ergo q̃ nihil aliud eſt, q̃ aqua ĩ aere dẽſata, tenuitatẽ ſui quũ denſareť amiſit, & ideo ex eiꝰ reſolutę potu diuerſa morborũ gña viſceribꝰ inſeminanť.

Aqua niualis noxia. Gel. li. cap.

Muſto aquam ineſſe.

hanc diluit & extinguit. Ineſſe aũt aquã muſto vel hinc docet, ꝙ quũ in vetuſtatẽ ꝓcedit, fit mẽſura minus, ſed acrius fortitudine, qa exhalata aqua qua molliebať, remanet vini ſola natura cũ fortitudine ſua libera, nulla diluti humoris ꝑmiſtione mollita.

De facili vel difficili digeſtione quorũdam ciborum, deꝗ aliis ſcitu non indignis. CAP. VIII.

Iſitiũ cur difficile digeſtu ſit. Varro inſitia vocat.

POſt hæc Furius Albinus: Ego quoꝗ pro virili portione Diſariũ noſtrũ inexercitum non relinquo. Dicas quæſo quæ cauſa difficile digeſtu facit iſitium (quod ab inſectione inſitiũ dictum, amiſſione enim literę, poſtea quod nunc habet nomẽ obtinuit) quum multũ in eo digeſtionem futuram iuuerit tritura tã diligens, & quicquid graue erat carnis abſumpſerit, conſummationeꝗ eius multa ex parte confecerit. Et Diſarius. Inde hoc genus cibi difficile digeritur, vnde putas ei digeſtionem ante prouiſam. Leuitas enim quã tritura præſtitit, facit vt innatet vdo cibo, quẽ in medio ventris inuenerit, nec adhæreat cuti ventris, de cuius calore digeſtio promoueť: ſic & mox tritum atꝗ firmatũ, quũ in aquã coniiciť natat. Ex quo intelligiť, ꝙ idem faciens in ventris humore ſubducit ſe digeſtionis neceſſitati, & tam ſero illic coquitur, q̃ tardius conficiuntur quæ vapore aquæ q̃ quæ igne ſoluuntur. Deinde dum inſtantius teritur, multus ei flatus inuoluitur, qui prius in ventre conſumendus eſt, vt tum demum conficiatur quod remanſit de carne iam liberum.

Carnes validiores quare aliqui faciliꝰ digeruntq̃ tenues.

Hoc quoꝗ ſcire habeo, Furius inquit, quæ faciat cauſa nõnullos carnes validiores facilius digerere q̃ tenues. Nã quũ cito coquant offas bubulas, in aſperis piſcibus coquendis laborant. In his, Diſarius ait, huius rei auctor eſt nimia in homine vis caloris, quæ ſi idoneam materiem ſuſcipit, libere congrediť, & cito eam in concertatione conſumit, leuem modo præterit vt latentem, modo in cinerem potius q̃ in ſuccum vertit: vt ingentia robora in carbonum fruſta lucentia igne vertũtur, paleæ ſi in ignem ceciderint, mox ſolum de eis cinerẽ reſtat videri. Habes & hoc exemplũ non diſſonũ, ꝙ potẽtior mola ampliora grana confringit, integra illa quæ ſunt minutiora tranſmittit: Vẽto nimio abies aut quercus auellitur, cannã nulla facile frangit procella.

Sinapi & piper cur appoſita cuti vulnus excitẽt, deuorata non lædant.

Quum Furius delectatus enarrãtis ingenio plura vellet interrogare, Cecinna ſe Albinus obiecit: Mihi quoꝗ deſiderium eſt habendi pauliſper negocii cũ tam facunda Diſarii doctrina. Dic oro te, inqt, quæ facit cauſa, vt ſinapi & piper ſi appoſita cuti fuerint, excitent vulnus & loca perforent, deuorata vero nullã ventris corpori inferãt lęſionem. Et Diſarius, Species inquit & acres & calidę ſuperficiem cui apponunť exulcerant, quia integra virtute ſua ſine alterius rei admiſtione vtuntur ad noxiam. Sed ſi in ventrẽ recepta ſint, ſoluiť vis earũ ventralis humoris alluuione, qua fiunt dilutiores: Deinde prius vertunť in ſuccũ ventris calore, q̃ vt integra poſſint nocere.

Vina frigida in Ægypto. Aquæ in puteis cur hyeme fumant, æſtate frigeſcunt. Aqua calida mota fit calidior.

Cecinna ſubiecit. Dum de calore loquimur, admoneor rei, quã ſemper quęſitu dignam putaui: Cur in Ægypto quæ regionũ aliarũ calidiſſima eſt, vinũ non calida, ſed pene dixerim frigida virtute naſcatur. Ad hoc Diſarius: Vſu tibi Albine cõꝑtũ eſt, aquas quę vel de altis puteis, vel de fontibus hauriunť, fumare hyeme, æſtate frigeſcere. Qđ fit nõ alia de cauſa, niſi ꝙ aere, qui nobis circunfuſus eſt, propter tẽporis rationem calente, frigus in terrarũ ima demergiť, & aquas inficit, quarũ in imo eſt ſcaturigo: Et contra quũ hyemem aer pręfert, calor in interiora demergens aquis in imo naſcentibꝰ dat vaporem. Qđ ergo vbiꝗ alternať varietate tẽporis, hoc in Ægypto ſemp eſt, cuiꝰ aer ſemꝑ eſt in calore. Frigus enim ima ꝑtens, vitium radicibus inuoluitur, & talẽ dat qualitatem ſucco inde naſcenti. Ideo regionis calidæ vina calore caruerunt.

Tractatus noſter, Albinus inquit, ſemel ingreſſus calorem, non facile alio digrediť. Dicas ergo volo, cur qui in aquam deſcendit calidam, ſi ſe non mouerit, minus vritur, ſed ſi agitatu ſuo aquã mouerit, maiorem ſentit calorem, & toties aqua vrit amplius, quoties nouus ei motus acceſſerit. Et Diſarius: calida inquit, quæ adhęſerit noſtro corpori, mox præbet tactum ſui manſuetiorem, vel quia cuti aſſueuit, vel quia frigus accepit a nobis. Motus vero aquã nouã corpori applicat, & ceſſante aſſuetudine, de qua pauloante diximus, ſemp nouitas auget ſenſum caloris.

Cur ergo, Albinus ait, ęſtate quum aer calidus flabro mouetur, nõ calorem, ſed frigus

recreari ſolet. Sed & media ætas ſi multo exercitio excitauerit ſibi naturalem calorem, animoſius cibum appetit. Conſideremus & animalia ſanguine carentia,quæ nullum cibum quærant penuria caloris.Ergo ſi calor in appetentia ſemper eſt,liquor autem propriũ caloris alimentum eſt,bene in nobis,quum ex ieiunio corpori nutrimenta quæruntur,præcipue calor ſuum poſtulat,quo accepto corpus omne recreatur, & patientius expectat cibum ſolidiorem.

His dictis,Auienus annulum de menſa retulit,qui illi de breuiſſimo dexteræ manus digito repēte deciderat.Quũq; a præſentibus quęreretur,cur eũ alienę manui & digito & non huic geſtamini deputatis potius insereret,oſtendit manũ lęuã ex vulnere tumidiorem.Hinc Horo nata quęſtionis occaſio.Et dic,inquit,Diſari:Omnis eñ ſitus corporis ꝑtinet ad medici notionem,tu vero doctrinã & vltra q̃ medicina poſtulat cõſecutus es:dic inquã,cur ſibi cõmunis aſſenſus annulũ in digito,qui minimo vicinus eſt,quē etiã medicinalem vocãt,& manu pręcipue ſiniſtra geſtãdum eſſe ꝑſuaſit.Et Diſarius. De hac ipſa quęſtione ſermo quidã ad nos ab Ægypto venerat,de quo dubitabã, fabulam ne,an verã rationē vocarem:ſed libris anatomicorũ poſtea cõſultis,verũ repperi,neruũ quendam de corde natũ priorſum ꝑgere vſq; ad digitũ manus ſiniſtræ minimo proximum, & illic deſinere implicatũ cæteris eiuſdem digiti neruis:& ideo viſum veteribus,vt ille digitus annulo tanq̃ corona circũdaretur.Et Horus:Adeo,inquit,Diſari verũ ita vt dicis Ægyptios opinari,vt ego ſacerdotes eorũ,quos prophetas vocant,quũ in templo vidiſſem circa deorũ aras hũc in ſingulis digitũ cõfectis odoribus illinire, & eius rei cauſas inquiſiſſem,& de neruo quod iã dictũ eſt principe eorũ narrãte didicerim,& inſuper de numero qui per ipſum ſignificat̃.Cõplicatus eñ ſenariũ numerũ digitus iſte demonſtrat,qui omnifariã plenus perfectus atq; diuinus eſt.Cauſaſq; cur plenus ſit hic numerus,ille multis aſſeruit:ego nũc vt præſentibus fabulis minus aptas relinquo.Hæc ſunt quæ in Ægypto diuinarũ omniũ diſciplinarũ cõpote,cur annulus huic digito magis inferatur,agnoui.Inter hæc Cecinna Albinus:Si volentibus erit vobis inquit,in mediũ profero quę de hac eadem cauſa apud Atteiũ Capitonē pontificii iuris inter primos peritũ legiſſe memini:qui quũ nefas eſſe ſanciret deorũ formas inſculpi annulis,eo vſq; ꝓceſſit, vt & cur hoc digito vel in hac manu geſtaretur annulus,nõ taceret. Veteres,inquit,nõ ornatus,ſed ſignãdi cauſa annulũ ſecum circunferebant.Vnde nec plus habere q̃ vnum licebat,nec cuiq̃ niſi libero,quos ſolos fides decerneret,quæ ſignaculo continetur. Ideo ius annuloꝝ famuli nõ habebãt.Imprimebat̃ aũt ſculptura materię annuli,ſiue ex ferro, ſiue ex auro foret,& geſtabat̃ vt qſq; vellet, quacũq; manu,quolibet digito. Poſtea,inqt, vſus luxuriantis ætatis ſignaturas precioſis gemmis cœpit inſculpere, & certatim hæc omnis imitatio laceſſiuit,vt de augmẽto precii quo ſculpendos lapides paraſſent,gloriarentur.Hinc factũ eſt,vt vſus annulorũ exemptus dexterę,quæ multũ negociorũ gerit, in læuam relegaretur,quę ocioſior eſt,ne crebro motu & officio manus dexteræ precioſi lapides frangerentur. Electus autē,inquit,ipſa lęua manu digitus minimo proximus, quaſi aptior cæteris,cui cõmendaretur annuli precioſitas.Nam pollex,qui nomen ab eo q; pollet,accipit:nec in ſiniſtra ceſſat,nec minus q̃ tota manus ſemper in officio eſt.Vnde apud Gręcos ἀντίχειρ inquit,vocatur,quaſi manus altera.Pollici vero vicinus,nudus, & ſine tuitione alterius appoſiti videbatur. Nam pollex ita inferior eſt, vt vix radicem eius excedat. Medium & minimum vitauerunt,inquit,vt ineptos, alterum magnitudine,breuitate alterum:& electus eſt,qui ab vtroq; clauditur,& minus officii gerit,& ideo ſeruando annulo magis accommodatus.Hæc ſunt quæ lectio pontificalis habet.Vnuſquiſq; vt volet,vel hetruſcam,vel ægyptiam opinionem ſequatur.

Secũda. Annulus cur in digito minimo proximo geratur. Gel.lib.x.cap.x. Senarius digito ſignatus quarto.

Pollex.

Inter hęc Horus ad conſulendum ſeuerus:Scis,inquit, Diſari,pręter hunc veſtitum qui,me tegit,nihil me a nominis cēſu aliud habere. Vnde nec ſeruus mihi eſt,nec vt ſit opto,ſed omnem vſum,qui viuo miniſtrandus eſt,ego mihimet ſubminiſtro. Nuper ergo quum in Hoſtienſi oppido morarer,ſordidatum pallium meum in mari diutule laui, & ſuper littus ſole ſiccaui,nihiloq; minus eędem in ipſo,poſt ablutionem,maculę ſordiũ viſebantur.Quumq; me res iſta ſtupefaceret,aſſiſtens forte nauta,quin potius ait in fluuio ablue palliũ tuũ,ſi vis emaculatũ. Parui vt verum probarem,& aqua dulci ablutũ atq; ſiccatum vidi ſplendori ſuo redditum. Et ex illo cauſam requiro,cur magis dulcis

Tertia. Aq̄ dulcis cur abluēdis ſordibus magis idonea ſit q̄ ſalſa.

aqua,q̄ ſalſa idonea ſit ſordibus abluendis.Iamdudum,Diſarius inquit, hæc quæſtio ab Ariſtotele & propoſita & ſoluta eſt. Ait enim aquam marinam multo ſpiſſiorem eſſe,q̄ eſt dulcis:immo illam eſſe fęculentam,dulcem vero puram atqꝫ ſubtilem. Hinc facilius ait,vel imperitos nandi ſuſtinet mare,quum fluuialis aqua,quaſi infirma,& nullo adiumento fulta mox cedat, & in imum pondera accepta tranſmittat. Ergo aquam dulcem dixit,quaſi natura leuem celerius immergere in ea quæ abluenda ſunt, & dum ſiccatur ſecum ſordium maculas abſtrahere:marinam vero quaſi craſſiorem,nec facile penetrare purgando propter ſui denſitatem,& dum vix ſiccatur non multum ſordium ſecum trahere.Quumqꝫ Horus iis aſſentire videretur,Euſtathius ait. Ne decipias quæſo credulum,qui ſe quæſtionemqꝫ ſuam commiſit fidei tuæ.Ariſtoteles enim vt nōnulla alia magis acute q̄ vere iſta diſſeruit. Adeo autem aquæ denſitas non nocet abluendis,vt ſæpe qui aliquas ſpecies purgatas volūt,ne ſola aqua vel dulci tardi⁹ hoc efficiāt,admiſceāt illi cinerem,vel(ſi defuerit)terrenum puluerem,vt craſſior facta celerius poſſit abluere. Nihil ergo impedit marinæ aquæ denſitas.Sed nec ideo quia ſalſa eſt,minus abluit. Salſitas enim findere,& velut aperire meatus ſolet, & ideo magis elicere debuit abluenda. Sed hæc vna cauſa eſt, cur aqua marina non ſit ablutioni apta,quia pinguis eſt:ſicut & ipſe Ariſtoteles ſæpe teſtatus eſt, & ſales docent, quibus ineſſe quiddam pingue nullus ignorat.Eſt & hoc indicium pinguis aquæ marinæ,ꝙ quū inſpergitur flammæ,nō tam extinguit,q̄ pariter accenditur,aquæ pinguedine alimoniā igni ſubminiſtrante. Poſtremo Homerum ſequamur,qui ſolus fuit naturæ conſcius. Facit enim Nauſicaā Alcinoi filiam abluentem veſtes,quū ſuper mare eſſet,non in mari,ſed in fluuio. Idem locus Homeri docet nos marinæ aquæ quiddam ineſſe pingue permiſtum.Vlyſſes enim quū iandudum mare euaſiſſet,& ſtaret ſiccato corpore,ait ad Nauſicaę famulas.

Species.

Aqua maris pinguis.

Odyſſ. ſexto.

ἀμφίπολοι στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν,ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι,ἀμφὶ δ' ἐλαίῳ
χρίσομαι,ἦ γὰρ δηρὸν ἀπὸ χροὸς ἔστιν ἀλοιφή.

Poſt hæc quum deſcendiſſet in fluuium,diuinus vates,qui in omni re naturam ſecutus eſt,expreſſit quod fieri ſolet,vt qui aſcendunt de mari ſi in ſole ſteterint, aqua quidem celeriter ſole ſiccetur, maneat autem in corporis ſuperficie veluti flos quidam, qui & in detergendo ſentiatur. Et hæc eſt aquæ marinæ pinguedo quæ ſola impedit ablutionem.

Simulacra cur ſub aquis maiora videantur q̄ reuera ſint.Tum in vniuerſum quomodo viſio fiat:an ſuſceptione ſimulacrorū quę ab rebus in oculos promanant:an potius emiſſione radiorum ex ipſis oculis. CAP.XIIII.

Simulacra maiora veris cur in aq̄ videant.

ET quia a cæteris expeditus mihi te paulisper indulges,modo autem nobis de aqua ſermo fuit,quæro cur in aqua ſimulacra maiora veris videātur:quod genus apud popinatores plęraqꝫ ſcitamentorū cernimus propoſita ampliora ſpecie q̄ corpore:quippe videmus in doliolis vitreis aquæ plenis,& oua globis maioribus,& iecuſcula fibris tumidioribus, & beluas ſpiris ingentibus:& omnino ipſum videre,qua nobis ratione conſtet:quia ſolent de hoc nonnulli nec vera nec veriſimilia ſentire. Et Diſarius,aqua inquit,denſior eſt aeris tenuitate,& ideo eam cunctatior viſus penetrat,cuius offenſa percuſſa videndi acies ſcinditur,& in ſe recurrit. Sciſſa dum redit iam non directo ictu, ſed vndiqꝫ verſum incurrit lineamenta ſimulacri, & ſic fit vt videatur imago archetypo ſuo grandior.Nam & ſolis orbis matutinus ſolito nobis maior apparet,quia interiacet inter nos & ipſum aer adhuc de nocte roſidus, & grandeſcit imago eius tanq̄ in aquæ ſpeculo viſatur. Ipſam vero videndi naturam non inſubide introſpexit Epicurus,cuius in hoc non eſt(vt extimo)improbanda ſententia,aſtipulante præcipue Democrito:quia ſicut in cæteris,ita & in hoc paria ſenſerunt.Ergo cenſet Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quæpiam ſimulacra manare,nec vnq̄ tantulam moram interuenire,quin vltro ferantur inani figura cohærentes corporum exuuię,quarum receptacula in noſtris oculis ſunt,& ideo ad deputatam ſibi a natura ſedem proprii ſenſus recurrunt. Hæc ſunt quæ vir ille commemorat: quibus ſi occurris obuius, expecto quid

Sol mane maior apparet.

Viſus ratio.

Inſubide Gel.lib. v.ca.xvi.

referas. Ad hæc renidẽs Euſtathius: in propatulo eſt inquit, quod decepit Epicurum. A Propatulo.
vero enim lapſus eſt, aliorũ quatuor ſenſuũ ſecutus exemplum: quia in audiendo & gu-
ſtando & odorando atq; tãgendo nihil e nobis emittimus, ſed extrinſecus accipimus,
quod ſenſum ſui moueat. Quippe & vox ad aures vltro venit, & auræ in nares influũt,
& palato ingeritur quod gignat ſaporem, & corpori noſtro applicantur tactu ſentien-
da. Hinc putauit & ex oculis nihil foras proficiſci, ſed imagines rerum in oculos vltro
meare. Cuius opinioni repugnat, ꝙ in ſpeculis imago aduerſa contemplatorem ſuum
reſpicit, quũ debeat (ſi quidem a nobis orta recto meatu proficiſcitur) poſteram ſui par-
tem quum diſcedit oſtendere, vt læua læuam, dextera dexteram reſpiciat. Nam hiſtrio
perſonam ſibi detractam ex ea parte videt, qua induit, ſcilicet non faciem, ſed poſterio-
rem cauernam. Deinde interrogare hunc virum vellem, an tunc imagines e rebus auo-
lant, quum eſt qui velit videre: an & quũ nullus aſpicit, emicant vndiq; ſimulacra. Nam
ſi quod primum dixi teneat, quæro cuius imperio ſimulacra præſto ſint intuenti, & quo
ties quis voluerit ora conuertere, toties ſe & illa conuertant. Sin ſecundo inhæreat, vt
dicat perpetuo fluore rerum omnium manare ſimulacra, quæro q̃diu cohærentia ꝑma
nent nullo coagulo iuncta ad ꝑmanendum. Aut ſi manere dederimus, quemadmodũ
aliquem retinebunt colorem, cuius natura quum ſit incorporea, tamen nunq̃ poteſt eſſe
ſine corpore? Deinde quis poteſt in animũ inducere, ſimul atq; oculos verteris, incurre-
re imagines cæli, maris, littoris, prati, nauium, pecudum, & innumerabilium præterea
rerum, quas vno oculorum iactu videmus, quũ ſit pupilla quæ viſu pollet, oppido par-
ua? Et quonam modo totus exercitus viſitur? an de ſingulis militibus profecta ſimula-
cra ſe congerũt, atq; ita collocata tot milia ꝑnetrant oculos intuentis? Sed quid labo-
ramus opinionem ſic inanem verbis verberare, quum ipſa rei vanitas ſe refellat? Cõſtat
autem viſum nobis hac prouenire ratione. Genuinum lumen e pupilla quacunq; eã ver
teris, directa linea emicat. Id oculorũ domeſticum profluuium ſi repererit in circunfuſo
nobis aere lucem, per eam directim pergit, q̃diu corpus offendat. Et ſi faciem verteris
vt circunſpicias, vtrobiq; acies videndi directa procedit. Ipſe autem iactus, quem dixi-
mus de noſtris oculis emicare, incipiens a tenui radice in ſumma fit latior, ſicut radii
a pictore finguntur. Ideo per minutiſſimũ foramen contemplans oculus videt cæli pro-
funditatem. Ergo tria iſta nobis neceſſaria ſunt ad effectum videndi: lumẽ quod de no-
bis emittimus, & vt aer qui interiacet lucidus ſit, & corpus, quo offenſo deſinat inten-
ſio. Quæ ſi diutius pergat, rectam intenſionem laſſata non obtinet: ſed ſciſſa in dexteram
læuamq; diffunditur. Hinc eſt ꝙ vbicunq; terrarũ ſteteris, videris tibi quandam cęli cõ-
cluſionem videre, & hoc eſt quod horizontem veteres vocauerunt: quorum indago fide
liter deprehendit directam ab oculis aciem per planum contra aſpicientibus non perge
re vltra centum octoginta ſtadia, & inde in orbem iam recuruari. Per planum ideo adie
ci, quia altitudines longiſſime aſpicimus, quippe qui ad cælum videmus. Ergo in omni
horizontis orbe ipſe qui intuetur centron eſt. Et quia diximus quãtum a centro acies
vſq; ad partem orbis extenditur, ſine dubio in horizonte διάμετρος orbis trecentorũ ſexa-
ginta ſtadiorum eſt, & ſi vlterius qui intuetur acceſſerit, ſeu retrorſum receſſerit, ſimi-
lem circa ſe orbem videbit. Sicut igitur diximus, quum lumen quod pergit e nobis, per
aeris lucem in corpus inciderit, impletur officium videndi. Sed vt poſſit res viſa cogno
ſci, renunciat viſam ſpeciem rationi ſenſus oculorum, & illam aduocata memoria reco-
gnoſcit. Ergo videre oculorum eſt, iudicare rationis, memoriæ meminiſſe: quia trinum
eſt officium quod viſum complet ad dignoſcendam figuram, ſenſus, ratio, memoria. Sen
ſus rem viſam rationi refundit. Illa quid viſum ſit recordatur. Adeo autem intuendo
neceſſarium eſt rationis officium, vt ſæpe in vno videndi ſenſu, etiam alium ſenſum me
moria ſuggerẽte ratio deprehendat. Nã ſi ignis appareat, ſcit eũ & ante tactũ ratio ca-
lere. Si nix ſit illa quæ viſa eſt, intelligit in ipſa ratio etiam tactus rigorem. Hac ceſſan-
te, viſus inefficax eſt, adeo vt ꝙ remus in aqua fractus videtur, vel ꝙ turris eminus vi-
ſa quum ſit anguloſa, rotunda extimatur, faciat rationis negligentia: quæ ſi ſe intende-
rit, agnoſcit in turre angulos, & in remo integritatem. Et omnia illa diſcernit, quæ aca-
demicis damnandorũ ſenſuum occaſionem dederunt, quum ſenſus vnus inter certiſſi-
mas res habendus ſit comitante ratione, cui nonnunq̃ ad diſcernendam ſpeciem nõ ſuf-

Prima ratio ꝙ viſio fiat emittendo.

Secũda.

Tertia.

Quarta.

Viſui tria eſſe neceſſaria.

Horizõ.

Diameter orbis

Academici.

ficit ſenſus vnus. Nam ſi eminus pomi, quum malum dicitur, figura viſatur, nõ omnino id malum eſt: Potuit eñ ex aliqua materia fingi mali ſimilitudo. Aduocandus eſt igitur ſenſus alter, vt odor iudicet. Sed potuit inter congeriem malorum poſitũ auram odoris ipſius concepiſſe. Hic tactus conſulendus eſt, qui poteſt de pondere iudicare. Sed metus eſt ne ipſe fallatur, ſi fallax opifex materiam quæ pomi pondus imitaretur, elegit. Confugiendum eſt igitur ad ſaporem, qui ſi formæ conſentiat, malum eſſe nulla dubitatio eſt. Sic probatur, efficaciam ſenſuum de ratione pendere. Ideo deus opifex omnes ſenſus in capite, id eſt circa ſedem rationis locauit.

Senſus i capite.

Satiſne recte ſcriptum ſit a Platone, cibum per ſtomachum trahi, potum vero per arteriam quę τραχεῖα dicitur, fibris pulmonis illabi. CAP. XV.

Gel. lib. xvii. ca. xi.

HIs dictis fauor ab omnibus exortus eſt admirantibus dictorum ſolidita tem, adeo vt atteſtari vel ipſum Euangelum non pigeret. Diſarius deinde ſubiecit. Iſti plauſus ſunt, qui prouocãt philoſophiã ad vindicandos ſibi de aliena arte tractat⁹: vnde ſæpe occurrit in manifeſtos errores. vt Plato veſter, dũ nec anatomica, quæ medicinæ propria eſt, abſtinet, riſum de ſe poſteris tradidit. Dixit enim diuiſas eſſe vias deuorãdis cibatui & potui: & cibum quidem per ſtomachũ trahi, potum vero per ἀρτηρίαν, quę τραχεῖα dicitur, fibris pulmonis illabi. Quod tantũ virum vel extimaſſe, vel in libros retuliſſe mirandum eſt, vel potius dolendũ. Vnde Eraſiſtratus medicorum veterum nobiliſſimus in eum iure inuectus eſt, dicens illum retuliſſe longe diuerſa q̃ ratio deprehendit. Duas enim eſſe fiſtulas inſtar canalium, eaſq; ab oris faucibus proficiſci deorſum, & p earũ alteram induci delabiq; in ſtomachũ eſculenta omnia & poculenta, ex eoq; ferri in ventriculum, quod græce appellatur ἡ κάτω κοιλία, atq; illic ſubigi digeriq;: ac deinde aridiora ex his retrimenta in aluum conuenire, quod græce κῶλον dicitur, humidiora autem per renes in veſicam trahi: & per alteram de duobus ſuperioribus fiſtulã, quæ gręce appellatur τραχεῖα ἀρτηρία, ſpiritum a ſummo ore in pulmonem, atq; inde rurſum in os & in nares commeare, perq; eandem vocis fieri meatum. ac ne potus cibuſve aridior, quem oporteret in ſtomachum ire, procederet ex ore, labereturq; in eam fiſtulã per quam ſpiritus reciprocatur, ex eaq; offenſione intercluderetur animę via, impoſitã eſſe arte quadam & ope naturæ ἐπιγλωττίδα quaſi clauſtrum mutuum vtriuſq; fiſtulæ, quæ ſibi ſunt cohęrentes: eamq; ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumq; operire ac protegere τὴν τραχεῖαν, ne quid ex eſca potuve incideret in illud quaſi ęſtuantis animæ iter: ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipſo arteriæ communito. Hæc Eraſiſtratus, cui (vt extimo) vera ratio conſentit. Quum enim cibus non ſqualidus ſiccitate, ſed humoris temperie mollis ventri inferendus ſit, neceſſe eſt eandem viam ambobus patere, vt cibus potu temperatus per ſtomachum in ventrem condatur: nec aliter natura cõponeret, niſi quod ſalutare eſſet animali. Deinde cum pulmo & ſolidus & lęuigatus ſit, ſi quid ſpiſſum in ipſum deciderit, quemadmodũ penetrat, aut tranſmitti poteſt ad locum digeſtionis, quum conſtet, ſiquando caſu aliquid paulo denſius in pulmonem violentia ſpiritus trahente deciderit, mox naſci tuſſim nimis aſperam, & alias quaſſationes vſq; ad vexationem ſalutis? Si autem naturalis via potum in pulmonem traheret, quum corpulẽta bibuntur, vel quum hauritur potus admiſtus granis, ſeu ex re aliqua denſiore, quid iis ſumptis pulmo pateretur? Vnde ἐπιγλωττὶς a natura prouiſa eſt, quę quum cibus ſumitur operimento ſit arteriæ, ne quid per ipſam in pulmonem ſpiritu paſſim trahente labatur. Sicut quum ſermo emittendus eſt, inclinatur ad operiendam ſtomachi viam, vt ἀρτηρίαν voci patere permittat. Eſt & hoc de experiẽtia notum, φ qui ſenſim trahunt potum, ventres habẽt humectiores, humore qui paulatim ſumptus eſt diutius permanente. Si quis vero auidius hauſerit, humor eodem impetu quo trahitur, præterit in veſicam, & ſicciori cibo prouenit tarda digeſtio. Hæc autem differentia non naſceretur, ſi a principio cibi & potus diuiſi eſſent meatus. Quod autem Alcæus poeta dixit, vt vulgo canitur, τὸν πνεύμονα οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, ideo dictum eſt, quia pulmo re vera gaudet humore, ſed trahit quantum ſibi extimat neceſſariũ. Vnde ſatius fuiſſet philoſophorum omnium principi, alienis abſtinere, q̃ minus nota proferre.

Contra Platonẽ. Potus & cibi viæ. Eraſiſtratus. Trachia. Epiglottis. Sẽſim potantes. Alcęi loc⁹ repoſitus pro Platone.

¶Ad hęc Euſtathius paulo commotior,non minus te inquit Diſari philoſophis q̃ medicis inſerebam,ſed modo videris mihi rem cõſenſu generis humani decãtatã & credi tam obliuioni dare,phiam artem eſſe artiũ & diſciplinã diſciplinarum:& nũc in ipſam inuehitur parricidali auſu medicina,quum philoſophia illic habeat auguſtior, vbi de rõnali parte.i.de incorporeis diſputat,& illic inclinetur,vbi de phyſica,quod eſt de diuinis corporibus vel cæli vel ſyderũ,tractat.Medicina autẽ phyſicę partis extrema fæx eſt,cui ratio eſt cum terreis terreniſq; corporibus. Sed qd rationem noĩaui, quũ magis apud ipſam regnet cõiectura q̃ ratio?Quæ ergo conijcit de carne lutulenta,audet inequare philoſophiæ,de incorporeis & vere diuinis certa ratione tractanti. Sed ne videat communis iſta defenſio tractatum vitare pulmonis:accipe cauſas,quas Platonica maieſtas ſecuta eſt.ἐπιγλωττὶς quã memoras,inuẽtũ naturę eſt ad tegendas detegẽdaſq; certa alternatione vias cibatus & potus,vt illum ſtomacho tranſmittat,hũc pulmo ſuſcipiat.Propterea tot meatibus diſtinctus eſt,& interpatet rimis,non vt ſpiritus egreſſiones habeat,cui exhalatio occulta ſufficeret,ſed vt per eos ſiquid cibatus in pulmonẽ deciderit,ſuccus eius mox migret in ſedem digeſtionis.Deĩde ἀρτηρία ſi quo caſu ſciſſa fuerit,potus non deuorat̃,ſed quaſi ſciſſo meatu ſuo,reiectatur foras incolumi ſtomacho: quod non contingeret,niſi ἀρτηρία via eſſet humoris.Sed & hoc in propatulo eſt, qa quibus æger eſt pulmo,accendunt̃ in maximam ſitim:qd̃ non eueniret,niſi eſſet pulmo receptaculum potus.Hoc quoq; intuere,ꝙ animalia quibus pulmo non eſt,potũ neſciũt. Natura enim nihil ſuperfluum,ſed membra ſingula ad aliquod viuendi miniſterium fecit:quod quũ deeſt,vſus eius non deſideratur. Vel hoc cogita,quia ſi ſtomachus cibum potũq; ſuſciperet,ſuperfluus foret veſicæ vſus.Poterat enim vtriuſq; rei ſtomachus retrimenta inteſtino tradere,cui nunc ſolius cibi tradit:nec opus eſſet diuerſis meatibus quibus ſingula traderentur,ſed vnus vtriq; ſufficeret ab eadem ſtatione trãſmiſſo. Modo autem ſeorſum veſica,& ĩteſtinum ſeorſum ſaluti ſeruit, quia illi ſtomachus tradit, pulmo veſicæ.Nec hoc prætereundum eſt,ꝙ in vrina quæ eſt retrimentum potus,nullum cibi veſtigium reperitur,ſed nec aliqua qualitate illorum retrimentorum vel coloris vel odoris inficitur.Qꝫ ſi in ventre ſimul fuiſſent, aliqua illarum ſordium qualitas inficeretur.Nam poſtremo lapides qui de potu in veſica naſcuntur,cur nunq̃ in ventre coaleſcunt,quum non niſi ex potu fiant,& naſci in ventre quoq; debuerint,ſi venter eſſet receptaculum potus?In pulmonem defluere potum nec poetæ nobiles ignorãt.Ait enim Eupolis in fabula,quæ inſcribitur Cœlaces.

Euripides vero huius rei manifeſtiſſimus aſtipulator eſt.Quum igitur & ratio corporeę fabricæ,& teſtiũ nobilis authoritas aſtipulet̃ Platoni,nõne qſqs cõtra ſentit,ĩſanit?

Pro Platone. Phiæ laus. Medicina fæx phyſicę. Pulmo rimoſus. Pulmo potus receptaculum. Vrina. Lapides in veſica.

Vtrum prius fuerit ouum,an gallina. Cap.XVI.

INter hæc Euãgelus gloriæ gręcoꝝ ĩuidẽs & illudẽs,faceſſant ait hęc,q̃ inter vos in oſtentationem loquacitatis agitantur. quin potius ſi quid callet veſtra ſapientia,ſcire ex vobis volo,ouum ne prius extiterit,an gallina?Irridere te putas,Diſarius ait:& tamen quæſtio quam mouiſti, & inquiſitu & ſcitu digna eſt. Tu enim me tibi de rei vilitate comparans conſuluiſti,vtrum prius gallina ex ouo,an ouum ex gallina prodierit.Sed hoc ita feriis inſerendũ eſt,vt de eo debeat vel anxie diſputari. Et proferam quæ in vtrãq; partem mihi dicenda ſubuenient,relicturus tibi vtrum eorum verius magis videri.Si concedimus omnia quæ ſunt,aliquando cœpiſſe,ouum prius a natura factũ iure extimabitur.Semper enim quod incipit,imperfectum adhuc & informe eſt,& ad perfectionem ſui per procedentis artis & temporis additamenta formatur.Ergo natura fabricans auem ab informi rudimento cœpit,& ouum in quo necdum eſt ſpecies, extitit procedente paulatim maturitatis effectu.Deinde quicquid a natura variis ornatibus comparatum eſt,ſine dubio cœpit a ſimplici,& ita contextionis acceſſione variatũ eſt. Ergo ouum viſu ſimplex & vndiq; verſum pari ſpecie creatum eſt,& ex illa varietas ornatuum quibus conſtat auis ſpecies abſoluta eſt.Nam ſicut elementa prius extiterunt, & ita reliqua corpora de commixtione eorum creata ſunt:ita rationes ſeminales quæ i

Ouũ ne prius extiterit an gallina.

ouo ſunt,ſi venialis erit iſta tranſlatio,velut quędam gallinæ elementa credenda ſunt. Nec importune elementis de quibus ſunt omnia,ouum comparauerim. Omni enim genere animantium quę ex coitione naſcunt̃,inuenies ouum aliquorum eſſe principiū inſtar elementi. Aut enim gradiuntur animantia,aut ſerpunt, aut nando volandove viuunt. In gradientibus lacertæ & ſimilia ex ouis creãtur. Quę ſerpūt ouis naſcunt̃. Exordio volantia vniuerſa de ouis ꝓdeunt,excepto vno quod incertę naturę eſt. Nam veſptilio volat quidem pellitis alis,ſed inter volantia non habendus eſt, qui quatuor pedibus graditur,formatoſq; pullos parit,& nutrit lacte quos generat. Natãtia pene oĩa de ouis oriuntur generis ſui:crocodilus vero etiam de teſteis,qualia ſunt volãtium. Et ne videar plus nimio extuliſſe ouum elementi vocabulo,conſule initiatos ſacris Liberi patris,in quibus hac veneratione ouū colit̃,vt ex forma tereti ac pene ſphærali atq; vndiq; verſum clauſa & includente intra ſe vitã,mūdi ſimulacrū vocetur. Mundū autē conſenſu omniū conſtat vniuerſitatis eſſe principiū. ¶Prodeat qui priorē vult eſſe gallinã, & in hęc verba tentet qđ defendit aſſerere. Ouū rei cuius eſt,nec initium nec finis eſt. Nam initiū ſemen eſt,finis auis ipſa formata:Ouū vero digeſtio eſt ſeminis. Quū ergo ſemen animalis ſit,& ouū ſeminis,ouū ante animal eſſe nõ potuit:ſicut nõ poteſt digeſtio cibi fieri anteq̃ ſit qui edit. Et tale eſt dicere ouū ante gallinã factū,ac ſi quis dicat, matricē ante mulierē factã. Et q interrogat quēadmodū gallina ſine ouo eſſe potuit,ſimilis eſt interrogãti quonã pacto hoĩes facti ſunt ante pudēda,de qbus hoĩes ꝓcreant̃. Vnde ſicut nemo recte dicet,hominē ſeminis eſſe,ſed ſemen hoĩs:ita nec oui gallinam, ſed ouū eſſe gallinæ. Deinde ſi cõcedamus,vt ab aduerſa parte dictū eſt, hęc q̃ ſunt,ex tēpore aliquod ſumpſiſſe principiū:natura primū ſingula animalia pfecta formauit,deinde ppetuã legē dedit,vt cõtinuaretur ꝓcreatione ſucceſſio. Perfecta autē in exordio fieri potuiſſe,teſtimonia ſunt,nūc quoq; nõ pauca animãtia, q̃ de terra & imbre pfecta naſcũtur:vt ĩ Ægypto mures,& aliis locis ranę ſerpẽteſq;,& ſĩlia. Oua aũt nūq̃ de terra ſunt ꝓcreata,qa in illis nulla pfectio. Natura vero pfecta format,& de pfectis iſta procedūt,vt de integritate partes. Nã vt cõcedã oua auiū eſſe ſeminaria,videamus qđ de ſemine ipſo philoſophorū definitio teſtat̃,q̃ ita ſenſit. Semen generatio eſt ad eius ex quo eſt ſimilitudinē pergens. Nõ poteſt autē ad ſimilitudinē pergi rei q̃ necdū eſt: ſicut nec ſemē ex eo qđ adhuc nõ ſubſiſtit,emanat:Ergo in primo rerū ortu intelligamus,cū cęteris animãtibus q̃ ſolo ſemine naſcunt̃,de qbus nõ ambigit̃,qn priꝰ fuerint q̃ ſemē ſuū, aues quoq; opifice natura extitiſſe pfectas. Et qa vis generãdi inſerta ſit ſingulis,ab his iã ꝓcedere naſcẽdi modos,quos ꝑ diuerſitate animãtiū natura variauit. Habes Euãgele vtrobiq; qđ teneas:& diſſimulata pauliſper irriſione tecū delibera quid ſequaris.

Veſpertilio. *Semē qđ*

¶Et Euangelus. Quia etiã ex iocis ſeria facit violentia loquẽdi,hoc mihi abſoluatis volo,cuius diu me exercuit vera deliberatio. Nup eñ mihi de Tyburti agro meo exhibiti ſunt apri,quos obtulit ſylua venãtibus. Et qa diutule cõtinuata venatio eſt,perlati ſunt alii interdiu,noctu alii:quos pduxit dies,integra carnis incolumitate durarũt: q vero p noctē lunari plenitudine lucente portati ſunt,putruerũt. Qđ vbi ſcitū eſt,q ſequẽti nocte deferebãt,infixo cuicũq; parti corporis acuto æneo,apros carne integra ptulerũt. Quero igit̃,cur noxã quã pecudibus occiſis ſolis radii nõ dederũt,lunare lumē effecerit? Facilis eſt,inqt Diſarius,& ſimplex iſta reſpõſio. Nullius eñ rei ſit aliqñ putredo,niſi calor humorq; cõuenerint. Pecudū autē putredo nihil aliud eſt,niſi quū defluxio quędã latens ſoliditatē carnis in humorē reſoluit. Calor autē ſi tẽperatus ſit & modicus,nutrit humores:ſi nimius,exiccat,& habitudinem carnis extenuat. Ergo de corporibus enectis ſol vt maioris caloris haurit humorē: lunare lumen, in quo eſt nõ manifeſtus calor,ſed occultus tepor,magis diffundit humecta. Et inde ꝓuenit iniecto tepore & aucto humore putredo. His dictis,Euſtathiū Euangelus intuẽs,ſi rationi dictę aſſentiris ait,annuas oportet:aut ſi eſt qđ moueat,pferre nõ pigeat: quia vis veſtri ſermonis obtinuit,ne ĩuita aure vos audiã. Oĩa,inqt Euſtathius,a Diſario & luculẽte, & ex vero dicta ſunt. Sed illud pſſius ĩtuẽdū eſt,vtrū mẽſura caloris ſit cauſa putredinis:vt ex maiore calore nõ fieri,& ex minore ac tẽperato ꝓuenire dicat̃. Solis.n.calor q nimiū feruet,qñ annꝰ ĩ ęſtate ē,& hyeme tepeſcit,putrefacit carnes ęſtate,nõ hyeme. Ergo nec luna pp ſũmiſſiorē calorē diffũdit hũores. Sꝫ neſcio q̃ ꝓprietas,quã græci ἰδίωμα

Carnes pecudū cur nocte magis q̃ die putreſcant.

Vocant,& quędam natura ineſt lumini quod de ea defluit,quę humectet corpora,& ve- *Lunare*
lut occulto rore madefaciat,cui admiſtus calor ipſe lunaris putrefacit carnem,cui diu- *lumen.*
tule fuerit infuſus. Neq̧ em̄ omnis calor vnius eſt qualitatis,vt hoc ſolo a ſe differat,ſi
maior minorve ſit:Sed eſſe ĩ igne diuerſiſſimas qualitates nullã ſecũ habẽtes ſocietatem *Ignium*
rebus manifeſtis probatur.Aurifices ad formãdum aurum nullo niſi de paleis vtuntur *varietas*
igne,quia cæteri ad producendã hanc materiam inhabiles videntur.Medici in remediis
cõcoquendis magis ſarmentis,q̃ ex alio ligno ignem requirunt.Qui vitro ſoluendo fir- *Curo cũ*
mandoq̧ curant,de arbore cui myricę nomen eſt,igni ſuo eſcam miniſtrant.Calor de li- *datiuo.*
gnis oleę,quum ſit corporibus ſalutaris, pernicioſus eſt balneis, & ad diſſoluendas iun-
cturas marmorũ efficaciter noxius eſt.Ergo nõ mirũ,ſi ratione proprietatis quæ ſingu-
lis ineſt,calor ſolis arefacit,lunaris humectat.Hinc & nutrices pueros alentes operimẽ
tis obtegunt,quũ ſub luna prætereunt,ne plenos per ætatem naturalis humoris ampli9
lunare lumen humectet:& ſicut ligna adhuc virore humida,accepto calore curuantur,
ita & illorũ membra contorqueat humoris adiectio.Hoc quoq̧ notũ eſt,quia ſiquis diu
ſub luna ſomno ſe dederit,ęgre excitatur,& proxim9 fit inſano,pondere preſſus humo-
ris,qui in omne eius corpus diffuſus atq̧ diſperſus eſt,proprietate lunari,quę vt corp9
infundat,omnes eius aperit & laxat meatus.Hinc eſt ꝙ Diana,quę luna eſt,ἄρτεμις dicit̃ *Artemis*
quaſi ἀερότεμις hoc eſt aerem ſecans.Lucina a parturientibus inuocatur,quia proprium *vnde.*
eius munus eſt diſtendere rimas corporis, & meatibus viam dare,quod eſt accelerando *Lucina.*
partui ſalutare.Et hoc eſt quod eleganter poeta Timotheus expreſſit.

Nec minus circa inanima lunę proprietas oſtẽditur.Nam ligna quę vel luna iam plena, *Lunę p-*
vel adhuc creſcente deiecta ſunt,inepta ſunt fabricis,quaſi emollita per humoris conce- *prietas.*
ptionem.Et agricolis curę eſt frumenta de agris non niſi luna deficiente colligere,vt ſic
ca pmaneãt.Cõtra quę humecta deſideras,luna creſcẽte cõficies.Tũc apti9 & arbores ſe
res,maxime quũ illa eſt ſuper terram,quia ad incrementa ſtirpium neceſſarium eſt hu-
moris alimentũ.Aer ipſe proprietatem lunaris humoris & patitur & prodit.Nam quũ
luna plena eſt,vel quum naſcitur(& tunc em̄ a parte qua ſurſum ſuſpicit plena eſt)aer
aut in pluuiam ſoluitur,aut ſi ſudus ſit,multũ de ſe roris emittit. vnde Alcman lyric9 *Roris*
dixit rorem aeris & lunæ filiũ. Ita vndiq̧ verſum probatur,ad humectandas diſſoluen- *origo.*
daſq̧ carnes ineſſe lunari lumini proprietatẽ,quã magis vſus q̃ ratio deprehẽdit.Quod
autem dixiſti Euangele de acuto ęneo (ni fallor coniectura mea) a vero non deuiat.Eſt *Æris p-*
em̄ in ęre vis acrior,quã medici ſtipticam vocant. Vnde ſquãmas eius adiiciunt reme- *prietas.*
diis,quæ contra perniciem putredinis aduocantur.Deinde qui in metallo æris moran-
tur,ſemp oculorũ ſanitate pollẽt.Et quib9 ante palpebræ nudatę fuerãt,illic cõueſtiun-
tur.Aura enim quæ ex ære procedit,in oculos incidens haurit & exiccat quod male in-
fluit.Vnde & Homerus modo, Ὥσε δ᾽ ἄμφδεν *Loc. reſt.*
Αὐγὴ χαλκείη,κορύθων ἄπο λαμπομενάων, *ex. xiii.*
Θωρήκων τε νεοσμήκτων,σακέων τε φαεινῶν *Iliados.*
ἐρχομένων ἄμυδις.
has cauſas ſecutus appellat.Ariſtoteles vero author eſt, vulnera quæ ex æreo mucrone
fiunt,minus eſſe noxia,q̃ ex ferreo,faciliuſq̧ curari:quia ineſt inquit æri vis quædam re-
medialis & ſiccifica,quam dimittit in vulnere.Pari ergo ratione infixum corpori pecu-
dis,lunari repugnat humori.

VESALIENSIS.

Qui finem primi libri cum fine huius contulerit,facile animaduertet quædam adhuc operis huius abſolutio-
ni deeſſe. Verum ea author ne ipſe ſiue alijs prępeditus,ſiue morte pręreptus,hauddũ adiecerit, an librariorũ
incuria interciderint,facile dici non poteſt.

Macrobii Aurelii viri conſularis & illuſtris Saturnaliorũ: Libri nouiter reco-
gniti,infinitiſq̧ erroribus expurgati,additis cõpluribus quę deſiderabantur ex
authoribus gręcis, q̃ diligentiſſime nũc rurſum cum ſcholiis quibuſdã impreſſi
Parrhiſiis accuratione Aſcenſiana,Ad Calẽdas Ianuarii.M.D.XXIIII.

BIBLIOTHEQUE PUBLIQUE ORLEANS

CENSORINI OPVSCVLVM,DE DIE NATALI,AD Q.CERELLIVM. CAP.I.

MVNERA EX AVRO VEL QVAE EX ARGENTO NI
tent,cęlato opere nonnunq̄ materia cariora, cæteraq; hoc gen⁹
blandimēta fortunę inhiāt ii qui vulgo diuites vocanť:Te au-
tem Q. Cerelli virtutis non minus q̄ pecuniarū diuitem,id est Vere di-
vere diuitem, ista nō capiūt. Non ꝙ earū possessionē vel etiam ues.
vsum a te omino abieceris:Sed ꝙ sapientiū disciplina format⁹
satis liquido cōprēdisti huiusmodi sita ī lubrico bona, malave
per se non esse,sed τῶν μέσων, hoc est bonorū malorumq; media
cēseri.Hęc vt comicus ait Terentius,perinde sunt, vt illius est
animus,qui ea possidet.Qui vti scit,ei bona:illi qui nō vtiť be- Bona bene
ne,mala.Igitur quoniam quisq; non quāto plura possidet,sed quāto pauciora optat,tā- vtenti.
to est locupletior: opes tibi in animo maximę,& ea q̄ nō modo bona generis humani p̄-
cedunt,sed quę ad deorum immortalium ęternitatem penitus accedunt.Qd̄ em̄ Xeno
phon socraticus dicit,Nihil egere est deorum: Q̄ꝫ minimum aūt,proximū a diis.Qua- Nihil ege-
re cum dona p̄ciosa neq; tibi per animi virtutem desint,nec mihi per rei tenuitatem su re est deoꝝ
persint:quodcūq; hoc libri est,meis opib⁹ cōparatū Natalitii titulo tibi misi. in quo nō
vt plerisq; mos est,aut hic apertę philosophię p̄cepta ad beate viuēdū,q̄ tibi scriberem,
mutuatus sum,aut ex artibus rhetorū locos laudib⁹ tuis celebrandis persecut⁹ (Ad id
enim virtutum omniū fastigium ascendisti,vt cuncta ista,quę vel sapienter moneńt,vel
familiariter p̄dicanť,vita moribusq; superaueris) Sed ex philologis cōmētariis quasdā
quęstiunculas delegi,q̄ congestę possunt aliquantum volumen efficere.Idq; a me vel do
cēdi studio,vel ostentandi voto nō fieri p̄dico,ne in me vet⁹ elogiū iure dicať,Sus Mi- Sus Miner
neruam docet.Cū tuo collatu scirē me didicisse,ne bn̄ficiis tuis viderer ingrat⁹, nostro uam,
rū veterū sanctissimoꝝ hominum exempla sum secutus.Illi enī ꝙ alimenta, patriam,lu
cē,se deniq; ipsos deorum dono habebāt,ex omnibus aliquid deis sacrabāt: magis adeo,
vt se gratos approbarēt,q̄ ꝙ deos arbitrarenť hoc indigere.Itaq; cū perceperant fruges: Primitiæ
anteq̄ vescerentur,deis libare instituerūt.Et cum agros atq; vrbes deorū munere possi frugū diis.
derent,partem quandam templis sacellisq; vbi eos colerent,dicauere.Quidam etiā pro Crinis deo
cętera bona corporis valetudine crinem deo sacrum pascebāt.Ita ego a quo plura in li sacer.
teris p̄cepi,tibi hęc exigua reddo libamina.Nūc qm̄ liber de Die Natali inscribiť,a vo- Funde me-
tis auspicia sumanť.Itaq; hūc diē(qd̄ ait Persius)Numera meliore lapillo:idq; q̄ sępissi rū Genio.
me facias,exopto,Et qd̄ idē subiungit,Funde merum genio. Hic forsitan quis quærat: Qualiter
Quid causæ sit,vt merum fundendum genio,non hostia faciendum putauerit. Qꝫ.s.vt genio die
Varro testatur in eo libro cui titulus est Articulus,siue de numeris,id moris īstitutiq; natali sa-
maiores nostri tenuerunt,vt cum die natali munus annale genio soluerent,manū a cæ- crificetur.
de ac sanguine abstinerent,ne die qua ipsi lucem accepissent,aliis demerent.Deniq; De Ad Aram
li ad Apollinis genitoris aram,vt Timęus auctor est,nemo hostiam cędit. Illud etiam ī Apollinis
hoc die obseruandum,ꝙ genio facta neminem oportet ante gustare,q̄ eum,qui fecerit. nulla ho-
Sed hoc a quibusdam sæpe quæsitum soluendum videtur,Quid sit Genius:curve eum stia cæde-
potissimum suo quisq; natali veneretur! batur.

De Genio & Lare. Cap.II.

GEnius est deus,cuius in tutela,vt q̄sq; nat⁹ est,viuit. Siue ꝙ vt genere- Genius q̄,
mur,curat,siue ꝙ vna gigniť nobiscū,siue etiā ꝙ nos genitos suscipiat, & vnde.
ac tueať:Certe a gignēdo Geni⁹ appellať.Eūdē esse Geniū & Larē mul
ti veteres memorię p̄diderūt.In quis etiā C.Flaccus ī libro quē ad Cæ
sarē de indigitamentis reliquit scriptū.Hūc in nos maximā,quinimo
oēm habere potestatē creditū est. Nōnulli binos Genios in iis dūtaxat
domibusq̄ essent maritę,colendos putauere.Euclides autem socraticus duplicem oīb⁹
omnino nobis Genium dicit appositum.Quam rem apud Lucilium in libro satyrarum
ix.licet cognoscere.Genio igiť potissimum per omnem ætatem quotannis sacrificamus:
q̄q̄ nō solū hic,sed & alii sunt p̄terea dei cōplu res hoī vitā p̄ sua q̄sq; portione admini
culātes:Quos volētē cognoscere Indigitamentorum libri satis edocebūt. Sed oēs ii se-

BIBLIOTHEQUE PUBLIQUE

mel in vnoquoq; hoīe numinū ſuorū effectū repſentant.Quocirca nō ꝑ omne vitæ ſpa•
tium nouis religionibus arceſſunt. Genius aūt ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus
eſt,vt ne pūcto quidē temporis longius abſcedat,ſed ab vtero matris acceptos ad extre
mū vitę diē comitet. Sed cū ſinguli homines ſuos tantūmodo proprios colant natales,
ego tñ duplici quotannis officio huiuſce religionis aſtringor. Nā cū ex te tuaq; amici•
tia honorē,dignitatē,decus,atq; pſidiū,cūcta deniq; vitę pręmia recipiā:nefas arbitror,
ſi diē tuū,qui te mihi in hanc lucē edidit,meo illo proprio negligentius celebrauero. Il
le enim mihi vitā,iſte fructum vitę atq; ornamentū pepererūt.At qm̄ ætas a die natali ii
tium ſumit,ſuntq; ante hunc diem multa,quæ ad hominum pertinēt originem:nō alie•
num videtur de his dicere prius,quæ ſunt naturæ propria.Igitur quæ veteribus de na
tura humana fuerint opiniones,ex his quædam breuiter exponam.

Varię opiniones veterum philoſophorum de generatione. Cap.III.

Homines ſemper fuiſſe.

PRima & generalis quęſtio inter antiquos ſapiētię ſtudioſos verſata eſt,
ꝙ cū cōſtet homines ſingulos ex parentū ſeminibus eſſe ꝓcreatos, ſuc•
ceſſione prolis multa ſecula ꝓgare:alii ſemp homines fuiſſe,nec vnq̄
niſi ex hominibus natos,atq; eorū gratia caput exordiūq; nullū extitiſ•
ſe arbitrati ſunt:Alii vero fuiſſe tēpus,cū hoīes nō eſſent,& his ortum
aliqñ principiumq; natura tributum.Sed prior illa ſententia,qua ſemp
humanum genus fuiſſe creditur,auctores habet Pythagoram Samium,& Cereium Lu•
canū,& Architam Tarentinum,omneſq; adeo Pythagoricos:ſed & Plato Atheniēſis &
Xenocrates & Dicęarchus Meſſenius,item antiquę Academię philoſophi nō aliud vi•
dentur opinari:Ariſtoteles quoq; Stagirites &Theophraſtus,multiq; pręterea nō igno
biles peripatetici idē ſcripſerūt:eiuſq; rei exempla dicunt,ꝙ negant oīno poſſe reperiri

Aues ne ante,an oua.

aues ne ante an oua generata ſint,cum & oua ſine aue,& auis ſine ouo gigni nō poſſit.
Itaq; & omnium quę in ſempiterno iſto mundo ſemper fuerunt,futuraq; ſunt,aiūt pri•
cipium fuiſſe nullū,ſed orbē eſſe quendam generātiū naſcētiumq; , in quo vniuſcuiuſq;

Primigenii homines.

Poetę.

geniti initium ſimul & finis eſſe videat.Qui aūt hoīes alios primigenios diuinit⁹ natu•
ra factos crederēt,multi fuerūt:ſed aliter atq; aliter hac exiſtimatione verſati . Nam vt
omittā qđ fabulares poetarū hiſtorię ferūt , homines primos aut Promethei molli luto
eſſe formatos,aut Deucalionis Pyrrhęq; duris lapidibus eſſe natos.Virg. Hinc lapides
Pyrrhę iactos Saturnia regna.& alibi.Quo tēpore primū Deucaliō vacuū lapides iacta
uit in orbem,Vnde homines nati durū genus.Quidam ex ipſis ſapiētię profeſſorib⁹ ne
ſcio an magis monſtruoſas,certe nō minus incredibiles rationū ſuarū proferūt opinio•

Anaximander.

Empedocles.

nes.Anaximāder Mileſius videri ſibi ex aqua terraq; calefactis exortos eſſe ſiue piſces,ſi
ue piſcibus ſimilia animalia:in his homines cōcreuiſſe, fœtuſq; ad pubertatē intus retē
tos:tum demū ruptis illis viros muliereſq;,qui iam ſe alere poſſent,proceſſiſſe. Empedo
cles autem egregio ſuo carmine,quod huiuſmodi eſſe prędicat Lucretius,vt vix hūana
videatur ſtirpe creatus,tale quiddā cōfirmat:primo membra ſingula ex terra quaſi prę•
gnante paſſim edita:deinde coiiſſe,& effeciſſe ſolidi hoīs materiam,igni ſimul & humo
ri permiſtam.Cætera quid neceſſe eſt perſequi, quæ non capiant ſimilitudinē veritatis!
Hęc eadē opinio etiā in Parmenide vel inſerta fuit pauculis exceptis ab Empedocle diſ

Democritus.

Epicurus.

Zeno.

ſentiente.Democrito vero Abderitę ex aqua limoq; primū viſum eſſe hoīes procreatos.
nec longe ſecus Epicurus.Is eñ credidit limo calefacto vteros neſcio quos radicib⁹ ter
rę increuiſſe,& infantibus ex ſe editis ingenitum lactis humorē natura miniſtrante p̄•
buiſſe,quos ita educatos & adultos gen⁹ hoīm ꝓpagaſſe.Zenon Citieus ſtoicę ſectę con
ditor,principiū humano generi ex nouo mūdo cōſtitutū putauit,primoſq; hoīes ex ſo•
lo adminiculo diuini ignis.i.dei ꝓuidētia genitos.Deniq; etiā vulgo creditū eſt,vt ple•
riq; genealogię auctores ſunt,quarūdam gentiū,q̄ ex aduētitia ſtirpe nō ſint , principes

Autochthones.

terrigenas eē,vt ī Attica & Arcadia Theſſaliaq;, eoſq; Autochthonas vocitari,vt ī Ita
lia poeta cecinit nymphas,īdigenaſq; faunos nemora q̄dā tenuiſſe nō difficile rudis āti
quoq; credulitas recepit.Nūc vero eo licētię poeticę ꝓceſſit libido,vt vix auditu ferēda
cōfingat,poſt hoīm memoriā ꝓgeneratis iā gētib⁹ & vrbib⁹ cōditis hoīes e terra diuer

Erichthonius.

ſis modis editos,vt in Attica ferē regione Erichthonius ex Vulcani ſemine hō exort⁹,
& in Colchide vel Bœotia cōſitis anguis dētib⁹ armati part⁹,e qb⁹ mutuo īter ſe neca

tis pauci ſuꝑaſſe traduntur,qui in conditu Thebarum Cadmo fuerũt adiumẽto.Nec non in agro Tarquinienſi puer dicitur diuinitꝰ exortus nomine Tages , qui diſciplinã cecinerit extiſpicii,quã Lucumones Hetruriæ potentes exſcripſerunt.

Tages cõditor extiſpicii.

De Semine hominis. Cap.IIII.

HActenus de prima hominũ origine.Cæterum quod ad p̄ſentes noſtros ꝑtinet natales,eorumq; initia,q̃ potero compendioſe dicã.Igit̃ ſemen vnde exeat inter ſapientię profeſſores non cõſtat.Parmenides enĩ tum ex dextris,tum lęuis partibus oriri putauit.Hipponi vero Metapontino,ſiue vt Ariſtoxenus auctor eſt,Samio,ex medullis profluere ſemẽ videtur.Idq; eo probari, ꝙ poſt emiſſionem pecudum ſiquis mares perimat,medullas vtpote exhauſtas non reꝑriat.Sed hanc opinionem nonnulli refellũt, vt Anaxagoras,Democritus,& Alcmęon Crotoniates.Hi enim poſt gręcam contentionem nõ medullis modo,verũ & adipe multaq; carne mares exhauriri reſpondent. Illud quoq; ambiguam facit inter auctores opinionem,vtrum ne ex patris tantũmodo ſemine partus naſcatur,vt Diogenes,& Hippon,ſtoiciq; ſcripſere: an etiam ex matris, vt Anaxagorę,& Alcmęoni,necnõ Parmenidi Empedocliq; & Epicuro viſum.Quæ differens nõ definite ſe ſcire Alcmęon cõfeſſus eſt,ratus neminem poſſe ꝑſpicere.

Vnde ſemen exeat.

Quid primum in infante formetur , & quomodo alatur in vtero,& cur mas aut fœmella &c. Cap.V.

EMpedocles,quem in hoc Ariſtoteles ſecutus eſt,ante omnia cor iudicauit increſcere,ꝙ hominis vitam maxime cõtineat.Hippon vero caput, in quo eſt animi principale,cerebrum.Democritus aluũ cũ capite,quæ plurimũ habent ex inani.Anaxagoras cerebũ,vnde oẽs ſunt ſenſus.Diogenes Apolloniates,ex humore primũ carnem fieri exiſtimauit,tum ex carne neruos & oſſa & cęteras partes enaſci.At Stoici vna totũ infantẽ figurari dixerunt,vt vna naſcat̃,alaturq;.Sunt qui id opinẽtur ipſa fieri natura,vt Ariſtoteles atq; Epicurus:Sunt qui potentia ſpiritus ſemen comitantis,vt ſtoici ferũt vniuerſi:Sunt qui æthereum calorem ineſſe arbitrantur qui membra diſponat, Anaxagoram ſecuti.¶Vtcunq; tamen formetur infans,quemadmodum in matris vtero alat̃,duplex opinio eſt.Anaxagoræ enim cum aliis pluribus per vmbilicũ cibus adminiſtrari videtur.At Diogenes & Hippon exiſtimauere eſſe in aluo prominens quiddam,quod infans ore apprehendat,ex eoq; alimentum ita trahat,vt cum editus eſt,ex matris vberibus.Cæterum vt mares fœminæve naſcantur,quid cauſæ eſſet,varie ab eiſdem philoſophis proditum eſt.Nam ex quo parente ſeminis amplius fuit , eius ſexum repręſentari dixit Alcmęon.Ex ſeminibus autem tenuioribus,fœminas,ex d̃ſioribꝰ mares fieri Hippon affirmat.Vtrius vero parẽtis ſedẽ prius occupauerit,eius reddi naturam Democritus retulit.At inter ſe certare fœminas & mares,& penes vtrum victoria ſit,eius habitum referri,auctor eſt Parmenides . Ex dextris partibus profuſo ſemine mares gigni, ex lęuis fœminas,Anaxagoras Empedocleſq; conſentiunt.Quorum opiniones vt de hac ſpecie congruę:ita de ſimilitudine liberorum diſpariles.Super qua re Empedoclis diſputata ratio talis profertur.Si par calor in parentum ſeminibus fuit,patri ſimilẽ marẽ ꝓcreari:ſi frigidus,fœminam matri ſimilẽ.ꝙ ſi patris calidus erit,& frigidus matris,puerũ fore qui matris vultũ rep̄ſentet:At ſi calidus matris,patris aũt erit frigidꝰ, puellam futurã q̃ patris reddat ſimilitudinem.Anaxagoras aũt eius parẽtis faciẽ referre liberos iudicauit,qui ſeminis amplius cõtuliſſet.Cęterũ Parmenidis ſententia eſt,cum dexterę partes dederint,tũc filios patri cõſimiles:cum lęuæ,tunc matri.¶Sequit̃ vero de geminis,q vt aliqñ naſcãtur modo ſeminis fieri Hippon ratus, id eñ cum amplius eſt q̃ vni ſatis fuerit,bifariã diduci.Id ipſum ferme Empedocles videt̃ ſenſiſſe.Nam cauſas quidẽ cur diuideret̃,non poſuit,partũ tãtũmodo ait ſi vtrũq; ſedes ęque calidas occupauerit, vtrũq; marẽ naſci:Si frigidas ęque,vtrãq; fœminã:Si vero alterũ calidiorẽ,alterum frigidiorẽ,diſpari ſexu partũ futurũ.De conformatione aũt partus nihilominus in prima hebdomade dẽtes hoĩ cadere:in ſecũda pubẽ apparere:in tertia barbã naſci: ĩ quarta,vires:in qnta,maturitatẽ ad ſtirpẽ relinquẽdã:in ſexta,cupiditatibꝰ tẽtari:in ſeptima,prudentiã linguãq; cõſummari:in octaua,eadẽ manere:in decima,hominẽ fieri morti matu

Ex cerebro ſenſus.

Alendi modus.

Per vmbilicũ cibꝰ fœtui ĩ vtero.

Cur mares

Cur fœminæ.

De ſimilitudine parentum in filiis.

Cauſa geminorum.

Conformatio fœtus.

In prima hebdomade dentes.

Decem hebdomades annorum.

rum.tamen in ſecūda hebdomade vel incipiente tertia,vocē craſſiorem & inæquabilem
Hirquital- fieri:qđ Ariſtoteles appellat ξαγίζψ,antiqui noſtri hirquitallire:& inde ipſos putāt hir
lire. quitallos appellari,ꝙ tū corpus hircū olere incipiat.De tertia aūt ętate adoleſcētulorū
Hirquital- tres gradus eſſe factos in gręcia prius q̄ ad viros perueniat:ꝙ vocent annorū.xiiii.ϖαῖ-
li. δα,mellephebon autem.xv.deinde.xvi.ephebon,tūc.xvii.ἐξέφηβον.Pręterea multa ſunt
Ephebus. de his hebdomadibus,q̄ medici ac philoſophi libris mandauerunt.Vnde apparet vt in
Exepheb9. morbis dies ſeptimi ſuſpecti ſunt,& criſimi dicuntur:ita per omnē vitam ſeptimū quęq;
Criſimi di- annum periculoſum & velut criſimon eſſe,& climactericū vocari.Sed ex his genethlia-
es. ci alios aliis difficiliores eſſe dixerunt.Et nonnulli eos potiſſimū,quos ternę hebdoma-
Climacteri des cōficiunt,putant obſeruandos. Hoc eſt vnū &.xx.&.xlii.& deinde.lxiii.poſtremum
cus annus. lxxxiiii.in quo Staſeas terminū vitę defixit.Alii aūt non pauci vnū omniū diffillicimū
Vndequin climactera prodidere,anno ſcilicet vndequīquageſimo,quem cōplēt anni ſepties ſeptē.
quageſim9 Ad quam opinionem plurimorum conſenſus inclinant.Nam quadrati numeri potētiſ-
annus. ſimi dicuntur.Deniq; Plato ille,venia cęterorum,philoſophię ſanctiſſimus,quadrato nu
Plato ſan- mero annorum vitam humanā conſummari putauit,ſcilicet nouenario:qui complent an-
ctiſſim9phi nos.lxxx.& vnū.Fuerunt etiā qui vtrūq; reciperēt numerū, vndequinquaginta,&.lxxxi.
loſophiæ. & minorem nocturnis geneſibus,maiorem diurnis aſcriberent.Pleriq; aliter moti,duos
iſtos numeros ſubtiliter diſcreuere,dicētes Septenarium ad corpus,nouenarium ad anī
Muſica le- mū ptinere:Hūc medicinę corporis & Apollini attributum:illum muſis, qa morbos anī
nit pathe. mi,quos appellant pathe,muſica lenire ac ſanare conſueuerit.Itaq; primū climactera an
nū.xlix.eſſe ꝓdiderūt:Vltimū autē.lxxxi.Medium vero ex vtroq; ꝑmixtū anno.iii.&.lx.
quē hebdomades.ix.vel.vii.enneades cōficiūt.Hūc licet quidā periculoſiſſimū dicant,ꝙ
ad corpus & animū pertineat,ego tñ cęteris non duco infirmiorem,nā vtrūq; quidē ſu-
pradictum continet numerū,ſed neutrū quadratū:& vt eſt ab vtroq; non alienus,ita in
Qua ætate neutro potēs.Nec multos ſane,quos vetuſtas claro nomine celebrat,hic annus abſum-
obiit Ari- pſit.Ariſtotelem Stagiritem reperit:ſed hunc ferunt naturalem ſtomachi infirmitatem
ſtoteles. crebraſq; morbidi corporis offenſiones adeo virtute animi diu ſuſtentaſſe,vt magis mi
rū ſit ad annos.lxiii.eū vitā pertuliſſe,q̄ vltra nō pertuliſſe.Quare ſanctiſſime Cerelli cū
iſtū annū,qui maxime fuerat corpori formidoloſus,ſine vllo incōmodo trāſieris,cęteros
q leuiores ſunt climacteras minus tibi extimeſco.Pręſertim cū in te animi potius q̄ cor
poris naturā ſciā dñari:eoſq; viros,qui tales fuerūt,nō priꝰ vita exceſſiſſe, q̄ ad annū il
Plato periit lū.lxxxi.ꝑuenerīt:in quo Plato fīnē vitę & legitimū eſſe exiſtimauit,& habuit legitimū.
anno.lxxxi Hoc anno & Dionyſiꝰ Heracleotes,vt vita abiret,cibo abſtinuit: & cōtra Diogenes cy
Diogenes. nicus cibi cruditate in cholerā ſolutus eſt.Eratoſthenes quoq; ille orbis terrarū mēſor,
Eratoſthe- & Xenocrates Platonicus veteris Academię princeps ad eūdē annū vixerūt.Non pauci
nes mēſor etiā per animi ſpūm moleſtiis corporis ſuperatis limitē iſtū tranſgreſſi ſunt,vt Carnea-
orbis. des,a quo tertia Academia eſt,quæ dicit̄ noua:vel Cleāthes,qui minus vno cētū exple-
Democritꝰ uit.At Xenophanes Colophonius maior annorū centū fuit.Democritū quoq; Abderi-
Iſocrates tē,& Iſocratē rhetorem fere ꝓpe ad id ętatis ꝑueniſſe,quo Gorgiā Leontinū:quē oīm ve
longęui. terū maxime ſenē fuiſſe,&.viii.ſupra cētū annos habuiſſe conſtat.Qz ſi cultoribꝰ ſapiē-
Gorgias. tię,ſiue per animi virtutē,ſeu lege fati diutina obtigit vita, nō deſpero qn te quoq; diu
Laus Cerel corpore atq; aīo valētē lōgior maneat ſenectꝰ.Quē enī veterū nūc memoria ſuſcepimꝰ,
lii. quem prudentia,vel tēperantia,iuſtitia,vel fortitudine tibi anteſtare dicimus?Quis eo
rū ſi adeſſet,nō in te omniū virtutū p̄dicationē cōferret? Quis tuis laudibus ſe poſtpo-
ni erubeſceret?Illud certe vt arbitror,dignū eſt p̄dicatiōe,ꝙ cū illis ferme oībꝰ q̄uis pru
dentiſſimis & procul a repub.motis non contigerit ſine offenſiōe & odio plerūq; capita
li vitā degere:Tu tñ officiis municipalibus functꝰ,honore ſacerdotis in principibꝰ tuæ
ciuitatis cōſpicuus,ordinis etiā equeſtris dignitate gradū ꝓuincialiū ſupgreſſus:nō mo
do ſine rep̄hēſione & inuidia ſemp fuiſti,verū etiam omnium omnino amorē cum maxi
ma gloria cōſecutꝰ.Quis a te noſci aut ex ampliſſimo ſenatꝰ ordine non expetiuit,aut
ex humiliore plebis nō optauit?Quis mortaliū vel te vidit,vł de tuo noīe accepit,qn &
loco frīs germani diligat,& iure parētis veneret̄?Quis ignorat ꝓbitatē primā, fidē ſum
mā,benignitatē īcredibilē,modeſtiā,verecūdiāq; ſingularē,cęteraq; hūanitatis officia pe
nes te vnū eē,& qdē maiora,q̄ poſſint digne a quoq̄ referri?Quare & ego his nūc cōmę

morandis ſuperſedebo.De eloquētia quoq; ſileo:quā oīa noſtrarū ꝓuinciarū tribunalia, Eloquētia
oēs prȩſides nouere:quā deniq; vrbs Roma & auditoria ſacra mirata ſunt.hȩc ſe & ad Cerellii.
p̄ſens & ī futura ſecula ſatis ipſa nobilitat.Nūc vero quaten⁹ de die natali ſcribo,meū
mun⁹implere conabor.Tēpus quoq; hodiernū quo maxime flores,q̄ potero lucidiſſimis
notis ſignabo.Ex quo etiam primus ille tuus natalis liquido noſcet.Tēpus aūt nō diem Tempus.
tantūmodo.i.menſem vel annū vertētē appello,ſed & qđ quidā luſtrū,aut vnū annū ma
gnū vocāt,& qđ ſeculū nominant.Cȩterum de æuo,qđ eſt tempus vnū & maximū: non Aeuum.
multum eſt,qđ in prȩſentia dicatur.Eſt eñ immēſum,ſine origine,ſine fine,qđ eodē mō
ſemper fuit,ſemper futurū eſt:neq; ad quenq̄ hominū magis q̄ ad alterum pertinet.Hoc
in tria diuiditur tempora:p̄teritum,prȩſens,futurum.ex quibus prȩteritū initio caret, Tria tem-
exitu futurum:Prȩſens autem,qđ mediū eſt,adeo exiguum & incomprehenſibile eſt: vt pora.
nullam accipiat longitudinē:neq; aliud eſſe videatur,q̄ tranſacti futuriq; cōiūctio:adeo Præſens in
porro inſtabile vt idem ſit nunq̄:& quicquid trāſcurrit,a futuro decerpit.Hæc inter ſe comprehē-
tempora,anteactum dico & futurum,neq; propria ſunt,neq; ita vt alterū altero lōgius ſibile.
breuiuſve videatur.Quicquid enim non habet finem,collationem menſuræ nō recipit.
Quapropter æuum neq; annoꝝ neq; ſeculoꝝ numero,nec deniq; vllo finito tēporis mo
dulo metiri conabor.Hȩc eñ ad ætatem infinitam nō ſunt brumalis vnius inſtar horȩ.
Itaq; vt ſecula poſſim percurrere,& hoc noſtrum prȩſens deſignare,omiſſis aureis argē
teiſq; & hoc genus poeticis,a cōditu vrbis Romȩ patriȩ noſtrȩ communis exordiar.

De Seculo. Cap.VI.

SEculum eſt ſpatium vitȩ humanȩ longiſſimū partu & morte definitū. Seculum
Quare qui annos.xxx.ſeculū putarūt,multū videnť erraſſe.hoc eñ tē- quid.
pus genean vocari Heraclitus auctor eſt,quia orbis ȩtatis in eo ſit ſpa Genea qđ.
tio.Orbem autem vocant ætatis,dū natura humana ad ſementē reuer
tiť.Hoc quidē geneas tēpus alii aliter definiere.Heraclitus annos.v.&
xx.ſcribit dici Genean:Zenon.xxx.Seculū aūt quid ſit vſq; adhuc arbi
tror ad ſubtile examinatum non eſſe.Poetȩ quidem multa incredibilia ſcripſerunt, nec
minus hiſtorici grȩci,q̄uis a vero par nō fuit decedere:vt Herodotus,apud quem legi-
mus,Arganthoniū Tarteſſiorū regem.c.&.l.annorū fuiſſe.Aut Ephorus,qui tradit Ar Argātho-
cadas dicere,apud ſe reges antiquos aliquot ad.ccc.vixiſſe annos.Verū hȩc vt fabuloſa nius.
prætereo.Sed inter ipſos aſtrologos,qui in ſtellarū ſignorūq; ratione verū ſcrutātur,ne
quaq̄ etiam cōuenit.Epigenes.cxii.annis lōgiſſimā vitā cōſtituit: Beroſus aūt.cvi.Alii
ad.cxx.annos produci poſſe:Quidā etiam vltra credidere. Fuere qui non idē putarent Plinius in
vbiq; obſeruandum,ſed varie per diuerſas regiones:prout in ſingulis ſit cȩli ad circulū ſeptimo.
finitorem inclinatio,qđ vocať clima.Sed licet veritas in obſcuro lateat,tñ in vnaquaq; Clima.
ciuitate q̄ ſint naturalia ſecula Rituales Hetruſcorum videnť docere: in quib⁹ ſcriptū Rituales
eſſe fertur,initia ſic poni ſeculorū.Quo die vrbes atq; ciuitates cōſtituerenť,de his qui libri.
eo die nati eſſent,eū qui diutiſſime vixiſſet, die mortis ſuæ primi ſeculi modulū finire. Hac dictio
Eoq; die qui eſſent reliqui in ciuitate,de his rurſum eius mortem qui q̄longiſſimā egiſ ne Au.Gel
ſet ȩtatē,finem eſſe ſeculi ſecūdi.Sic deinceps tēpus reliquorū terminari. Sed ea ꝙ igno lius vtitur
rarent hoīes,portenta mitti diuinitus,quib⁹ admonerenť vnūquodq; ſeculū eſſe finitū.
Hȩc portēta Hetruſci pro aruſpicii diſciplinȩq; ſuȩ peritia diligēter obſeruata ī libros
retulerunt.Quare in Tuſcis hiſtoriis,q̄ octauo eorū ſeculo ſcriptȩ ſunt,vt Varro teſta Secula He
tur,& quot numero ſecula ei genti data ſint,& tranſactorum ſingula quanta fuerit, q- truſcorum
buſve oſtentis eorum exitus deſignati ſint,continetur.Itaq; ſcriptum eſt, Quatuor pri
ma ſecula annoꝝ fuiſſe.cv.Quintum.cxxiii.Sextum vndeuiginti & cētum.Septimū to-
tidē.Octauū tū demū agi.Nonum & decimū ſupereſſe. Quibus trāſactis finē fore noīs Secula Ro
Hetruſci.Romanorū autem ſecula quidā ludis ſecularib⁹ putāt diſtigui. Cui rei fides manorum.
ſi certa eſt,modus Ro.ſeculi eſt incertus.Temporum enim interualla, quib⁹ ludi iſti de Seculares
beāt referri,non modo quāta fuerint retro,ignorať:ſed ne quāta quidē eſſe debeāt,ſciť. ludi.
Nā ita inſtitutū eſſe,centeſimo quoq; anno fierēt.Id tū Antias aliiq; hiſtorici auctores Va.Antias
ſunt,tū Varro de ſcȩnicis originibus libro primo ita ſcriptū reliquit.Cū multa portēta
fierēt,& murus & turris,q̄ ſunt inter portā Collinā, & Exquilinā,de cælo eſſent tacta,
& ideo libros Sibyllinos decēuiri adiſſent:renunciauerunt,vti Diti patri & Proſerpinȩ

ludi Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus,& hoſtę furuę immolarent̃:vti ꝙ ludi centeſimo quoꝗ anno fierent.Item T.Liuius lib.cxxxvi.Eodem anno ludos ſeculares Cęſar ingenti apparatu fecit. Quos cẽteſimo quoꝗ anno,is enim terminus ſeculi, fieri mos. Vtꝗ centeſimodecimo quoꝗ anno repetantur,tam commentarii.xv.virorũ, q̃ diui Auguſti edicta teſtari videntur: adeo vt Horatius Flaccus in carmine,qđ de ſecularibus ludis cãtatum eſt,id tempus hoc modo deſignauerit.Certus vndenos decies ꝑ annos Orbis vt cãtus referatꝗ ludos,Ter die clara totidemꝗ grata Nocte frequẽtes.

Ludi Terẽtini.

Horatii carmen ſeculare.

De temporibus ad pariendum aptis. Cap.VII.

SVpereſt dicere de temporibus,quib9 partus ſoleant eſſe ad naſcẽdum maturi. Qui locus eo mihi cura maiore tractãd9 eſt,ꝙ q̃dã neceſſe eſt de Aſtrologia,Muſicaꝗ,& Arithmetica attĩgere.Iã primũ quoto poſt conceptionẽ mẽſe infantes edi ſoleant,frequẽter agitatũ inter veteres nondũ cõuenit.Hippon Metapõtinus a ſeptimo ad decimũ mẽſem naſci poſſe exiſtimauit.Nã ſeptimo partũ iam eſſe maturũ,eo ꝙ in omnibus numeris ſeptenarius plurimũ poſſit.Siquidem ſeptimis a partu formẽt dentes mẽſibus,additiſꝗ alteris recti conſiſtere incipiamus,& poſt ſeptimũ cadant annũ.xiiii.aũt pubeſcere ſoleamus.Sed hãc a ſeptẽ menſib9 incipiẽtẽ maturitatẽ vſꝗ ad decimũ ꝑductam ideo,ꝙ in aliis omnibus hęc eadẽ natura eſt,vt.vii.menſibus anniſve,tres aut menſes,aut anni ad cõſummationẽ accedãt.Nã dẽtes.vii.mẽſium infanti naſci,& maxime.x.ꝑfici mẽſe.vii.anno primos eorũ excidere:decimo vltimos.Poſt.xiiii.annũ nõnullos,ſed omnis intra.xvii.annũ pubeſcere.Huic opinioni in parte aliqui repugnãt,Alii in parte cõſentiũt.Nã ſeptimo menſe parere mulierẽ poſſe plurimi affirmant,vt Theano Pythagoricus,Ariſtoteles Peripateticus,Diocles,Euenus,Straton,Empędocles,Epigenes,multiꝗ prӕterea:quorum omnium conſenſus,Euriphonem Gnidium non deterret,id ip̃m intrepide ꝑnegãtẽ.Cõtra eum ferme oẽs Epicharmũ ſecuti octauo mẽſe naſci negauerũt.Diocles tñ Cariſti9 & Ariſtoteles Stagirites aliter ſentiũt.Nono aũt & decimo mẽſe,tum Chaldęi plurimi,& idem ſupranominat9 Ariſtoteles edi poſſe partũ putauerũt. Neꝗ Epigenes Byzantius.ix.fieri poſſe contendit,Nec Hippocrates Cous.x.Cęterũ.xi.mẽſe Ariſtoteles ſolus recipit,Cęteri vniuerſi ĩprobarũt.Sed nũc Chaldęoꝝ ratio breuiter tractãda eſt.Explicãdũꝗ cur.vii.menſe,&.viii.&.x.tãtũ poſſe naſci hoĩes arbitrẽtur.

Macrobius in ſomniũ.

Septimeſtris part9.

Menſe.xi. partum edi poſſe.

Rationes Chaldęorum de tempore partus. Cap.VIII.

ANte omnia igit̃ dicũt actũ vitãꝗ noſtrã ſtellis tam vagis q̃ ſtantib9 eſſe ſubiectã,earũꝗ vario multipliciꝗ curſu genus humanũ gubernari:Sed ipſarum motus ſchemataꝗ & effectus a ſole crebro immutari.Nam vt alię occaſum,nõnullę ſtationẽ faciãt,noſꝗ oẽs hac ſua diſparilitate pariter afficiant,Solis fieri potentia.Itaꝗ eum,qui ſtellas ipſas,quib9 mouemur,ꝑmouet:aĩam nobis dare,qua regamur,potẽtiſſimũꝗ in nos eſſe,moderariꝗ q̃ poſt conceptionẽ veniamus in lucẽ.Sed hoc ꝑ tres facere cõſpect9.Quid autem ſit conſpectus,& quot eius genera,vt liquido ꝑſpici poſſit,pauca prӕdicam.

Placita Chaldęorũ de partu.

Sol potentiſſimus in nos.

De Circulo Zodiaci,& de aſpectibus. Cap.IX.

CIrculus eſt(vt ferunt) ſignifer,quẽ Gręci vocant Zodiacon,in quo ſol & luna cӕterę ꝗ ſtellę vagę ferũtur.hic in.xii.partes totidẽ ſignis redditas ęquabiliter diuiſus eſt:eum ſol annuo ſpatio metitur:ita in vnoquoꝗ ſigno ferme vnũ mẽſem morat̃.Sed ſignũ qđlibet cũ cęteris ſingulis habet mutuum conſpectum:non tamen vniformem cũ omnibus: nam validiores alii,infirmiores alii habẽtur.Igitur quo tempore partus concipitur,ſol in aliquo ſigno ſit neceſſe eſt in aliqua eius particula:quem locũ conceptionis proprie appellant.Sunt autem hę particulę in vnoquoꝗ ſigno tricenę,toti9 vero Zodiaci numero.ccclx.has μέρας Gręci vocãt.& hę particulӕ,nobis velut fata ſunt: nam qua potiſſimum oriente naſcantur plurimum refert.Sol ergo cum in proximum ſignum tranſcendit,locum illum conceptionis aut imbecillo videt conſpectu,aut etiam nec conſpicit:Nam plures proximantia ſibimet Zodia inuicem ſe videre omnino negauere:at cum in tertio eſt ſigno hoc eſt vno medio interpoſito,tum primum illum locũ vnde profectus eſt,videre dicit̃,ſed valde obliquo & inualido lumine:qui conſpect9 dici

circulus Latini [illegible] zodiacon vocant

sol moratur in unoquoque signo fere mense

quodlibet signum habet [illegible] [illegible] quoque [illegible] nobis [illegible] fata

tur κατὰ ἑξάγωνον,quia ſextam partẽ circuli ſubcędit.Natura cuius a primo Zodio ad tertiũ,ſic a tertio ad quintũ,inde porro ad ſeptimũ,ac deinceps alternę lineę emittant hexagonię,qui lateralis forma in eodẽ circulo ſcriberet. Hunc qdã cõſpectũ nõ vſquequaq; receperũt,ꝙ minimũ ad maturitatẽ partus videbat cõferre.Cũ vero in quartũ ſignũ ꝑuenit,& media duo ſunt,videt κατὰ τετράγωνον:quoniam illa linea qua viſus ꝑtendit,quartam partem orbis abſcidit.Cũ aũt in quinto eſt tribus interiacentib⁹ mediis κατὰ τρίγωνον aſpicit:nã tertiã ſigniferi partẽ viſus ille metitur.Quę duę viſiones τετράγωνοι, καὶ τρίγωνοι ꝑq̃ efficaces incrementũ partus multũ adminiculant.Cæterũ a loco ſexto conſpect⁹ omni caret efficientia.eius ẽm linea nullius polygonię efficit latus. At a ſeptimo Zodio qđ eſt cõtrariũ,pleniſſimus potẽtiſſimuſq; cõſpectus quoſdam iã maturos infantes educit:qui ſeptimeſtres appellant,quia ſeptimo mẽſe naſcunt. At ſi intra hoc ſpatiũ matureſcere vterus non poterit.viii.menſe non editur.ab octauo enim ſigno vt a ſexto ineſficax viſus:ſed vel nono menſe vel.x.Sol enim a nono Zodio particulã cõceptionis rurſum conſpicit κατὰ τρίγωνον,& a.x.κατὰ τετράγωνον,qui conſpectus vt ſupra iã dictum eſt,ꝑq̃ efficaces ſunt.Cęterũ.xi.nõ putãt naſci,qa lãguido iam radio infirmũ lumẽ κατὰ ἑξάγωνον mittat:multo minus.xii.vnde cõſpect⁹ ꝑ nullo habet.Itaq; ſecũdũ rationẽ hãc ἑπτάμηνοι naſcunt κατὰ διάμετρον,ἐννεάμηνοι autem κατὰ τρίγωνον,δεκάμηνοι vero κατὰ τετράγωνον.

Sextilis aſpectus.

A ſeptimo Zodio potẽtiſſimus.

ἐννεάμηνοι κατὰ τρίγωνον.

Opiniones Pythagoricæ de partu. Cap.X.

HAc Chaldęorum ſententia explicata tranſeo ad opinionem Pythagoricam Varroni tractatam in libro qui vocatur Tubero, & int⁹ ſcribitur de origine humana:quę quidem ratio pręcipue recipienda ad veritatẽ ꝓxime videtur accedere.Alii ẽm pleriq; cũ oẽs partus non vno tpe fiãt maturi,vna tñ eademq; tempora omnibus conformandis dederunt:vt Diogenes Apolloniates,qui maſculis ait corpus quatuor mẽſibus formari,& fœminis quinq;:& Hippon qui diebus.lx.infantem ſcribit formari,& quarto mẽſe carnem fieri concretam,quinto vngues capillumve naſci.vii.iam hominem eſſe perfectum.Pythagoras autem quod erat credibilius,dixit partus eſſe genera duo, alterũ.vii.menſium,alterum.x.ſed priorem,aliis dierum numeris cõfirmari, aliis poſteriorem.eos vero numeros,qui in vnoquoq; partu aliquid ferunt mutationis dum aut ſemen in ſanguinem,aut ſanguis in carnem,aut caro in hominis figuram conuertitur:inter ſe collatos rationem habere eam quam voces habent, quæ in Muſica σύμφωνοι vocantur. Sed hæc quo ſint intellectu apertiora prius aliqua de muſicæ regulis huic loco neceſſaria dicentur,eo quidem magis,ꝙ ea dicam,quę ipſis muſicis ignota ſunt.Nã ſonos ſciẽter tractauere,& congruẽti ordine reddidere illos: Ipſis autem ſonis motuum modum menſuramq; inuenere geometræ magis q̃ muſici.

De Muſica. Cap.XI.

MVſica igitur eſt ſcientia bene modulãdi. hęc aũt in voce:ſed vox alias grauior mittitur,alias acutior.Singulę tñ voces ſimplices, & vtcunq; emiſſę φθόγγος vocatur.diſcrimen vero quo alter φθόγγος acutior eſt, alter grauior,appellatur διάστημα.Inter infimam ſummãq; vocẽ multa eſſe poſſunt in ordine poſita,qua Diaſtemata alia aliis maiora minorave:vt eſt illud qđ Tonon appellant,vel hoc minus ſemitonion, vel duorum triumve ac deinceps aliquot tonorum interuallum. Sed non permixtæ voces oẽs cum aliis vt libet iunctę concordabiles in cantu reddunt effectus.vt literæ noſtrę ſi inter ſe paſſim iungantur,& non congruenter,ſæpe nec verbis nec ſyllabis copulandis cõcordabunt.Sic in muſica certa quædam ſunt interualla,quæ ſymphonias poſſint efficere.Eſt autem Symphonia duarum vocum diſparium inter ſe iunctarum dulcis concentus.Symphoniæ ſimplices ac primæ ſunt tres,quibus reliquæ conſtant.Vna duorũ tonorum & ſemitonii habens διάστημα,quæ vocatur Diateſſaron.Alia trium & ſemitonii, quã vocant Diapente.Tertia eſt Diapaſon,cuius Diaſtema continet duas priores.eſt ẽm ſex tonorũ vt Ariſtoxenus muſiciq; aſſeuerant:vel quinq; & duorũ hemitonioꝝ,vt Pythagoras.Geometręq; demõſtrãt tria ſemitonia tonum complere nõ poſſe: quare etiam huiuſmodi interuallũ Platoni abuſiue ſemitonion,ꝓprie Dieſis vel Lima appellat. Nũc vero vt liqde appareat quẽadmodũ voces nec ſub oculos nec ſub tactũ cadẽtes habere

Diaſtema.

Symphonia qd ſit.

Diateſſaron.

Diapente.

Diapaſon.

Semitoniũ

poſſint meſuras,admirabile Pythagorę referā cōmentū,qui ſecreta naturę ſcrutādo re-
perit Phthongos muſicoꝝ conuenire ad rationē numerorū.nā chordas æque craſſas pa
riq; longitudine diuerſis pōderibus tetēdit:quibus ſępe pulſis phthōgis ad vllam Sym
phoniā cōcordantib⁹ pondera mutabat inter ſe collata:& identidem frequenter exper-
tus poſtremo dephēdit tunc duas chordas cōcinere,id qđ eſt Diateſſaron,cum earū pō
dera inter ſe collata rationē haberēt quam ad quatuor,quem phthongon Arithmetici,
Epitritos. Gręci Epitriton vocāt,Latini ſuptertiū:ad eā ſymphoniā,q̄ Diapente dicit̃:vbi inuenit̃
Hemiolios pōderū diſcrimen in ſeſquitertia portione,quā duo faciūt ad tria collata, qđ Hemioliō
appellant.Cū altera chorda duplo maiore pōdere,q̄ altera tēderet̃,& eſſet Diſplaſion,lo
cus Diapaſon ſonabat.hoc & in tibiis ſi cōueniret,tentauit,nec aliud inuenit. Nā qua-
tuor tibias pari cauo putauit,impares longitudine.Primam,verbi cauſa,longam digi-
tos ſex:ſecūdā tertia parte addita,id eſt digitorum octo:tertiā digitorū.ix.ſeſcuplo lon
giorem,q̄ primā:quartam vero.xii.digitoꝝ,quę primā lōgitudine duplicaret.His itaq;
inflatis,& binarū facta collatione oīm muſicorū auribus approbauit:primā & ſecundam
reddere eam conueniētiam,quā reddit Diateſſaron ſymphonia,Ibiq; eſſe portionē ſup-
tertiā.Inter primam vero ac tertiam tibiam, vbi ſeſcupla portio eſt,reſonare Diapēte.
Primę aūt & quartę interuallum,qđ habet duplam portionem,Diaſtema facere Diapa-
ſon.Sed inter tibiarū chordarūq; naturā hoc intereſt,ꝙ tibię incremēto lōgitudinis ſūt
grauiores:chordę aūt augmēto additi pōderis, acutiores.vtrobiq; tñ eſt eadē ꝓportio.

Pythagorę opinio de partu. Cap.XII.

HIs expoſitis forſitan quidē obſcure,ſed q̄ potui lucidiſſime,redeo ad ꝓ-
poſitū, vt doceā qd Pythagoras de numero dierū ad partus ptinētium
ſenſerit. Primū vt ſupra memoraui,generaliter eſſe part⁹ oīno duos di
Septime- xit. Alterū minorem,quē vocāt Septimeſtrem,qui ducenteſimo & deci
ſtris. mo die poſt cōceptionē exeat ab vtero. Alterum maiorē Decimeſtrem,
Decime- qui edatur die.cclxxiiii. Quorum prior ac minor ſenario maxime con-
ſtris. tinetur numero.Nā qđ ex ſemine conceptū eſt:ſex(vt ait)primis diebus humor eſt la-
cteus.Deinde proximis octo,ſanguineus.Qui octo cum ad primos ſex acceſſerūt,faciūt
primā ſymphoniā Diateſſaron.Tertio gradu nouem dies accedūt,iā carnē faciētes. Hi
cum ſex illis primis collati,ſeſcuplam faciūt rationē,& ſecundam ſymphoniam Diapen
te.Tū deinceps ſequētibus duodecim dieb⁹ fit corpus iam formatū.Horū quoq; ad eoſ
dē ſex collatio tertiā Diapaſon reddit Symphoniā duplici ratione ſubiectā. Ii quatuor
Senari⁹ fun numeri.vi.viii.ix.xii.coniuncti faciunt dies.xxxv.Nec immerito ſenarius fundamētum
damentum gignēdi eſt.Nam eū τέλειον Gręci,nos aūt ꝑfectū vocamus : ꝙ eius partes tres,ſexta &
gignendi. tertia & dimidia,id eſt vnus,& duo,& tres eundem ipſum ꝑficiunt.Sed vt initia ſemi
τέλειον. nis,& lacteum illud conceptionis fundamētum primitus hoc numero abſoluit:Sic hoc
initiū formati hominis & velut alterū matureſcendi fundamētū,qđ eſt quinq; & trigin
ta dierū,ſexies ductū,cū ad diē.ccx.ꝑuenerint,maturum ꝓcreat̃. Alter aūt ille partus
qui maior eſt,maiore numero continetur:Septenario ſcilicet,quo rota humana finitur:
& vt Solon ſcribit,& Iudęi in dierū omniū numeris ſequunt̃,& Hetruſcoꝝ libri Ritua-
les vident̃ indicare.Hippocrates quoq; aliiq; medici in corporū valetudinibus nō aliud
oſtendunt:nam ſeptimū quenq; diem criſimon obſeruāt.Itaq; vt alterius partus origo ī
ſex eſt diebus,poſt quos ſemen in ſanguinē vertit̃ : ita huius in ſeptē.& vt ibi quinq; &
Membrat̃. triginta diebus infans membratur:ita hic proportio eſt diebus fere quadraginta.Qua-
re in Gręcia dies hñt quadrageſimos inſignes.nāq; pręgnās ante diē quadrageſimū nō
ꝓcedit in fanū:& poſt partū quadraginta dieb⁹ pleręq; fœtę grauiores ſunt,nec ſangui-
nē interdū cōtinēt:& paruuli ferme p hos fere morbidi ſine riſu nec ſine periculo ſunt.
ob quā cauſam cū is dies ꝑteriit,diē feſtū ſolēt agitare.quod tēpus appellāt τεσσαράκοσον.
Ii igit̃ dies quadragita p ſeptē illos initiales multiplicati fiunt dies.cclxxx.id eſt hebdo
mades quadraginta.Sed qm̄ vltimę illius hebdomadis primo die edit̃ part⁹,ſex dies de
cedūt,&.cclxxiiii.obſeruant̃.Qui numerus dierū ad tetragonū illū Chaldæoꝝ cōſpectū
ſubtiliter cōgruit.Nā cum ſigniferū orbē diebus.ccclxv.& aliquot horis ſol circumeat,
quarta neceſſe eſt parte dēpta id eſt diebus.lxxii.aliquotq; horis,tres quadras reliq̄s die
bus.cclxxiiii.nō plenis ꝑcurrat:vſq; dū ꝑueniat ad id loci, vnde cōceptiōis initium qua

dratus aſpiciat. Vnde aũt mẽs hũana dies iſtos cõmutatiõis ſpeculari,& arcana naturę
rimari potuerit,nemo miret̃.Hęc enĩ frequẽs medicatoꝝ experiẽtia ꝓuenit.Qui cũ mul
tos aĩaduerterẽt ſemen non retinere conceptũ,compertũ habuerũt,id qđ intra ſex dies
ſeptemve eiiciebat̃ eſſe lacteũ,& vocari ἄκρυον:qđ poſtea autẽ,ſanguineũ,idq; ἔκτρωμος Ectromos.
appellatur.Qꝫ vero ambo partus vidẽtur paribus dierũ numeris cõtineri: Pythagoras
imparẽ laudat:tñ a ſecta nõ diſcrepat.Duos enim impares.ccix.dicit expleri: ad quorũ
cõſummationẽ aliquid ex ſequentibꝰ accedere,qđ tamen diẽ ſolidũ nõ afferat:cuiꝰ exẽ-
plũ videmus tã in anni q̃ mẽſis ſpatio,ſeruaſſe numerũ:cũ & anni imparẽ dierũ.ccclxv.
numerum aliquanto cumulauerit:& mẽſi lunari ad dies vndetriginta aliq̃d addiderit.
Nec vero incredibile eſt:ad noſtros natales muſicam pertinere.Hęc em̃ ſiue in voce tan Muſica.
tũmodo eſt,vt Socrates ait:ſiue vt Ariſtoxenus,in voce & corporis motu: ſiue in his &
p̃terea in animi motu,vt putat Theophraſtꝰ:certe multũ obtinet diuinitatis, & animis
permouẽdis plurimũ valet.Nã niſi grata eſſet immortalibus diis, qui ex anima conſtãt
diuina:ꝑfecto ludi Scenici placandorũ deoꝝ cauſa inſtituti nõ eſſent:nec tibicen omni- Scenici cur
bus ſupplicationibus in ſacris ędibus adhiberetur:nõ cũ tibicine triũphus ageret̃ Mar inſtituti.
ti:nõ Apollini cithara,nõ muſis tibię,cęteraq; id genus eſſent attributa: non tibicinibꝰ Tibicen in
per quos numina placant̃,eſſet ꝑmiſſum vt ludos publice facere,aut veſci in capitolio, ſacris.
aut quinquatribus minuſculis,id eſt idibꝰ Iuniis vrbes veſtitu quo vellẽt,perſonatis te Quinqua-
mulẽtiſq; peruagari.Hominũ quoq; mẽtes & ipſę,q̃uis Epicuro reclamãte,diuinę ſuam tria minu-
naturã per cantus agnoſcunt.Deniq; quo facilius ſufferãt laborẽ, vel ĩ nauis metu,a ve ſcula.
ctore ſymphonia adhibet̃.Legionibus quoq; in acie dimicãtibus etiã metus mortis Claſ Claſſicum.
ſico depellit̃.Ob quam rem Pythagoras vt animũ ſua ſemꝑ diuinitate imbueret:priuſq̃ Pythago.
ſe ſomno daret,& cũ eſſet experrectus:cithara(vt ferũt)cãtare cõſueuerat:& Aſclepia- ad citharã.
des medicꝰ phreneticorũ mẽtes morbo turbatas ſępe ꝑ ſymphoniã ſuę naturę reddidit. Aſclepia.
Erophilus aũt artis eiuſdẽ ꝓfeſſor venarũ pulſus rhythmis muſicis ait moueri. Itaq; ſi Venarum
& ĩ corꝑis & animi motu eſt harmonia,ꝓculdubio a natalibꝰ noſtris muſica nõ ẽ aliena. pulſus rhythmo moueri.

De ſpatio terræ,& ſiderum diſtantia. Cap.XIII.

AD hoc accedit,qđ Pythagoras ꝓdidit,hũc totũ mũdũ muſica factũ ra-
tione.Septẽq; ſtellas inter cælũ & terrã vagas,q̃ mortaliũ geneſes mo-
derantur,motũ habere ἔυρυθμον,& interualla muſicis Diaſtematis mo-
tũ habere cõgrua,ſonituſq; varios reddere: ꝓ ſua quoq; altitudine ita
cõcordes,vt dulciſſimã quidẽ concinant melodiã,ſed nobis inaudibilẽ Melodia
ꝓpter vocis magnitudinẽ,quã non caperent auriũ noſtrarũ anguſtiæ. ſtellarũ in-
Nã vt Eratoſthenes geometrica ratione colligit maximũ terrę circuitũ eſſe ſtadiorum audibilis.
cclii.milium:ita Pythagoras quot ſtadia inter terrã & ſingulas ſtellas eſſent,indicauit. Stadium
Stadiũ aũt in hac mũdi mẽſura id potiſſimũ intelligendum eſt, qđ Italicũ vocant:pedũ Italicum.
dcxxv.Nam ſunt pręterea & alia lõgitudine diſcrepãtia,vt Olympicũ,quod eſt pedum Olympicũ.
dc.item Pythicum pedum mille.Igitur a terra ad lunã Pythagoras putauit eſſe ſtadioꝝ Pythicum.
circiter.cxxvi.milia,idq; eſſe toni interuallum.A luna aũt ad Mercurii ſtellam,q̃ Stilbõ Stilbon.
vocat̃,dimidiũ eius,velut ſemitonion.hinc ad Phoſphoron q̃ eſt Veneris ſtella,fere tan Interuallũ
tũdem,hoc eſt aliud ſemitonion.inde porro ad ſolẽ ter tantũ:quaſi tonũ & dimidium, ſiderum.
qđ vocat̃ Diapente.A luna aũt duos & dimidiũ,qđ eſt Diateſſaron. A ſole vero ad ſtel
lam Martis,cui nomen eſt Pyrois,tantũdem interualli eſſe,quãtũ ad terra ad lunã, idq; Pyrois.
facere Tonon.Hinc ad Iouis ſtellã,q̃ Phaethon appellat̃,dimidium eius,qđ facit hemi-
tonion.Tantũdem a Ioue ad Saturnii ſtellã,cui Phanon nomẽ eſt:idẽ aliud ſemitoniõ.
Inde ad ſummũ cęlum vbi ſigna ſunt,perinde ſemitonion.Itaq; a cęlo ſummo ad ſolem
Diaſtema eſſe Diateſſarõ.i.duorum tonorum & dimidii: Terrę aũt ſummitate ab eodẽ
cælo tonos eſſe ſex,In quibus ſit Diapaſon ſymphonia:Pręterea multa,q̃ muſici tractãt,
retulit.Stellas & hunc omnem mundũ euharmonion eſſe oſtẽdit.Quare Dorilaus ſcri-
pſit,eſſe mũdum organum dei.Alii addidere eſſe idẽ azonion qui ſeptẽ ſint vagę ſtellę, Mũdus or-
quæ plurimum moueantur.Sed his omnibus ſubtiliter tractãdis hic locus nõ eſt.Quæ ganum dei
ſi vellem in vnum librũ ſeparatim congerere,tamen in anguſtiis verſarer: quin potius,
quoniam me longius dulcedo muſicæ abduxit,ad propoſitum reuertor.

Diſtinctiones ætatum hominis,ſecundum opiniones multorum. Cap.XIIII.

Quiꝙ gradus ętatis. Pueri puri Adoleſcentes. Iuuenes. Seniores. Senes. Hippocrates.

IGitur expoſitis his,quę ante dię̄ natalē ſunt:nunc vt climacterici anni noſcanť:quid de gradib⁹ ętatis humanę ſenſum ſit,dicā. Varro quinꝙ gradus ætatis æquabiliter putat eſſe diuiſos: vnūquēꝙ ſcilicet præter extremū,in annos.xv.Itaꝙ primo gradu vſꝙ ad annū quartūdecimum pueros dictos:ꝙ ſint puri.i.impubes.Secūdo ad trigeſimū annū adoleſcētes:ab adoleſcendo ſic nominatos.In tertio gradu,qui erat vſꝙ qnꝙ & quadragita annos,iuuenes appellatos:eo ꝙ rēp.in re militari poſſent iuuare.In quarto,vſꝙ ad ſexageſimum annū ſeniores vocitatos:ꝙ tūc primū ſeneſcere corpus īcipiat. Inde vſꝙ in finē vitę vniuſcuiuſꝙ quintū gradū factum:in quo qui eſſet,ſenex appellatur:ꝙ ea ętate corpus ſenio laboret. Hippocrates medicus in ſeptē gradus ætatū diſtribuit finem vitę vniuſcuiuſꝙ.Primę putauit finē eſſe.vii.annum.Secundæ.xiiii.Tertiæ xxviii.Quartæ.xxxv.Quintæ.xlii.Sextæ.lvi.Septimæ nouiſſimū annum vitæ humanæ. Solon autem partes fecit decē:& Hippocratis gradus tertium & ſextum & ſeptimū ſingulos bifariam diuiſit,vt vnaqueꝙ ętas annos haberet ſeptenos. Staſeas Peripateticus ad has Solonis decē hebdomadas addidit duas:& ſpatiū plenæ vitę quatuor &.lxxx.annorum eſſe dixit.Quem terminum vitę ſiquis præterit,facere idem quod ſtadiodromi ac quadrigę faciunt,cum extra finem procurrunt.Hetruſciſꝙ libris fatalem ætatem hominis.xii.hebdomadibus deſcribi Varro cōmemorat:quę ad decies ſeptenos annos poſſet fatalia depcādo rebus diuinis proferre:ab anno autem.lxx.nec poſtulari debere, nec poſſe a diis impetrare.Cęterum poſt annos.lxxxiiii.a mente ſua homines abire: neꝙ his fieri prodigia.Sed ex his hominibus proxime videntur acceſſiſſe naturam, qui hebdomadibus humanā vitam emēſi ſunt.Fere enim poſt ſeptimū quēꝙ annū articulos quoſdam,& in his aliquid noui natura oſtēdit,vt & in elegia Solonis cognoſcere dať.At.n. temporū veterū ſi reuoluanť annales,lōge magis incerto inueniet.Primo enim ludos ſeculares exactis regibus poſt Romam conditam annis.ccl.a Valerio Publicola inſtitutos eſſe.ad.xl.virorum commentarios.ccxcix.M.Valerio,Spurio Virginio cōſulibus:anno poſt vrbem conditam octauo &.xl.vt vero in cōmētariis.xii.virorū ſcriptū,anno.cccc. &.x.M.Valerio Coruino,& C.Petilio conſulibus tertii ludi fuerūt. Antiate Liuioꝙ auctoribus,P.Claudio pulchro,L.Iunio Pullo conſulibus anno.D.duodeuigeſimo:P.Cornelio Lentulo,C.Liuio Varo conſulibus. De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt.Antias enim & Varro & Liuius relatos eſſe prodiderūt,L.Martio Cenſorino,M.Mālio conſulibus:poſt Romā cōditā anno.dcv.At Piſo Cēſorius,& Cn.Gellius:ſed & Caſſius Hemina,qui illo tempore viuebat,poſt annum factos tertium affirmāt C.Cornelio Lentulo,L.Mummio Achaico conſulibus:id eſt.dc.anno.iii.In.xv.virorum autem cōmētariis notanť ſub annis.dcxxix.Aemilio Lepido L.Aurelio Horeſte cōſulibus. Quintos ludos Furnio C.Iunio Syllano coſſ.dccxxxvii. Cæſar Auguſtus & Agrippa fecerunt. Sextos aūt fecit T.Claudius Cæſar ſe.iiii.& L.Vitellio.iii.coſſ.anno.dccc.Septimos Domitianus ſe.xiiii.& L.Minutio Rufo conſul.anno.dccexli.Octauos īperator Septimius: & inde Aurelius Antonius Cilone & Iubeno coſſ.anno.dccclvii. Hinc aiaduertere licet neꝙ poſt centū annos vti referunť ludi,ſtatutum eſſe ſeculū:neꝙ poſt.cx. Quorum etiam ſi alterutrum retro fuiſſet obſeruatum:non tñ ſatis id argumenti eſſet,quo quis his ludis ſecula diſcerni conſtanter affirmet.Pręſertim cum ab vrbis primordio ad reges exactos annos.ccxliiii.factos eſſe ambigat nemo:quod tēpus proculdubio naturali maius ē ſeculo.Qȝ ſiqs credit ludis ſecularib⁹,ſola nois origine īductos:ſciat ſeculares dici potuiſſe,ꝙ plerūꝙ ſemel fiāt hois ętate:vt multa alia,q̄ raro ſunt,poſt ſeculum euenire:loquētiū cōſuetudo vſurpat.Sed noſtri maiores ꝙ natura ſeculū quātū eſſet exploratū non habebant:ad certū annorū modulum annoꝝ.c.ſtatuere.teſtis eſt Piſo:in cuius annali ſeptimo ſic ſcriptū eſt. Roma cōdita anno.cclviii.ſeculū accipit his cōſulib⁹:q ꝑximi ſunt Cōſules,M.Aemili⁹,M.Filius Lepidus,C.Pōpili⁹.ii.abſens.Sed vt hūc annoꝝ numerū cōſtituerēt noſtri nonnihil cauſæ fuit.Primū ꝙ multos ſuorū ciuium ad hūc, ętatē ꝑducere videbant.Deinde ꝙ Hetruſcos:quorum prima ſecula centū fuere annoꝝ etiā hic & ī aliis plerūꝙ imitari voluerť.Pręterea fieri pōt,qđ refert Varro:qđ Diaſcorides aſtrologus ſcripſit:Alexādrię inter eos q mortuos ſolēt cōſeruare:hoīem plus cētū annis viuere non poſſe.Id cor humanū declarare eoꝝ q integri perierint ſine corpo

Spatiū vitę plenum. Fatalis ętas xii.hebdomadum.

Primi ludi ſeculares quando.

Septimi ſeculares a Domitiano.

Seculares ꝙ ſemel. Secula centum annorum.

ris tabe: Ideo qđ multis annis ꝑpendit cor hominis, incremẽta ætatis & diminutiones
cõſeruẽt:& anniculi pẽdere duas drachmas, bimi quatuor:& ſic in annos ſingulos vſꝗ
ad.l.accedere binas.Ab his cẽtũ drachmis,atꝗ anno.l. itẽ decedere in vnoquoꝗ binas:
ex quo ꝑſpicuũ ſit cẽteſimo anno redire ad anni primi põdus,nec lõgius poſſe ꝓduci.
Quoniã igit̃ ciuile Romanorũ ſeculũ cẽtũ annis tranſigit̃: ſcire licet,in.x. ſeculo & pri
mũ natalẽ tuũ fuiſſe,& hodiernũ eſſe.Quot aũt ſecula vrbi Romę debeãtur,dicere meũ
nõ eſt.Sed qđ apud Varronẽ legerim nõ tacebo. q libro antiqtatũ duode.xx.ait fuiſſe
Vectiũ Romę in augurio nõ ignobilẽ ingenio:cuiuis doctori in diſceptãdo parẽ: eũ ſe
audiuiſſe dicẽtẽ:ſi ita eſſet vt tradebãt hiſtorici de Romuli vrbis cõdendę auguriis,ac
xii.vulturibus,quoniã.cxx.annos incolumis p̃teriiſſet,Po.Ro.ad mille &.cc.ꝑuẽturũ.

Plini⁹ l.xi. Incremẽta cordis annua. Romę duratio.

De Annis maioribus. Caput.XV.

HActenus dictũ de ſeculo:nũc de annis maioribus dicã: quorũ magnitu
do adeo diuerſa etiam gentibus obſeruata,q̃ auctoribus tradita eſt:vt
alii vnũ annũ magnũ eſſe in annis vertentibus duobus: alii in multis
milibus annoꝝ arbitrati ſint:qđ quale ſit,iam hinc conabor abſoluere.
Veteres in Gręcia ciuitates cũ animaduerterent: dũ ſol annuo curſu
orbem ſuũ circuit,lunã nouã interdũ tredecies exoriri:idꝗ ſępe alter
nis fieri:arbitrati ſunt lunares.xii.mẽſes,& dimidiatũ ad annũ naturalẽ cõuenire.Itaꝗ
annos ciuiles ſic ſtatuerunt:vt intercalando facerent alternos.xii.mẽſiũ : alternos.xiii.
vtrũꝗ ãnũ ſeparatũ vertentẽ:iũctos ambo annũ magnũ vocantes.Idꝗ tẽpus trieterida
appellabãt:ꝙ tertio quoꝗ anno redibat.Penteterida vero nominabant,ꝙ quinto quoꝗ
anno.Qui annus magnus ex quadriennio cõmodior viſus eſt.Solis annũ cõſtare ex die
bus.ccclxv.& diei parte circiter quarta,q̃ primũ quadrienniũ conficeret.Quare Agon
& in Helide Ioui Olympio,& Romę Capitolino,quinto quoꝗ anno redeunte celebrat̃.
Hoc tẽpus qđ ad ſolis modo curſum, nec ad lunę congruere videbatur, duplicatũ eſt,
& octoeteris facta:quę nũc enneateris vocitata:quia primus eius annus nono quoꝗ an
no redibat.Hunc quoꝗ circuitum vere annũ magnũ eſſe,pleraꝗ Gręcia exiſtimauit,ꝙ
ex annis vertẽtibus ſolis cõſtaret,vt proprie in anno magno fieri par eſt. Nã dies ſunt
ſolidi vno minus cẽtũ:anniꝗ vertẽtes ſolidi. viii.Octoeterida vulgo creditũ eſt ab Eu
doxo Cnidio inſtitutã.Sed hãc Leoſtratum Tenediũ primũ ferunt cõpoſuiſſe:& poſtea
alii aliter: qui mẽſibus varie intercalandis ſuas octoeteridas protulerũt, vt fecit Har
palus,Nautelis,Mneſtratus.Item alii:in quis Doxitheus:cuius maxime Octoeteris Eu
doxi inſcribit̃.Ob hoc multę in Gręcia religiones,hoc interuallo tẽporis, ſumma ceri
monia colũtur.Delphis quoꝗ ludi,qui vocãtur Pythia, poſt annũ octauũ olim cõficie
bãtur.Proxime hãc magnitudinẽ quę vocat̃ Dodecaeteris ex annis vertẽtibus.xii.huic
anno Chaldaico nomen eſt:quẽ genethliaci non ad ſolis luneꝗ curſus, ſed ad obſerua
tiones alias habẽt accõmodatũ:ꝙ in eo dicũt tẽpeſtates frugũꝗ prouentus,ac ſterilita
tes item morboſꝗ circũire.Prętera ſunt anni magni complures:vt Metonticus:quem
Meton Atheniẽſis ex annis vnde.xx.cõſtituit: eoꝗ Decaenneateris appellatur:& inter
calatur ſepties:in eoꝗ anno ſunt dierũ ſex milia &.ccccxl. Eſt & Philolai Pythagorici
annus ex annis.lix.in quo ſunt mẽſes intercalares.xx.& vn⁹.Itẽ Calippi,ex annis.lxxvi.
ita vt mẽſes duodetriginta intercalarentur.Et Democriti,ex annis.lxxxii. cũ intercala
res ſint.xxviii.Sed & Hipparchi ex annis. ccciiii.in quo intercalãtur cẽties decies bis.
Hęc annorũ magnitudo eo diſcrepat,ꝙ inter aſtrologos nõ cõuenit:quãto vel ſol plus
q̃.ccclxv.dies in anno cõficiat:vel luna minus q̃.xxx.in mẽſe.Ad Aegyptiorũ vero ma
gnũ annũ luna nõ ꝑtinet:quẽ Gręci κυνικὸν, latine caniculare vocamus. Propterea ꝙ
initiũ illius ſumit̃ cũ primo die eius mẽſis,quẽ vocãt Aegyptii θὼθ, caniculę ſidus ex
oritur.nã eorũ annus ciuilis ſolos habet dies.ccclxv.ſine vllo intercalari:itaꝗ quadriẽ
niũ.eo fit̃,vt anno.M.cccclxi.ad idẽ reuoluatur principiũ.Hic etiã annus Heliacus a q
buſdã dicit̃:& ab aliis ὁ θεῖος ἐνιαυτός.Eſt p̃terea annus,quẽ Ariſtoteles maximũ potius q̃ ma
gnũ appellat:quẽ ſolis & lunę vagarũꝗ quinꝗ ſtellarũ orbes cõficiũt:cũ ad idem ſignũ
vbi quõdã ſimul fuerũt,vna referũtur.Cuius anni hyẽs ſumma eſt Cataclyſmos,quam
noſtri diluuionẽ vocãt.Aeſtas aũt Ecpyroſis,qđ eſt mũdi incẽdiũ.Nã in his alternis tẽ
poribus mũdus tũ exigneſcere:tũ exaqueſcere videt̃.Hũc Ariſtarchus putauit eſſe an

Anni maiores. Annus magnus. Annus ciuilis. Annus vertens. Trieteris. Pẽteteris. Agon Olympius. Octoeteris Enneateris Octoeteris Eudoxi. Pythia. Dodecaeteris. Chaldaic⁹ annus. Metõticus annus. κυνικὸς ãn⁹ Caniclaris Heliacus. Maximus annus. Cataclyſmos. Diluuio. Ecpyroſis. Exigneſcere Exaq̃ſcere.

norū vertentiū duū miliū.ccccl xxxiiii. Aretes Dyrrachinus quinqꝫ miliū.d.lii. Herodotus & Linus.x.miliū.dccc.Dion.xiii.dcccclxxxiiii.Orpheus centū.xx.Caſſandrus tricies ſexies centū miliū.Alii vero infinitū eſſe:nec in ſe vnq̄ reuerti exiſtimauerūt. Sed

Penteterides. Olympiades. Luſtrum.

horū omniū penteteridas maxime notādas tēporibus Græci obſeruāt,id eſt quaternorum annorū circumitus:quos vocāt Olympiadas:& nūc apud eos ducēteſima quinquageſima quarta Olympias numeratur:eiuſqꝫ annus hic ſecūdus.Idem tēpus anni magni Romanis fuit:qd̄ Luſtrū appellabāt.Ita quidē a Seruio Tullio inſtitutū:vt quinto quoqꝫ anno cēſu ciuiū habito luſtrū cōderetur.Sed nō ita a poſteris ſeruatū.Nā cū īter primū a Seruio rege conditū luſtrū,& id qd̄ ab imꝑatore Veſpaſiano.v. & Cæſare.iii.Coſſ. factū eſt,anni interfuerūt paulominus.dcl.Luſtra tamen ꝑ ea tēpora nō plura q̄.lxxv.

Agones Capitolini.

ſunt facta:& poſtea plane fieri deſierūt.Rurſus tamen annus idē magnus ꝑ Capitolinos Agonas cœptus eſt diligētius ſeruari.Quorū agonū primus a Domitiano inſtitutus fuit die duodecimo eius & Sergii Cornelii Dolabellę cōſulatu.Itaqꝫ hoc nūc anno qui celebratus eſt Agon vnus de quadraginta numerat̄. ¶Quod ad annos ꝑtinet magnos in pręſentia ſatis dictū eſt.Nunc de annis vertentibus dicendi locus videtur.

De Annis vertentibus. Cap.XVI.

Annus vertens.

annus naturalis quot habeat dies

ANnus vertens eſt natura,dū ſol ꝑcurrēs duodecim ſigna eodē vnde profectus eſt,redit. Hoc tēpus quot dierū eſſet, ad certū nondū aſtrologi reꝑire potuerūt. Philolaus annū naturalē dies habere prodidit ccclxiiii.& dimidiatū.Aphrodius.ccc.ſexagintaquinqꝫ,& dierum duorū & viginti partē vndeſexageſimā. Harpalus autem.ccclxv.& horas æquinoctiales.xiii.At noſter Ennius.ccclxvi. Pleriqꝫ p̄terea incōprehēſibilem qdē & inenumerabilē eſſe exiſtimauerūt:ſed pro vero qd̄ proximū putabāt, amplexi ſunt,dies ſcilicet.ccclxv.Igitur cū tāta inter viros doctiſſimos fuerit diſſenſio:qd̄ mirū ſi anni ciuiles,quos diuerſę ciuitates rudes etiā tū ſibi quęqꝫ ſtatuebāt,tā inter ſe diſcrepent q̄ cū illo naturali nō cōgruāt?Et in Aegypto qdē antiquiſſimū ferunt annū bimeſtrē fuiſſe.Poſt deinde a Piſone rege quadrimeſtrem factū:nouiſſime annū ad.xiii. mēſes & dies qnqꝫ ꝓduxiſſe.Itē in Achaia Arcades trimeſtrē annū primū habuiſſe dicū

Proſelenes

tur:& ob id Proſelenas appellāt:non vt qdā putāt,ꝙ ante ſint nati, q̄ lunę aſtrum cælo eſſet:ſed ꝙ quē prius habuerint annū,is in Gręcia ad lunę curſum cōſtituerēt.Sūt qui tradūt hūc trimeſtrem Horon inſtituiſſe:eoqꝫ ver,æſtatem,autumnū,hyemem ὥρας,&

Horographi.

annū dici:& Gręcos annales ὥρους,Eorū ſcriptores horographos.Itaqꝫ quatuor annorū circuitu in modū pentaeteris annū magnū dicebāt.Cares autē & Acarnanes ſemeſtres habuerūt annos inter ſe diſſimiles: qbus alternis dies augeſcerēt aut ſeneſcerent:eoſqꝫ cūctos veluti trieterida annū magnū.Sed vt hos annos omittā:caligine iam profundę vetuſtatis obductos:in his quoqꝫ q ſunt recētiores memoria,& ad curſum lunę vel ſo-

Varietas anni.

lis inſtituti, quāta ſit varietas, facile eſt cognoſcere ſiquis vel in vni⁹ Italię gētibus ne dicā ꝑegrinis velit inqrere.Nā vt aliū Ferētini,aliū Lauinii,item Albani,vel Romani habuerūt annū:ita & aliæ gentes. omnibus tamē fuit propoſitū ſuos ciuiles annos varie intercalandis menſibus ad vnū verū illum naturalēqꝫ corrigere. De quibus omnib⁹ diſſerere quoniā longum eſt,ad Romanorum annū tranſibimus.

De Annis Romanis. Cap.XVII.

Annus vertens. Dies mēſiū

ANnū vertentē Romę Licinius quidē Macer,& poſtea Feneſtella ſtatim ab initio.xxii.mēſiū ſcripſerūt:ſed magis Iunio Graccho,& Fuluio, & Varroni,& Suetonio,aliiſqꝫ credendū eſt,q.x.menſiū putauerūt fuiſſe vt tūc Albanis erat:orti vnde Romani in.x.menſes dies.ccciiii.in hoc modo habebāt.Martius.xxxi.Aprilis.xxx.Maius.xxxi.Iuni⁹.xxx.Quintilis.xxxi. Sextilis,& September tricenos. October.xxxi. Nouember,&

Pleni menſes & caui.

December.xxx.quorū quatuor maiores pleni:cęteri ſex caui vocabantur. Poſtea ſiue a Numa,vt ait Fuluius,ſiue vt Iunius,a Tarquinio.xii. facti ſunt mēſes,& dies.ccclv.q̄uis luna duodecim ſuis mēſibus.cccliiii.dies videbat̄ explere.Sed vt dies vnus abūda-

Impar nūerus fauſt⁹.

ret,aut p imprudentiā accidit,aut (qd̄ magis credo) ea ſuꝑſtitione qua impar numerus plenus & magis fauſtus habebat̄.Certe ad annū priorē vnus & quinquaginta dies acceſſerūt:qui qa mēſes duos nō implerēt,ſex his cauis mēſibus ſunt ſinguli detracti,&

ad eos additi,factiq͂ dies.lvii.& ex his duo mẽſes Ianuarius vndetriginta dierũ:Febru
rius duode.xxx. Atq͂ omnes mẽſes pleni & impari dierũ numero eſſe cœperũt excepto
Februario:qui ſolus cauus,& ob hoc cęteris infauſtior eſt habitus. Deniq͂ cũ intercala
riũ menſem viginti duorũ,vel viginti triũ dierũ alternis annis addi placuiſſet,vt ciui-
lis annus ad naturalem exæquaretur, in mẽſe potiſſimũ Februario inter Terminalia &
Regifugiũ intercalatũ eſt.Idq͂ diu factũ priuſq͂ ſentiretur annos ciuiles aliquãto natu
ralibus eſſe maiores. Qđ delictũ vt corrigeretur,pontificibus datũ eſt negociũ : eorũq͂
arbitrio intercalandi ratio permiſſa.Sed horũ pleriq͂ ob odiũ,vel quo quis magiſtratu
citius abiret,diutiuſq͂ fungeretur:aut publici redẽptores anni magnitudine in lucro,
damnove eſſent plus minuſve: ex libidine intercalandi rem ſibi ad corrigendũ mãdatã
vitioſe deprauarũt.Adeoq͂ aberratum eſt:vt C.Cæſar pontifex maximus ſuo.iii.& M.
Aemilii Lepidi Cõſ. quo retro delictũ corrigeret: duos mẽſes intercalares dierũ.lxviii.
in mẽſem Nouẽbrem & Decẽbrẽ interponeret:cũ iam menſe Februario dies.iii.&.xx.
intercalaſſet:faceretq͂ eũ annũ dierũ.ccccxlv.ſimul prouidens in futurũ ne iterũ erra-
retur.Nã intercalario menſe ſublato,annũ ciuilẽ ad ſolis curſum formauit: itaq͂ diebꝰ
ccclv.addidit.x.quos ꝑ ſeptẽ menſes,qui dies vndetricenos habebant,ita diſtribuit:vt
Ianuario,& Sextili,& Decẽbri bini accederẽt,cęteris ſinguli:eoſq͂ dies extremis partibꝰ
menſiũ appoſuit:ſcilicet regiones ſui cuiuſq͂ mẽſis a loco ſummo verterẽtur. Quapro-
pter nũc cũ in ſeptẽ menſibus dies ſinguli & triceni ſint:quatuor tamẽ illi ita primitus
inſtituti eo dinoſcũtur,ꝙ nonas habẽt ſeptimanas,Cęteri omnes reliqui quintanas.Prę
terea pro quadrante diei,qui annũ verũ ſuppleturus videbatur:inſtituit,vt pacto qua-
driennii circuitu dies vnus,vbi mẽſis quõdã ſolebat,poſt terminalia intercalaretur:qđ
nũc biſſextum vocatur.Ex hoc anno ita a Iulio Cæſare ordinato, cęteri ad noſtrã me-
moriã Iuliani appellantur:eiq͂ cõſurgunt ex.iiii.Cæſaris conſ.Qui etiam ſi nõ optimi,
ſoli tamẽ ad annũ naturæ aptati ſunt.Nã & priores alii etiã qui decẽ mẽſes fuerũt:nec
Romæ modo,vel ꝑ Italiam:ſed & apud gentes omnes quãtũ iidẽ poſtea fuere correcti.
Itaq͂ cũ de aliquo annorũ numero hic dicetur:nõ alios par erit q̃ naturales accipere:et
ſi origo mũdi in hominũ notitiã veniſſet,inde exordiũ ſumeremus.Nũc vero id inter-
uallũ tẽporis tractabo:qđ hiſtoricon Varro appellat. hic eñ tria diſcrimina tẽporum
eſſe tradit.Primũ ab hominũ principio ad cataclyſmũ priorẽ.Secũdũ ad Olympiadem
primam:qđ quia in eo multa fabuloſa referũtur Mythicon nominaẗ.Tertium a prima
Olympiade ad nos:qđ diciẗ hiſtoricon:qa res eo geſtę veris hiſtoriis cõtinẽtur. Primũ
tẽpus ſiue habuit initiũ,ſeu ſemꝑ fuit:certe quot annorũ ſit,nõ poteſt cõprehẽdi. Secũ
dũ,nõ plane quidẽ ſcitur: ſed tamẽ ad mille circiter &.dc.annos eſſe creditur:a priore
ſcilicet Cataclyſmo,quem Ogygis dicũt:ad Inachi regnum annis circiter.cccc.hinc ad
Olympiadem primã paulo plus.cccc.quos ſolos q̃uis mythici tẽporis poſtremos, tamẽ
quia a memoria ſcriptorũ ꝓximos:qdã certius deffinire voluere:& qđ Soſibius ſcripſit,
eſſe.cccxcv.Eratoſthenes autẽ ſeptẽ &.cccc.Timæus.cccxvii.Orethes.clxiiii.Et p̄terea
multi diuerſe:quorũ etiã ipſa diſſenſio incertũ eſſe declarat.De tertio autẽ tẽpore fuit
aliqua inter auctores diſſenſio in ſex ſeptẽve tãtũmodo annis verſata.Sed hoc quodcũ
q͂ caliginis Varro diſcuſſit:& pro cętera ſua ſagacitate nũc diuerſarũ ciuitatũ cõferẽs
tẽpora:nũc defectus eoꝝ & interualla retro dinumerans,eruit verũ,luceq͂ oſtendit:ꝑ
quã numerus certus nõ annorũ modo,ſed & dierũ ꝑſpici poſſit. Secũdũ quã rationẽ
niſi fallor,hic annus, cuius velut index & titulus qdã eſt Vlpii & Pontiani cõſulatus:
ab Olympiade prima M.eſt &.xiiii. ex diebus dũtaxat æſtiuis : q̃bus Agon Olympicus
celebratur:a Roma autẽ cõdita.dccccxci.& quidẽ ex Palilibus:vnde vrbis anni nume-
rãtur.Eorũ vero annorũ q̃bꝰ Iulianis nomẽ eſt.cclxxxiii.ſed ex die Kal.Iañ.vnde Iulius
Cæſar anni a ſe cõſtituti fecit principiũ.At eoꝝ q̃ vocanẗ anni Auguſtani.cclxv.pridie
Kal.Iañ.q̃uis & ante diẽ.xvi.kal.Februarii,Iu.Cæſar diui filius impator Auguſtus ſen
tẽtia Numatii Planci a ſenatu cęteriſq͂ ciuibꝰ appellatus eſt:ſe ſeptimũ, & M.Vipſano
Agrippa conſ.Sed Aegyptii ꝙ biennio ante in poteſtatẽ ditioneq͂ Po.Ro.venerũt, ha-
bẽt Auguſtorũ annũ.cclviii.nã vt a noſtris,ita ab Aegyptiis quidã anni ĩ literas relati
ſunt:vt quos Nabonnagarii nominãt,ꝙ a primo imꝑii eiꝰ anno cõſurgũt:quorũ hic
dcccclxxxvi.eſt.Itẽ Philippi,q̃ ab exceſſu Alexãdri magni numeranẗ,& adhucuſq͂ pdu

Februariꝰ cauus in- fauſtior.

Inter ter- minalia & regifugiũ intercala- tum.

Cęſar cor- rector ãni.

Nonę ſepti manę.

Biſſextũ.

Anni Iu- liani.

Tẽpus hi- ſtoricon.

Mythicon.

Catacly- ſmos Ogy gis.

Sagacitas Varronis.

Agõ olym picus ĩ ęſta te.

ci annos.dlxii.cōſummāt.Sed horū initia ſemp a die primo mēſis ei⁹ ſumunt:cui apud Aegyptios nomē eſt Thoth:quoq; hic anno fuit ante diē.vii.kal.Iulii.cū abhinc annos cētū Vlpio & Brutio pſente Romę Coſſ.iidē dies fuerūt ante diē.xii.Kal.Auguſt.quo tēpore ſolet canicula ī Aegypto facere exortū. Quare ſcire etiā licet anni illi⁹ magni q vt ſupra dictū eſt,ſolaris & canicularis & trieteris vocat:nūc agi vertēte ānū cēteſimū. Initia aūt iſtorū annorū propterea notaui:ne qs neſciat volūtates:quę nō min⁹ diuerſę ſint,q̄ opiniones philoſophorū.Icciroo aliis a nouo ſole,id eſt a brumali:ab ęſtiuo ſolſtitio:pleriſq; ab æquinoctio verno:partim ab autumnali ęquinoctio:qbuſdā ab ortu vergiliarū:nōnullis ab earū occaſu:multis a canis exortu incipere ann⁹ naturalis videtur.

Initiū anni varium.

De Menſibus. Cap.XVIII.

Menſiū duo genera:nā alii ſunt naturales,alii ciuiles. Naturaliū ſpecies duę,q partim ſolis,ptim lunę eſſe dicūtur.Secūdū ſolē fit menſis:dū ſol vnūquodq; in Zodiaco orbe ſignū percurrit.Lunaris autē eſt,temporis quoddā ſpatiū a noua luna.Ciuiles mēſes ſunt numeri qdā dierū:quos vnaquęq; ciuitas ſuo inſtituto obſeruat: vt nūc Roma a kal.in kal.Naturales & antiquiores,& omniū gentiū cōmunes ſunt. Ciuiles & poſterius inſtituti,& ad vnāquāq; ptinent ciuitatē.qui ſunt cæleſtes ſeu ſolis,ſeu lunę:nec p æque inter ſe pares ſunt:nec dies habēt totos. Quippe ſol in aquario moratur circiter vnde.xxx.in piſce fere.xxx.in ariete vnū &.xxx.in geminis prope.xxxii. & ſic in cæteris inæquabiliter:ſed vſqueadeo nō totos dies in ſingulis:vt annū ſuū,id eſt dies.ccclxv.& portionē neſcio quā adhuc aſtrologis inexploratā in.xii.ſuos diuidat mēſes. Luna aūt ſingulos ſuos mēſes cōficit diebus vndetriginta circiter & dimidiato: Sed & hos inter ſe diſpares,alios lōgiores,alios breuiores.At ciuitatū mēſes vel magis numero dierum inter ſe diſcrepāt:ſed dies vbiq; habēt totos.Apud Albanos Marti⁹ eſt.vi.&.xxx.Maius xii.Sextilis duode.xxx. September.xvi. Tuſculanoq; Quintilis dies habet triginta ſex: October triginta duos.Idē October apud Aricinos triginta nouē.Minime videtur erraſſe,qui ad lunę curſum mēſes ciuiles accōmodarunt: vt in Gręcia pleraq;:apud quos alterni mēſes ad.xxx.dies ſunt facti.Maiores quoq; noſtri idē ſunt æmulati:cū annū dierū.ccclx.haberēt.Sed diuus Iulius cū videret hac ratione,nec ad lunā mēſes vt oporte bat,neq; ānū ad ſolē cōuenire:maluit annū corrigere. Et ſic etiā mēſes vel cū veris illis ſolaribus etſi nō ſinguli tñ vniuerſi ad anni ſinē neceſſario cōcurrēt.Nomina decē mēſibus antiqs Romulū feciſſe Fuluius & Iunius auctores ſunt. & qdē duos primos a paréribus ſuis nominaſſe:Martiū a Marte patre:Aprilē ab Aphrodite Venere:vnde maiores eius oriūdi dicebātur:pximos duos a populo:Maium a maioribus natu: Iuniū a iunioribus:cęteros ab ordine quo ſinguli erāt:Quintilē vſq; ad Decēbrē pinde a numero. Varro aūt Romanos a latinis noīa mēſiū accepiſſe arbitrat.Auctores eorū antiquiores fuiſſe q̄ vrbē:ſatis ἀρχὴ docet.Itaq; Martiū mēſem a Marte qdē nominatū credit:nō qa Romuli fuerit pater:ſed q gens latina bellicoſa.Aprilē aūt nō ab Aphrodite:ſed ab aperiēdo,q tūc fere cūcta gignātur,& naſcēdi clauſtra aperiat natura.Maiū vero nō a maiorib⁹,ſed a Maia nomē accepiſſe:q eo mēſe tā Romę q̄ antea in Latio res diuina Maię ſit & Mercurio.Iuniū quoq; a Iunone potius q̄ a iuniorib⁹, q illo mēſe maximi Iunoni habent honores.Quintilē,q loco apud latinos fuerit qnto. Itē Sextilē ac deinceps ad Decēbrē a numeris appellatos.Cęterū Ianuariū & Februariū,poſtea qdē additos,ſed nominibus iā ex Latio ſumptis.Ianuariū a Iano,cui attributus,nomē traxiſſe.Februariū a februo.Eſt februū qcqd expiat,purgatq;:& februamēta purgamēta.Itē februare purgare:& purū facere.Februū aūt nō idē vſquequaq; dicit. nā aliter in aliis ſacris februat, hoc eſt purgatur.In hoc aūt mēſe lupercalibus cū Roma luſtrat,ſalem calidū ferūt: qd februū appellāt. Vnde dies lupercaliū pprie februatus:& ab eo porro mēſis Februarius vocitatus.Ex his.xii.mēſibus,duorū tātū noīa mutata: nā Quintilis Iulius cogminat⁹ eſt C.Cęſare.v.& M.Antonio Coſſ.anno Iuliano ſecūdo. Qui autem ſextilis fuerat,C. Marco Cenſorino,C.Aſinio Gallo.Coſſ.in Auguſti honorē dictus eſt Auguſtus: anno Auguſtio.xx.q̄ nomina etiā nūc ad hāc permanēt memoriā.Poſtea vero multi principes noīa qdā menſiū mutauere,ſuis nūcupādo nominibus:qd aut ipſi poſtmodū mutauerunt:aut poſt obitū eorū illa nomina priſtina ſuis reddita menſibus.

Ciuiles mēſes. Naturales

Martius a Marte. Aprilis a Venere. Maius a maiorib⁹. Iunius a iuniorib⁹.

Februari⁹ a februo. Februamēta. Februare. Quintus Iulius. Sextus Auguſtus.

De Diebus. Cap. XIX.

SVpereſt pauca de die dicere: qui vt mēſis aut annus partim naturalis, partim ciuilis eſt. Naturalis dies eſt tēpus ab exoriente ſole ad ſolis occaſum. cuius contrariū tēpus eſt nox, ab occaſu ſolis ad ortum. Ciuilis autē dies vocatur tempus, qđ fit vno cæli circūactu: quo dies verus & nox cōtinetur. vt cū dicimus aliquē dies triginta tātū vixiſſe, Relinquatur enim etiā noctes intelligere. Huiuſmodi dies ab aſtrologis & ciuitatibus quatuor modis definitur. Babylonii qdē a ſolis exortu ad exortū eiuſdem aſtri diē ſtatuerūt. At in Vmbria pleriq; a meridie ad meridiē. Athenienſes autē ab occaſu ſolis ad occaſum. Cęterū Romani a media nocte ad mediā noctem diē eſſe exiſtimauerūt. Indicio ſunt ſacra publica & auſpicia etiā magiſtratuū: quorū ſiquid ante mediū noctis eſt actū, diei qui pteriit adſcribitur: Si quid autē poſt mediā noctē & ante lucē factū eſt, eo die geſtū dicetur, qui eā ſequitur noctē. In his horis quatuor & viginti qui naſcuntur eūdem diem habēt natalem. In horas. xii. diuiſum eſſe diem, noctēq; in totidē, vulgo notum eſt. Sed hoc credo Romæ poſt reperta ſolaria obſeruatum. Quorū antiquiſſimū qđ fuerit, inuentu difficile eſt. Alii enim apud ædem Quirini primū ſtatutum dicunt: Alii in capitolio: nōnulli ad ædem Dianæ in Auentino. Illud ſatis conſtat, nullū in foro prius fuiſſe, q̄ id qđ M. Valerius ex Sicilia aduectū ad roſtra in columna poſuit. Qđ cū a climate Siciliæ deſcriptū ad horas Romæ nō cōueniret, L. Philippus Cenſor aliud iuxta cōſtituit: deinde aliquāto poſt P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua fecit horariū: qđ & ipſum ex conſuetudine noſcendi a ſole horas, horariū cœptum vocari. Horarum nomē nō minus annos. ccc. Romæ ignoratū eſſe credibile eſt. Nā I. xii. tabulis nuſq̄ nominatas horas inuenies: vt in aliis poſtea legimus. Sed ante meridiē: eo videlicet ꝙ partes diei bifariā tū diuiſi, meridies diſcernebat. Alii diē quadripertito: ſed & noctē ſimiliter diuidebāt. Id ſimilitudo teſtatur militaris, vbi dicitur, vigilia prima, item ſecūda, & tertia, & quarta. Sūt etiā plura noctis & diei tēpora ſubnotata, ppriiſq; diſcreta nominib⁹, quę apud veteres poetas paſſim ſcripta inueniūtur: ea omnia ordine ſuo exponā. Incipio a nocte media: qđ tēpus principiū & poſtremū eſt diei Romani. Tempus qđ huic proximū eſt, vocatur de media nocte. Sequitur Gallicíniū, cū galli canere īcipiūt: deinde Conticiniū cū conticuere: tūc ante lucem, & ſic Diluculum vocatur. Mane cum lux videtur ſolis: poſt hoc ad meridiem: tūc meridies, qđ eſt medii diei nomen: Inde de meridie. hinc tēpeſtas ſuprema: q̄uis plurimi ſupremū poſt occaſum ſolis eſſe exiſtimēt: quia eſt in duodecim tabulis ſcriptū ſic: Solis occaſus ſuprema tēpeſtas eſto. Sed poſtea M. Plectorius tribunus plebis ſcitum tulit in quo ſcriptū eſt. Prętor vrbanus qui nunc eſt, quiq; poſthac fuerit, duos lictores apud ſe habeto. Iſq; ſupmū ad ſolis occaſum ius inter ciues dicito. Poſt ſupmā dicit̄ veſper: ante ortū. ſ. eius ſtellę, quā Plaut⁹ veſperuginē, Ennius veſperū, Virgilius heſperon appellāt. Inde porro crepuſculū: ſic fortaſſe appellatū, ꝙ res incertę creperę dicūtur, idq; tēpus noctis ſit, an diei incertum eſt. Poſt id ſequitur tempus qđ dicimus luminibus accenſis: antiqui prima face dicebant. Deinde concubiū cū itum eſt cubitum. Exinde intēpeſta id eſt multa nox: quia nihil agi tempeſtiuū: tunc ad mediam noctem dicitur, & ſic media nox.

Dies naturalis. Dies ciuil. Dies a media nocte. XII. horæ. Solaria prima. Ex aqua horariū. Nuſq̄ horę in. xii. tabulis. Vigilię. 4. De media nocte. Gallicíniū. Cōticiniū. Diluculū. Mane. Meridies. Supma tē. Veſper. Veſpugo. Heſperus. Crepuſculum. Prima face Concubiū. Intempeſta Media nox

De naturali inſtitutione. Cap. XX.

INitia rerum eadē elementa & principia dicūtur: ea ſtoici credunt tenorem atq; materiam. Tenorem qui rareſcente materia a medio tēdat ad ſummū, eadem concreſcēte rurſus a ſummo referatur ad medium. Thales Mileſius aquam principium omniū rerum dixit. Et alias opiniones ſupra retuli. Stoicorum opinio probanda: qui cū arte compoſitū mūdi opus conſiderarent, introduxerunt naturā prouidam ac ſapientem, quam ordo impermutabilis oſtenderet, induſtriaq; factū pronūciauerunt: ſiue perpetuus ſiue longęuus eſt mūdus, & in flammas abit: & viciſſim ex flāmis renouatur ac reſtituitur: durantibus tamen principiis, nec recidere ad nihil videri poteſt, qđ in ſe deficit, in ſe regignitur. Et conſtat quidem quatuor elementis terra, aqua, igne, aere: cuius principalem ſolem quidā putant, vt Cleanthes: vt Chryſippus, æthera: cuius motu perenni ſubiecta tenentur.

Elemēta. Tenor. Aqua principium.

De Formis. Cap.XXI.

Formæ. Nota. Linea. Epipedos. Planus angulus. Cathetos. Normalis. Hebes. Acutus.

NOta eſt cuius pars nulla eſt.Linea lõgitudo ſine latitudine.Lineę autẽ finis notę.Recta linea eſt,quę ſup ſe poſitis notis æquabiliter poſita & ſummiſſa eſt.Qđ longitudinẽ tãtũ habet ſummitatis finis lineę ſuper plana:quę dicit̃ epipedos. Sũmitas eſt quę ſuper ſe poſitis rectis lineis æquabiliter poſita eſt.Planus angulus eſt in planitie duarũ linearũ nõ e regione poſitarũ ad vnũ ſignũ cõtingens curuatio. Hę lineę quę angulũ cõtinẽt cũ rectę ſint:is angulus rectis lineis contineri dicitur.Si recta linea ſupra rectam lineã ſtans cõtinuos angulos inter ſe pares facit: tum vterq; ex paribus angulis rectus dicitur:& ea linea grȩce Cathetos, latine normalis dicitur. Rectus angulus eſt modicus & ſibi congruens:hebes maior recto:acutus minor.

De Figuris. Cap.XXII.

Figura. Circulus. Centron. Diametros Hemicycl. Euthygrãmæ. Iſoſceles. Scalenon. Orthogoñ Heteromeces. Trapezia. Parallelę.

FIgura eſt,quę aliquo fine aut aliquibus finibus continetur. Circulus eſt figura plana vna linea cõprehenſa: intra quẽ mediæ omnes lineæ inter ſe pares ſint. Centron eſt nota circuli medii. Diametros eſt recta linea per centron immiſſa:& in vtrãq; partẽ ſecãs circulũ. Hemicyclum eſt circuli dimidiũ.Euthygrammę formę ſunt, quæ rectis lineis cõtinẽtur.Trigonũ,trilaterũ:Tetragonũ,qđ quatuor:Multilaterum,qđ pluribus. Triangulũ æquilaterũ,qđ paribus trinis lateribus. Iſoſceles,qđ duo tantũ latera paria habet. Scalenon,qđ tria latera inæqualia habet. Orthogonũ,qđ habet omnes rectos angulos quadrilaterũ formarũ. Quadratũ eſt,qđ omnia quatuor latera habet,& angulos rectos. Heteromeces,quadrangulũ,nec latera paria habet,nec angulos rectos,ſimiles ſcutellæ,cuius cõtraria latera & cõtrarii anguli ĩter ſe pares ſunt. Sed quadrilaterũ omne qđ rectis angulis eſt,trapezia:cętera nominãtur parallelę lineę, quę in eadẽ planitie poſitę nunq̃ inter ſe contingunt.

De Poſtulatis. Cap.XXIII.

Poſtulata. Si paribus paria addas.

POſtulata Geometrarũ ſunt quinq;: vt liceat ab omni ſigno ad oẽm rectam lineã ducere:& omnẽ finitã rectã lineã e regione eiicere:& omni modo ſigno ex interuallo circulũ ſcribere:& omnes rectis angulos minores,duos rectis pares eſſe:& ſi lineã recta linea immiſſa interiores angulos minores duos rectis pares fecerit:eiectas lineas cõcurrere.Si paribus paria adiecta fuerint omnia paria erũt:& ſi paribus paria dẽpta, reliqua erũt paria:& quæ eiſdem paria ſunt,& inter ſe paria ſunt.

De Muſica. Cap.XXIIII.

Muſica. Mimnermus. Pindarus.

PRior eſt Muſica inuẽtione Metrica.Cũ ſint enim antiquiſſimi poetarũ, Homerꝰ,Heſiodus,Piſander:hos ſecuti elegiarii Callimachus,Mimnermus,Euhemerus:mox Archilochus, & Simonides,trimetrũ iambicum choricũ,catalecticũ,tetrametron,cõpoſuere. Archilochus etiã Commata verſibus applicãdo variauit:Eupolis per plurimas ſpecies ſecuit. Alcman numeros etiã minuit in carmen: hinc poeticę melicæ ἁπλῆς. Illa etiam Argiua minutiores edidit numeros. Quæ ſpecies cũ iam diſpliceret,& integra breuior diceretur : magnitudine Pindari aſſerta eſt:qui etiã libros innumeris modis edidit. Hos ſecuti muſici Timotheus & Pondos,& Hyperides,& Follis,& clariſſimus tum peritia,tũ eloquẽtia Ariſtoxenus,modulati protinũ cantus.Nec tamẽ nõ putes antiquiores cantus eſſe numeris:ſed ruſticos & incõditos:poſt quos poetica valuit: veluti legitima muſica licentior,magiſq; modulata.

De Rhythmo. Cap.XXV.

Rhythmꝰ. Muſica. Cruſmata. Harmonia.

RHythmus credit̃ dictus a Rhythmonio Orphei filio & Idmoneę nymphę Maricæ: vt tradit Niceratus libro quẽ cõpoſuit de Muſico fratre Rhythmonii:tradit Hymenę Varrithonis autem & Chloridis Tireſię filię Pendemenũ & Peridemen : qui primus cecinerit res geſtas heroũ muſicis cantibus.Muſica eſt peritia faciendorũ & canendorũ modorũ. Eius partes harmonica,rhythmica,cruſmatica. Cruſmata pulſus decori ſiue carminis vocãtur.Harmonia eſt cõſonantia organica.Rhythmos Grȩce,mo-

dus dicitur latine.Nominatur verſus ab eo ꝙ fluat ſeq; ipſe circumeat: Modus aũt eſt — Verſus.
lex quædam & ordo vocaliũ:interuallum & differentia velut Ariſtoxenus definit:non — Modus.
vtcũq; compoſitũ vocaliũ tẽporũ interuallũ.Carmen eſt modus vocibus iunctus:cuius — Carmen.
diſcrimina cantus,modus,motus.Tempus eſt ſyllabę ſpatium:huius elementũ.Breuis
ſyllabæ diuiſio:breuis alia,longa alia,& neutrius ratio eſt.

De Modulatione & carminũ ſpeciebus. Cap.XXVI.

Modulatio eſt modorũ prudẽs diſpoſitio.Eius tres ſpecies τόνος,χρῶμα,
ἁρμονία.Species carminũ.xiii.Ex qbus primũ ſunt: Doriũ, Phrygium, — Carminũ
Lydiũ.His acceſſerũt grauiſſimũ hypodorium:mox duo hypophry- — ſpecies.xiii.
gii grauior & acutior:deinde Dorius medius:tũ Phrygius grauis &
alter excelſus:totidẽ Lydii grauis & acutus: tũ Meſolydii pari diuer
ſitate:Poſtremus hypermeſolydius acutiſſimus.Organũ quondã ha- — Organum.
buit tres itẽſiones,grauẽ,mediã,& acutã.Inde muſę quoq; tres olim æſtimatę,Hypate, — Cur muſę
Meſe,Nete.Nũc i ampliore numero ſoni cõſiderãtur:vt ſit Proſlambanomenos hypate — tres.
hypaton.Deinde parypate hypaton.Deinde lycanos hypaton.Deinde hypate.Deinde — Hypate.
hypates meſon.Deĩde triſcelmẽnenon neteſmon menõ:parameſe diezeumenon:parane — Meſe.
te diezeumenon:trite hyperboleon.Quas animaduertiſſe cũ reſonãtia ſuauitatis i arcu — Nete.
ſororis Apollinẽ tradũt:& intẽdiſſe potiꝰ dytarantiũ notaſſe:ꝙ aſtrictiora fila neruorũ
in acumen excitarẽtur,grauibus reſpõderẽt remiſſa:inde feciſſe tres primos:de qbus ſu
pra dictũ eſt:hãc excepiſſe intẽſionẽ Linon,quẽ quidã Apollinis filiũ tradũt:& nymphæ
Parameſæ Chryſthenidi reliquiſſe:ab ea adiũctũ modũ,qui ſyneumenas dicitur.hũc nu
merũ auxiſſe Terpandrum adiectione diezeumeno : qui primus a grauibus in acumen
auertit.Deinde Timotheus addidit duos,Parameſon,& hyperboleon.Initiũ modi dici — Dieſis.
tur dieſis:dimidiũ ſemitoniũ,totũ tonos.Toni duo & dimidius Diateſſaron nominat: — Semitoniũ
Tres & dimidius,Diapente:Sex Diapaſon.Hæc muſicę ſumma ſunt. — Tonos.

De Metris & pedibus. Cap.XXVII.

Metrum grçce,latine numerus vocatur. Numerus eſt æqualiũ pedũ legi — Metrum.
tima ordinatio.huius Arſis & Theſis partes ſunt:Pedũ ſyllaba,elemẽ- — Numerus.
ta numerorũ,modorũ elemẽta,ſpatia ſyllabarũ ac tẽpora. Pedes cõpo- — Pedes.
nũtur ex ſyllabis vt minimũ binis,vt plurimũ ternis : vnde proueniũt
Diſſyllabi.iiii.triſyllabi.viii.plures.q̃.xii.eſſe nõ poſſunt. Pyrrhichius — Pyrrhi-
ex duabus breuibus:cuius exẽplũ Deus. Chorius ex longa & breui: vt — chius.
Roma.Iambus ex breui & longa:vt ſalus.Spõdęus ex duabus lõgis,vt vates. Duo igit — Chorius.
quãtitate cõtrarii.Spondęus,& Pyrrhichius:duorũ alter,alter quatuor tẽpoꝝ.Iambus — Iambus.
& Chorius triũ.Ita nõ plures q̃ quatuor pedes diſſyllabi ſunt,nec eſſe poſſunt.Terna- — Spondęus.
rũ ſyllabarũ primus eſt Dactylus:q cõſtat ex longa & duabus breuibus:cuius exemplũ — Dactylus.
Aeolus.huic cõtrarius Anapęſtus ex duabus breuibꝰ & lõga,vt pietas.Amphibrachus — Anapęſtus
ex breui & lõga & breui:cuiꝰ exẽplũ Auarus. Brachyſyllabus ex tribus breuibus:cuiꝰ — Amphibra
exẽplũ Cicero:& cõtrarius Moloſſus ex tribus lõgis:cuius exẽplũ Mecœnas. Item tres — chus.
quinũ tẽporũ.Bacchius ex duabus lõgis & breui:cuius exẽplũ Latona.Huic ordini ad — Bacchius.
uerſus Palimbacchius ex breui & duabꝰ lõgis:vt Aquinas.Creticus & Amphimacrus — Palimbac-
ex lõga,breui,& lõga:vt ſanitas. duobꝰ a quãtitate cõtrariis brachyſyllabo & moloſſo: — chius.
Quorũ alter trium tempoꝝ,alter ſex:ordine ſex in quaternis:tres,in quinis tẽporibus.

De Legitimis numeris. Cap.XXVIII.

Primus eſt legitimus maxime numerus hexameter heroicus:huius pe- — Hexame-
des & dactyli ſunt,aut ſpondęi: raro & in verſu extremo reperiet tro- — ter heroicꝰ
chęus:eius exẽplũ.Auia Pieridum peragro loca nullius ante.totus iſte
dactylus fuit:& habuit ſummũ trochęum.Sed mixtus ex ſpondęis hic
erit.Italiã fato profugus,Lauinaq; venit.Totus ex ſpondęis.Ciues Ro — Totus ver
mani tũc facti ſunt Cãpani.Hoc genus numeri,pauciſſimarũ.xii.ſylla — ſus ex Spõ
barũ,plurimarũ.xviii.tẽpora recipit.xxiiii.Interea.xxiii.ſedibus tribus tãtũ cõficit for — dęis.
mas:excipit.xxii.quas enumerare feſtinãtibus longum eſt. Pentameter elegiacus habet — Pẽtameter
exemplũ.Dũ meus aſſiduo luceat igne focus.recipit dactylũ,ſpondęũ, Anapęſtos duos
in fine verſus:aliquãdo brachyſyllabos.Fit ſyllabarũ pauciſſimarũ.xii.plurimarũ.xiiii.

Tertium pedē ſpondęum ſemper habet:quartū & quintū aliquādo brachyſyllabū. Trimetros iambicus latine ſenarius dicit:cuius exemplū,Phaſelus ille quē videtis hoſpites.xii.ſyllabarū eſt.Recipit aliquando præter cæteros iambum:extremo Pyrrhichion. Trimetros tragicus.Pro veſte pinnis membra textis contegit.Et Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. recipit in parte prima ſcanſionis ſpondęū, & alio loco dactylon & anapęſtum, & pro iambo chorium & tribrachon.Fit ſyllabarū pauciſſimarū.xii.plurimarū.xvii.recipit tēpora plurima.xix.pauciſſima. xiii. Comicus trimetros ſolet magis in breues minui. Trimetros Hipponacticus pedem nouiſſimū aſſumens ſpondęum vel chorium talis eſt. Calentibuſq; lympha fontibus:Semper eoſdē pedes,quos reliqui trimetri,pręter nouiſſimū recipit.Et tetrametros,q latine quadratus vocatur, choriacus talis eſt. Tela famuli tela propere,ſequitur me Thoas. recipit eoſdē pedes: peruenit ad ſeptē & ſemipedem:ſummū pedem petit,aut creticū aut dactylum. Octonarius iambus. Proinde & abs te regimen Argos,dū eſt poteſtas cōſulēdi.Septenarius,Hęc bellicoſus: cui mater paterve Minerua.Conſtat ex pedibus iiſdem Ionicus ſeptenarii :Ibant mala eluere venena corona.Ionicus maior eſt ille:Ictus retrocedit innate ſupinus.Habet vitiū in tertia ſyllaba minor: Metuētis patruę verbera lingue.Pręcipiūt inſerere maxime pyrrhichiū & ſpondęum:ſolent diuiſi ſyllabis longis pluriū ſyllabarū pedes admittere. Ariſtophanius anapęſtus:Axena pōti per freta Colchos deniq; delatus adhęſi. Recipit pedes quaternorū tēporū:omnis implet pedes præter ſemipedē.Anapęſtoctonarius:Ore beato lumine volitans:qui per cælum candidus equitas.recipit eoſdē pedes pręter ſemipedem.Ariſtobolius:Quædā terribilis tua pectora turbat,terrifico ſonitu intulit.Is circuitus magis q̄ verſus eſt.Dactylum crebrum habet,rarū ſpōdęum. Pene duodenariū. Quis meum nominans nomen excitet quēuis tumultū inuocans incolarū fidem.Et hic circuitus magis q̄ verſus eſt.Huic ſuberūt denarius:Qui repens ſemipulſus onere graui fores ſtrepitu terrent.recipiūt pedes creticos,chorios,ſpondęos,iambos, brachyſyllabos,anapęſtos.Vndecim ſyllabarū Phaleucius, Paſſer delicię meæ puellæ: recipit pedes,ſpondęum,dactylū,creticū,palimbacchiū.Angelicus numeros & ſyllabam coarctat hexametro:vt Hectoris Andromache pyrrhin connubia ſeruas.Anacreontius, Miſeri inuidi viuimus ſciētes:recipit Pyrrhichiū,chorium,ſpondęū,brachyſyllabū, anapæſtū. Primus ſemper eſt pyrrhichius.Numerus Saturnius magnū numerū. Triumphat hoſtibus deuictis.Sunt qui hūc Ariſtolochion vocant.recipit pedem ſpondęum,iambum, pyrrhichiū,chorium,dactylum,brachyſyllabū,anapęſtū. Priapeius.Hunc lucū tibi dedico conſecro;ꝑ Priape. Tertiū pedem pro dactylo creticū habet: alioqui hexametron eſſet.De numeris ſimplicibus.Pyrrhichius,Rapite,agite,ruite,celeripedes pedes.Contrarius eſt huic & duodecaſyllabū ſpondaicon: Olli crateribus ſex auratis hauſerunt. Dactylicus,Pulueruleta putrē ſonitu quatit vngula campū.Amphibrachius nō facit numerū.Anapęſtus: Agilis ſonipes rapitur,celeri ſonitu crepitans. Creticus: Horridi tranſeunt ad pedes ex equis.Palimbacchius:Amicos ad hanc rē ſi voles aduoca. Bacchius nō facit numerū.Moloſſus idē eſt qui ſpondaicon. Nūc quēadmodū a principali heroico plures numeri trāſfigurātur,oſtendā. ac primus trimetrus fit heroicus.Spondaicon.Ciues Romani tūc facti ſunt Campani.Syllabā vnā quę eſt extrema ex lōga cōtrahe:vt Ciues Romani tūc facti ſunt Appuli.Et eſſe cœpit trimetrō,elegiacū trāſibit. Bella p æmathios.Rurſus ad pentametros:vt cōponā heroicos,ſumo partē poſteriorē. Dū meus aſſiduo luceat igne focus.& cōpono, Luceat igne focus Troię qui primus ab oris.Phaleuciū numerū qui eſt,Altis flumina vallibus tumeſcunt:inſertis verbis facio heroicū.Altis flumina prodita vallibus inde tumeſcūt. Ionicus eſt,Metuentis patruę verbera lingue.adiiciam trinas verbis ſingulis ſyllabas:Nūc metuētis nūc patruę nūc verbera lingue. Verto Italiā fato ꝓfugus lauinaq; cœpit. Ariſtophani⁹ fit heroico. Arma viruq; cano Troię q primus ab oris.Numerū angelicū ſyllaba breuiata eſſe mōſtraui heroicū.Item Priapeium,ſi ſyllabā ſurripias,fit heroicum.

[Margin notes: Iambicus trimeter. Tragicus. Comicus. Hipponacticus. Tetrametros quadratus. Octonari⁹. Septenari⁹ Ionic⁹ maior. Ariſtophanius. Ariſtobolius. Circuitus magis q̄ verſus. Phaleuci⁹. Angelicus Anacreontius. Saturnius numerus. Priapeius. Diomedes aliter. Dactylic⁹. Palimbacchius. Phaleuci⁹. Ionicus.]

BIBLIOTHEQUE PUBLIQUE ORLEANS

FINIS.
Apud Badium. Nonis Nouemb.
Anno.MDXXIIII.

Tabella in Cenſorinū De Die Natali.

ACutus āgulꝰ. viii.
Aetatū gradus. v.
Aeuum. ii.
Agon olympius. vi. vii.
Capitolinus. vi.
Alendi modus. ii.
Anacreontius. ix.
Anapęſtꝰ pes & cęteri. ix
Anaximander. folio. j.
Angelicus. ix.
Anguli. viii.
Annus climactericꝰ. ii.
Anni varij. vi. vii.
Anni initium. vii.
Apollinis ad arā nulla cędebatur hoſtia. i.
Ara, vide Apollinis.
Arganthonius. iii.
Ariſtotelis ætas. ii.
Ariſtophanius. ix.
Aprilis a venere. vii.
Aqua principium. viii.
Aſclepiades. v.
Aſpectus ſextilis. iiii.
Aues vtrū ante oua. i.
Auguſtus menſis. vii.
Autochthones. j.
Bacchius pes. ix.
Bona bene vtenti. i.
Biſſextus Cęſ. vii.
Cęſar ānū correxit. vii
Carmē & eiꝰ ſpecies. ix.
Cataclyſmus. vii.
Cathetos. viii.
Centrum. viii.
Cerellij eloquentia. iii.
Chaldęi de partu. iii.
Chordę tres. ix.
Circuitus nō verſus. ix.
Circulus. viii.
Claſſicum. v.
Climactericus annꝰ. ii.
Comicus verſus. ix.
Concentus ſtellarū. v.
Conticiniū noctis. viii.
Cordis incrementa. vi.
Crinis deo ſacer. i.
Criſimi dies. ii.
Cruſmata. ix.
Dactylus. ix.
Decimeſtris. iiii.
Democritus. j. & ij.
Dentes qn̄ naſcātur. ii.
Diametros. viii.
Diapente &c. iiii.
Dies menſium. vii.
Dies naturalis ciuilis, a media nocte. viii.
Dieſis. ix.
Diluculū, & cæterę ptes diei & noctis. viii.
Diluuio. vi.
Diogenes. ii.
Dodecaeteris. vi.
Ecpyroſis. vi.
Egere nihil, eſt deorū. j.
Elemēta & pricipia. viii
Empedocles. i.
Enneateris. vi.
Ephebus, exephebus. ii.
Epicurus. i.
Epitritos. iiii.
Eratoſthenes mēſor orbis. ii.
Erichthonius. i.
Euthygrammę. viii.
Exaqueſcere. vi.
Exigneſcere. vi.
Face prima. viii.
Fatalis ætas. vi.
Fauſtus numerꝰ impar, & quare. vi.
Fauſti menſes. vi.
Februarius. vii.
Februare &c. vii.
Figurę rerum. viii.
Filij vnde ſimiles parētibus. ii.
Fœminę cur gignāt. ii.
Fœtus conformatio. ii.
Formę rerum. viii.
Funde merū genio. i.
Gallicinium. viii.
Genea quid. iii.
Geminorum cauſa. ii.
Genius quid & quando ei ſacrificandum. i.
Gorgias. ii.
Gradus ætatum. v.
Harmonia. viii.
Hebes angulus. viii.
Hebdomades annorum & quę in eis fiant. ii.
Hemicyclon. viii.
Hemiolios. iiii.
Heſperus. viii.
Heteromeces. viii.
Hetruſcorum ſecula. iij.
Hexameter heroicus. ix
Hypate, Meſe, Nete. ix.
Hippocrates de ętat. v.
Hirquitallire. ii.
Hirquitalli. ibidem.
Hiſtoricon tempus. vii.
Homines ſemp̄ fuiſſe. j.
Horatij poetę carmē ſeculare. fo. iii.
Horarium ex aqua. viii.
Horę diei quarū non fit mētio ī. xii. tabłis. viii
Horographi. vi.
Iambus &c. pedes. ix.
Ionicus. ix.
Intempeſta nox. viij.
Intercalatio quādo. vii.
Iſoſceles. viii.
Iulius mēſis qui etiam Quintilis dicitur. vii.
Iunius menſis. vii.
Iuniores. v.
Linea. viii.
Ludi ſec. & terent. iii.
Luſtrum. vi.
Macrob. ī ſom. ſcip. iii.
Maius, Martius. vii.
Mane. viii.
Mares gigni. ii.
Melodia cælorū ſeu ſtellarū eſt inaudibilis. v.
Membratio fœtus. iiii.
Menſe. xi. nati. iii.
Menſium dies. vi.
Menſes varij. vi. vii.
Menſes qui ſint pleni & qui caui. vi.
Meridies. viii.
Metra & pedes. ix.
Mythicum tēpus. vii.
Modus. ix.
Mundus dei organū. v.
Muſę tres. ix.
Muſica. ii. v. viii. ix.
Muſici. capite. xxiiii.
Noctis partes. viii.
Nox intempeſta & media. ibidem. ſ. fo. viii.
Nonę ſeptimanę. vii.
Normalis. viii.
Nota quid ſit. viii.
Numerus impar. vi.
Octeteris. vi.
Octonarius. ix.
Olympiades. vi.
Organum. v. ix.
Orthogonon. viii.
Palimbacchius. ix.
Parallelę. viii.
Paribus ſi paria addas. &c. viii.
Pedes metrici. ix.
Pentameter. ix.
Penteteris. vi.
Phaleucius. ix.
Pindarꝰ. viii. Pyrois. v.
Pyrrhichius pes. ix.
Pythag. ad citharā. v.
Pythię ætas. vi.
Planus angulus. viii.
Platonis ætas & ſanctitas. ii.
Poetæ. i.
Præſens tēpus eſt incōprehenſibile. ii. & iii.
Priapeius. ix.
Prima face. viii.
Primigenij homines. j.
Primitię frugum dijs offerendę. i.
Principia & elem. viii.
Proſelenes. vi.
Pueri puri. v.
Quadratū & quadrilaterū, cap. xxii. & ſ. ix.
Quīq tria minuſcła. v.
Quintilis menſis. vii.
Rituales libri. iii.
Romę duratio. vi.
Saturnius Nume. ix.
Scalenon. viii.
Scenici inſtituti. v.
Secula Hetruſcorum & Romanorum. iii.
Seculare carmen Horatij & ſec. ludi. iii.
Secula varia: ſeculares ludi, & quid. iii. &. v.
Seculum quid ſit & vnde dictum. v. & vi.
Semen vnde exeat. i.
Semitonion. iiii. ix.
Senarij vis, quia eſt fundamētū gignendi. iiii.
Seniores, Senes. v.
Senſus ex cerebro. ii.
Septenarius. ix.
Septimeſtris p. iii. iiii.
Sextilis aſpectus. iiii.
Sextilis menſis. vii.
Siderum interualla. v.
Similitudo parētū vnde ſit in prole. ii.
Symphonia. iiii.
Solaria. viii.
Solis ī nos potētia. iii.
Spondaicus verſus. ix.
Stadia & Stilbon. v.
Sus Mineruam. i.
Tages hetruſcus ſortilegij & extiſpicij īuētor. ii.
Tēpeſtas ſuprema. viii.
Tēpus hiſto. & myth. vi
Tempus p̄ſens. iii. bis.
Tempora tria. ii. iii.
Tenor. viii. Tetrameter & Trimeter. ix.
Tonus & ſemito. ix.
Tibicen in ſacris. v.
Tragicus iambicus. ix.
Trapezia. viii.
Trieteris. vi.
Valerius Antias. iii.
Varietas annorum. vi.
Varro ſagax. vii.
Venarū pulſꝰ rhythmo moueri. v.
Vere diues. i.
Verſus varij. ix.
Veſper, Veſperugo. viii.
Vigilię quatuor. viii.
Vitę ſpatium plenū. v.
Vmbilicus impertit cibum fœtui. ii.
Vndequinquageſimꝰ annus. ij.
Zeno. fo. j.
Zodio a ſeptimo aſpectus eſt potētiſſimꝰ. iiii.

FINIS.